BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 H
18

INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS

LIBRI IIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OLIM A THEOPHILO ANTECESſore in eum e Latino uberius diffuſiusq́ue translati, & nunc nuper e Græco in Latinum per D. Iac. Curtium Burgenſem Iuriſconſultum conuerſi.

IN QVIBVS MVLTA, QVAE IN aliarum libris, vel deerant, uel corrupte legebantur, adhibita Græcarum Inſtitutionum, collationes ſunt reſtituta.

Cum argumentis compendiarijs paragraphos ſingulos illuſtrantibus.

Indexq; copioſiſſimus adiectus eſt.

DVM TEMPVS HABEMVS



OPEREMVR BONVM.

VENETIIS,

Apud Chriſtophorum Zanettum, 1573.

AMPLISS. CLARISSIMOQVE VIRO D. IAC. AB *Haleuinio, Eq. Aur. Domino de Maldebem, Vutkereke, Lambeke, &c.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IAC. CVRTIVS.

CVM Impellentibus huc amicis V. C. editionem horũ librorum adornarẽ, quiduis potius in animo habebam: quã vt cuiquam eos dicarem: propterea, quod nihil in ijs meum viderem præter uerba, hoc eſt rem adeo leuem ac nihil, vt inde natum ſit prouerbium de ijs qui compoſita in fraudem oratione falſa pro veris obtrudũt, quod verba dare dicantur. Et ecce repente frequens accurrit ex latere turba cauillantium hominem eſſe me putidum, ruſticumq;, ac plane indignum qui literas norim: quod tenebras quæram, famamq; detrectem, ac lucem ſpectare non auſim. Quod quantumuis falſo dicatur (nã quomodo is qui in uulgus aliquid edit, ſperare poſſet ut lateat?) authoritas ta-

men ipſorum uelut de gradu ſententiæ, quam inſtitueram tenere, me deiecit. Quid enim facerem: quum præſertim ex eo numero eſſet Dammius tuus, qui quia ipſius iuſſu hanc omnem rem primum ſubijſſem, hoc quoque ſibi putaret deberi, ne quid iniuſſu ſuo de editione conſtitueretur. Ac mihi videtur ſatis acerbe ac rigide ius ſuum, ſi quod habebat, in me & mea exercuiſſe; quando ne ita quidem ad præſens hominem potui differre, quod alia mihi in incude eſſe dicere, quæ longe iuſtius mea poſſem uocare. Venit igitur ad te Theophilus noſter V.C. uenit, ſed incultus & incompoſito habitu, dubitanſq; ac hærens, quid primum, quid ve vltimum dicat; quippe ex medio itinere, ad alium, quam ad quem emiſſus erat, abreptus. Amico & honeſta valde, & parum, ut aiebat, grauia efflagitanti morem gerere me putabam: ſimul & illud futurum ſperans, vt prima eorũ, qui iuri operam darent ſtudia, vtcunque pro uirili mea iuuarem. Itaq; & eo tempore, quo feſta ac lata (vt cum Vopiſco loquar) fieri diciq; ſolent omnia, rem aggreſſus, per intermiſsionum dilationumque moras, diſsimili, vt neceſſe erat, & inęquali textura tandem abſolui. Verum vt aliquãdo tibi inſcriberetur, nihil om

nium

nium minus tunc agebam. Nec vero quærendum eſt, quare non in manus reſumpto libro, mutarim correxerimq;, quæ mutata aut correcta magis placere poſſe crederem: quoniam, ut omittam integrum id mihi non fuiſſe, multo maxima parte iam excuſſa: quum omnis emendatio etiam in facili ac iucunda materia, ingratum quiddam & amarum habet, tũ vero hic tantum in uertendo moleſtiarum exhauſtum mihi fuerat, ut & ipſum emendationis nomen, uelut earum memoriam refugerem. Etenim ſi pleriſq; in rebus, ijs maxime in quibus mercedẽ non ſpectamus, ipſa muneris quod tractamus dignitas, diligentiam noſtram cũ primis intendere & exacuere conſueuit: qui tandem in omnibus his libris eſt, quod adeo mihi id, quicquid eſt laboris quod ago hic ſũbij, commendare debuerit? Eſt quidem ea Iuris Ciuilis excellentia, ut neque eorum qui ad minima quæque & infima ſe dimittunt, non honeſta functio, & laudanda ſit opera: ſed longe alia eſt uertendi, & alia ſcribendi ratio. Qui ſcribit, ſolutus ac liber nulliq; addictus, ſeipſum, hoc eſt naturã ſuam ſequitur: quæ tẽpore mutata ſunt, tranſit: quæ in p̃ſens omitti poſſũt, differt: modo capita rerũ ꝑcurrit, alias ĩ altũ penitus deſcẽ

di:nunc ſtylum cohibet,interdum latius excurrit.Omnia prorſus uarie. Deniq; , quod vel maxime animos noſtros accen dit, ſolidam laudem, ſi ad eam aſpirat, ſperare poteſt.At illi alteri, intra ingenium eius quem uertit, ſtandum eſt, ac multa etiam præter animi ſui rationem dicenda.Siue quid frigidius collectum, ſiue audacius tranſlatum, ſeu durius aut inflatius dictum eſt, mutare non licet. Quod ſi qua deinde laus ſequitur,maior & melior pars eius,ei qui transfertur decidi debet. Atque hæc eo minora ſunt, quo maior ac grauior eſt author, quem vertis, vbi.ſ.& figuris iuuet certare, & ſelectis verbis vti liceat Nec enim omnia vt e Græcis conuerſa ſint,elaborandum eſt, ſicut M.Cicero docet: ſatis eſt, ſi vel eiuſdem generis ſint. At uero hic noſter, adeo non habet quod contentionem illam admittat, ut etiam videri poſſit operam dediſſe, ne haberet. Sic & in verbis negligens eſt,& longus in exemplis, & in docendo remiſſus. Non quod ea commode caſteq; transferri non poſſint (quis enim id dicat?) ſed quod animus eius qui transfert, non ſatis ijs ſe oblectet, parumq; tali opere paſcatur. Quid tædij mihi concoquendum fuerit, quantunq; nauſeæ inter uertẽdum obor

tum

tum ſit, oſtendo: non Theophili ſtudium
vel operam damno: quando is aliter ac
ſcripſit, ſcribere nec potuit fere, nec in
his libris debuit: ſiue naturam rerum
quæ traduntur ſpectes, ſiue perſonam
eorum quibus ſcribuntur. Quoniam &
Iuris Ciuilis ea ratio eſt, vt quemadmo-
dum res in medio poſitas, atque in com-
muni hominum vſu uerſantes amplecti-
tur: ita & ſermone è media hominum vi
ta deſumpto, contentum, nullas dicendi
figuras, nulla verborum lumina, nullos
tractandi colores magnopere deſidera-
re videatur. Et omnibus in artibus, id
quum primis animaduertendum ac ca-
uendum eſt ijs, qui rudibus earum ἰσα-
γωγὰς inſtitutionesq; componunt, vt nec
ſummam ingenij laudem ex eo labore
captent, nec tanquam parua contem-
nant, quæ uiam ad maiora faciunt, & ſine
quibus maiora non conſiſtunt. Quid er-
go inquies V.C. mihi inſcribis? nihil ne
habet, quod quenquam capere poſsit?
Imo enimuero complura. Quę quamuis
(ut dixi) non admodum grata ſint no-
men aliquod ex tranſlatione quærenti,
tamen eum, qui magis rem ipſam quam
alia quædam expendat, vehementer dele
ctare debeant. Etenim (ne ſingula quęq;
tam anxie conſecter) quam tibi proba-

tum iri credimus eum docendi modum, quem Theophilus obſeruat, tam facilẽ, tam expoſitum, tam familiarem? Primum quum nomen aliquod Iuris Ciuilis vel principaliter in diſceptationem venit, vel obiter in re tractāda incidit, nec ſatis apertam habet ſignificationem: mirum quam breui, quam plana, quam commoda definitione id explicet. Quin etiam in plerisq; eo deſcendit, vt quare in definiendo quicq; adiectum ſit, exequi non grauetur. Quod ſi quando nō verba, ſed res ipſæ (ut ſæpe fit) obſcuritate aliqua laborant, ea συνεπιδέματος, ideſt exēplis quibuſdam pro tempore, confictis, tam apte, tamq; aperte declarat, vt quamuis teneras diſcentum aures, quamuis rudes adoleſcentulum animos facile ſubire poſsint. Deinde vbi per medias Iuris regulas eſſe eundum videt, antequam ad ea veniat, quæ propria ſunt, eius diſputationes, προθεωρίαις quibuſdā (ſic.n. ab eo vocantur) diſcentis animum præparat atque inſtruit: ne quum illuc venerit, aut ille uelut in tenebris oberrans ad multa offendat, nihil videat, aut ipſe ſeriem rerum, ſi tunc demum docere velit, ſoluere ac ſcindere cogatur. Poſtremo, quoniam hoc nonnunquam euenit, vt ijs, quæ author in quem exponis dixit, vel aliqua

non

non male poſsis addere, vel tale aliquid ſitconſeq uens,quod omitti vix debeat: habet & Theophilus nõnullos id genus exceſſus. Incredibile tamen quam ſeſe reprimat, quam modum teneat: in ea re præſertim,quæ neque ſi ſemper ſequaris modum aut finem habeat, & hodie ſane ad nimium venerit. Ne dicam interim,q̃; vbique timeat,ne cui impudentior videri poſsit.Sic enim fere veniam præfatur, Τοῦτο δε ἐξωθεμιστι ἐξωθεμ δ'ιδεναι οφειλεις. Ab hac docendi ratione,qua melior nulla eſt, pudet dicere quã lõge recedant,qui his temporibus uulgo Inſtitutiones Iuris prælegũt. Nam perinde quaſi non primã & infirmã ætatem inſtituãt, ſed omni genere huius ſtudij perfectis ſummam(quod aiunt) manum imponãt, difficillimas quaſq; & maxime arduas quæſtiones iam inde a Pylij vel Azonis ſeculo ĩ Doctorum diſputationibus verſatas, ſub incudem reuocant,ac diffuſe ijs quæ in vtranq; partem a multis multa dicta ſunt relatis,& quibuſdam etiam ab ipſis ne nihil ſuum videantur auferre additis:ita rem omnem inuoluunt,vt neque ipſi ſe(mitto nunc adoleſcentes) explicare omnino, aut exitum vllũ inuenire poſ ſit.Mirãtur hęc ij,q nuꝑ ad hęc ſtudia ad

moti ſunt:tam exundans leges ac iura ci tandi flumen,tam paratā argumentorum copiam, tam variam opinionum expoſitionem. Sed cum tempore hoc omni, quod prælectioni conſtitutum erat, in eum modum extracto ac conſumpto, domum abeunt, ſi quem ipſorum roges, quid ſecum e ſcholis afferat quod vel in vſum aliquem transferri, vel viam muni re ad maiora poſsit: nihil habeat,opinor, quod commode & ad rogatum dicat. Habere tamen pro more Doctores noſtri uidentur, vt priuſquam ad rerum ipſarum interpretationem accedant,quę dam de tituli ſignificatione præmittant, ac breuiter & paucis conſtituant quomo do id de quo agitur, intelligendum ſit. Faciunt id ſane nonnunquam (cur.n.vera diſsimulem) ſed plerunq; tam obſcu ra ſunt omnia, tam dubia, tam coacta,ut prima ſtudia magis onerent quam iuuét, & diſcentem incertiorem, quam ante fuerit,dimittant.Fingunt etiam caſus ali quos(ſic.n.hodie uocant, quę Græci θέματα, & veteres, ſpecies dicunt) ſed quam ineptos, quamq; abſurdos? in his præſertim libris ubi hoc decebat eſſe conuenientiores,quo rudes animos magis exempla intrant quam regulæ. Equidem non opinor quenquam tam triſtem
eſſe

eſſe aut ſeuerum, qui in ijs legendis riſum tenere poſsit. Euidentialia vero (nam & ea ſic dicuntur) quæ ſimile quid dã ταῖς προθεωρίαις habent, ut putantur: quam indigna ſint eo nomine, res ipſa vel me tacente clamat. Quod ſi ad partes, & ij mihi vocandi ſunt, qui neque de lectu vllo habito, neq; ueniam ullam (quod minimum eſt) præfati, omnia undeuis in prælectionibus ſuis ὀξωθεν aſciſcunt, ueluti parum interſit, quo quicque loco dicatur: vides iamdudum quantam hic ſcribendi materiam habeam, quam latus ſe mihi campus oſtendat. Quid.n.minus ferendum eſt, quam quod iſti unius verbi arrepta occaſione, tractatum ex ijs aliquem quos maximos fuſiſſimoſq; habet Ius Ciuile, alieno loco, non ſuo tempore, totum a capite accerſunt, ac tanquam Peliam quendam recoquunt? Ita fit vt dum contra quam Iuſtinianus factum uoluit infirmas bonorum adoleſcentum aures, multitudine ac uarietate rerum obruunt: aut ſpes illorum infringatur, & deſertores huius ſtudij fiant: aut ſerius & magno cum labore ad ea veniant, ad quæ maturius per faciles quaſdam methodos ſine labore perduci poſſent. Huc adde, Ius Ciuile in tam tenuem & obſcuram artem contruſum nõ

eſſe,ex qua tanquam e priſtino educandum diſsipandumq; ac diſpergendū ſit: quin e contrario,doctiſsimum quenq; & ſapientiſsimum id iam diu optare, uti exiſtat tandem aliquis, qui ita Ius omne in artis formam redigat, vt & quæ diſperſa non protinus ad manum ſunt; in vnum colligat: & quæ diuulſa iacent ijs quæ affinem tractatum habent, ſubiungat: & quæ confuſa magnos tumultus cient,multos errores gignunt per genera ſua diſponat: ac aliquando certa ſit apud omnes per æque gentes, & omnibus in ſcholis, Iuris Ciuilis ratio. Quod Aelius noſter martianus, non tantum fieri poſſe, ſed etiam debere ſcribit. Quid porro memorem,nihil ęgrius caueri poſſe,quam,ne quantum operæ ac temporis ijs datur, quæ obiter, & (ut dixi) ἔξωθεν oblata vel aſcita ſunt: ei omne pereat & decedat,cuius potior ac prior in tractando eſſe ratio debebat. Magna ſunt hæc, & grauia: maius ac grauius illud, quod etiam exemplo, non tantum peccato nocent. Pronior ſemper in deteriora mortalium natura eſt, faciliuſq; præceptorum vitia, vt parentum liberi,quam virtutes,reddunt, & exprimunt diſcipuli. Vix menſem vnum aut alterum in ſcho-

lis uerſati ſunt: iam Digeſta cogitant, tam Codicem poſcunt. Pudet e numero Iuſtinianiſtarum eſſe. Ardet animus cũ Baldo, cum Bartholo pedem cõferre. Expertus dico: eadem enim me imperita mala quæ cæteros, tam ſtultis cogitationibus fatigarunt. Inde, vbi de iure publice reſpondendi poteſtas facta eſt, ne id quidem nos ſequitur, vt regulas rationeſque Iuris, ad cauſam, de qua conſulti ſumus, accommodare poſsimus, ſed magna temporis iactura, per immenſa conſiliorum, Repetitionum, Lecturarumq; volumina rapimur, deciſionem (ſic.n. loquimur) Doctoris alicuius quærenter. Haud aliter, atque is qui viam quam non probe didicit, ingreſſus eſt, ad ſingula penetriuia, hæret animo, & in proximas villas deflectit, vt diſcat, qua eundum ſit. Quod tamen ſic nolim accipi, ut eos probare videar, qui ex una & altera Iuris regula, de tota re, quæ magnum & uarium forſan tractatum habet, confidenter impudénterq; reſpondent, ſed ut me uicem meam, & aliorum dolere intelligas, qui graui valetudinis iactura, nec æſtimandis quoq; ſumptibus, Iuri ciuili operam damus, ſi qui ad Doctoris nomen aſpirant ſine cortice

(ut

(vt aiunt) interdum nare non poterunt, ſed toti ſemper ex ueterum ſcriptis pen debunt. Vnde ergo hoc flagitium, vnde hoc dedecus fluxit? Nimirũ ex eo, quod omnis iam docendi ac diſcendi ordo inuerſus, & ratio peruerſa eſt: nec quiſquã omniũ ſeu magiſtri perſonã ſumit ſiue ad diſcendum venit, circa minora illa tã tiſper hærere poteſt, dum ſolida in ſequentes annos fundamenta iaciuntur. Nec vident miſeri quanto minore negotio, in cacumen euadat, qui obliquum & circa montis latera, pendentem cliuum ſequitur, quam qui per abruptas, & aſperas cotes recta in altum contendit. His ego cogitationibus, & me inter relegendi diſcribendiq; tædia refocillari plurimum ſenſi, & te inter legendum, ſi quando tantillum tibi eſſet, a maximis quę curæ tuæ incumbunt rebus otij, acquieturum mihi perſuaſi. Quin etiam (vide quo progrediar) de euentu tranſlationis tam magnifice non dubitaui ſentire, vt in ſpẽ venirem, noſtros homines, quum accepiſſent, quemadmodum Gręci, qui viuo etiã num Iuſtiniano, Iura tractarunt, in docendo Iure ſeſe geſſerint: rationem inſtituẽdorum adoleſcentum in melius commutaturos. Porro in vertendo (non & eius

rei

rei reddenda eſt ratio) eum morem ſeruaui, vt orationis elegantiam, verborũq; lenocinia non captarem, ſed verbum verbo, quo ad fieri poſſet, ſumma fide redderem. Quod eo pertinet, ne quis aut ſermonis dictioniſq; negligentiam mihi potius, quam ei quem tranſtuli aſcribat, aut timide ſe tranſlationi meæ: tanquam ad exercendum ingenium magis quam vt res intelligerentur ſcriptæ, committat. Quanquam, o nemo ſe cõmittat, ſed omnes potius Græcis literis operam dent, vt in priſtinum decus redeat Iuriſprudẽtia. Nec rurſus tamen ita me huic ſuperſtitioni alligaui, quin aliquãdo cum Græca ſignificantius quid efferrent (vt propria quædam cuiq; linguæ ſunt, quæ in aliam tranſlata, indolem illam amittant) non vererer longiore verborum circunductu, tam appoſitam vnius verbi ſignificationem vtcunq; exprimere. Sed ea omnia (ſcio) tu boni conſules: apud quem omnis quidem ſemper excuſatio facilis eſt: ſed illa hoc tempore faccillima erit: quod nec animi cauſa, nec operis amore, ſed eius rogatu, cui nihil negare poſſem, tam grauem arduamque prouinciã, tam temere, forſan ſuſceperim. Apud cęteros quoq; eo nomine paratiorem mihi

hi

hi veniam fore confido,quod non admodum ſpectem aut poſtulem vt inter ingenij mei monumenta, ſi tale quid vnquam curabo , tranſlatio hæc ponatur. Vale. Septimo Idus Septembris .

AD LECTOREM.

IGnorare nolumus te, Lector optime, multa in Græcis temporum uitio, aut ſcriptorum incuria, corruptiora eſſe, quam Latina Curtij translatio oſtendat. Sicuti in omnibus fere rebus natura fert, ut initio minus perfectæ prodeant. Ne quẽ

tamen, id falleret, Aſteriſci notulam ★ ijs locis omnibus diligenter Curtius in margine adſcripſit.

IMPERATORIS Iuſtiniani Auguſti Conſtitutio, qua Inſtitutiones confirmantur, approbanturque.

ARGVM.

Imperaturo ſanctæ, ac Rempublicam recte moderaturo, non armorum modo, verum etiam Legum præſidiis opus: vt tempore vtroque, pacis nimirum ac belli commode præſit.

IMPERATORIAE maieſtati proprium eſt, non ſolum armis decorari, ſed etiam legibus armari: vt vtrunque tempus, & belli & pacis recte gubernetur, ac Princeps Romanus victoriam reportet, non tantum fuſis congreſſu hoſtibus nomen ſibi comparans, ſed etiam per legales adinuentiones calumniatorum iniquitates expellens. Atque tam iure conſtituendo venerabilem ſe prabeat, quam de victis hoſtibus triumphet.

ARGVM.

Arma & leges ex æquo Imperator amplexus, vtrunque ſummis vigiliis curaque confecit ac deinde ex triplici Codice; vnum ſuo nomine decoratum concinnauit.

QVorum vtranque vitam cum ſummis vigilijs maximaq; rerum futurarum prouidentia, § Quorum vtraq;.

tia, Deo iuuante Imperator noſter confecit. Et bellicos quidem ſudores eius Barbaræ gentes ſub iugum miſſę teſtantur, re ipſa fortiorem potentioremque expertæ, & tam Aphrica, quam aliȩ innumeræ prouinciæ poſt multas annorum circum volutiones, victorijs eius a cęleſti numine pręſtitis: iterum Romanæ ditioni, & Imperio ipſius additæ clamant. Porro & omnes populi legibus ab ipſo editis, & compoſitis reguntur: quaſi ipſe lex ſit. Et principum quidem conſtitutiones, quæ olim confuſæ iacebant, & inter ſe pugnabant, in luculentiſſimam erexit conſonantiam. Quum autem tres eſſent Codices, Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus: ad hoc & multæ extarent aliæ conſtitutiones, quæ poſt Theodoſianum Codicem fuerant æmiſsæ, ac magna etiam eſset contrarietas, atque diſcordia inter eas, quæ in præfata volumina erant relata: Optimus hic noſter & maximus Princeps, reſectis ijs quæ aut cum alijs, quarum Iure vtimur, pugnabant: Codicem iuſſit conſcribi, quem de ſuæ Serenitatis nomine vocauit. Sed & his non contentus, ad immenſa veterum legum volumina curam ſuam extendit, & opus quod omnem ſpem vincebat, veluti per medium profundum incedens, Deo fauente correxit, & probatas receptaſque veterum ſententias vno libro concluſit.

ARGVM.

Inſtitutionum libri abs tribus legitimæ diſciplinȩ coryphęis, ad faciliorem iuuentutis eruditionem Imperatoris mandato compoſitis.

Atque

Atque id quum peractum eſſet, Triboniano glorioſiſſimo magiſtro, & exquæſtore ſacri Palatij, nec non Theophilo, Dorothæoq́, viris illuſtribus, & Anteceſſoribus, quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, ac in principum iuſſis fidem, ex multis argumentis cum cognitam per ſpectamq́ haberet Imperator Sanctiſſimus, conuocatis ſpecialiter mandauit, vt ſua ipſius authoritate, ſuoq́ ſuaſu, Inſtituta ſiue εισαγωγας iuris componerent: quo adoleſcentibus liceret, prima iuris exordia non ab antiquis fabulis diſcere (nam qui ea legunt, quæ olim obtinebant & tunc ab vſu reiecta ſunt, ſimiles videtur ijs, qui in fabulas incidere) ſed ab Imperatorio ſplendore ea cognoſcere, ac tam aures ipſorum, quam etiam animi nihil inutile, nihilq́ perperam poſitum: ſed quod in ipſa rerum obtineret experientia addiſcerent. Et ita quod ſuperioribus temporibus, vix poſt trium annorum tempora iuri operam dantibus contingebat, vt tanto tempore elapſo, principum conſtitutiones legerent: id nunc in ipſis rerum (vt ita dixerim) initijs conſequentur: tanto digni habiti honore, tantamq́ aſſecuti felicitatem, vt & iuris exordium, & ſtudij finem a voce imperatoria adipiſcerentur. §. Cũ que hoc.

Nam & præſens volumen ab imperatoria voce componitur, quod veluti proœmium eſt atque exordium legalis diſciplinæ & perlecta veteris interpretatione neceſſe eſt eum, qui in iure inſtituitur legendis principum conſtitutionibus accingi.

ARGVM.

Gnauiter alacriterq; huic ciuili diſciplinæ vacandum, ob idq; per magua proponuntur prȩmia.

ADhortatur igitur per præſentem conſtitutionem Clementiß. Imperator noſter eos, ad quos eam reſcripſit: vt ſumma ope, & alacri ſtudio præſentes leges excipiant: & ijs legendis ita ſe prudentes oſtendant, vti ſpes eos pulcherrima foueat, alatque, fore vt toto legali opere perfecto, diuerſȩ ipſius Imperatoris Reip. partes regendȩ credantur. §. Summa itaque.

*

INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS,

A THEOPHILO ANTECESSOre in Græcam linguam tranſlatarum.

IACOBO CVRTIO IVRISC. Interprete.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBER PRIMVS.

De Iuſtitia, & Iure. Tit. I.

ARGVMENTVM.

Iuſtitia quid ſit, quid item Iuriſprudentia, propria accommodataq; explicatur definitione.

ANTE omnia definitionem Iuſtitiæ ſcire oportet. Eſt igitur Iuſtitia, conſtans & perpetua voluntas, ius vnicuiq; ſuum tribuens. Deinde dicamus quo modo definiatur & Iuriſprudentia. Iuriſprudentia autem eſt, diuinarũ atq; humanarum rerum notitia, iuſtiq; & iniuſti ſcientia. §. Iuſtitia. §. Iuriſprudētia.

ARGVM.

Infirmæ adoleſcentium aures multitudine rerum, ac varietate onerãtur, quibus perterriti ad duorum alterũ compelluntur, nimirum aut huius artis deſertores fiant, aut ad eius cognitionem tardius ac difficilius perueniant.

HIS igitur generaliter præcognitis, incipientibus nunc nobis exponere Leges §. His igitur

ac Iura populi Romani, ita maxime videntur ea cõmode tradi poſſe: ſi primo facili ac ſimplici via, poſt deinde exactiſſima diligentiſſimaq; interpretatione ſingula exequamur. alioqui ſi ſtatim in ipſis initijs procemijsq; etiam num, & infirmas adoleſcentum aures multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorũ alterum, aut deſertores huius ſtudij efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum diffidentia, quæ plerunq; iuuenes auertit, ſerius ad ea perducemus, ad quæ leuiori via deducti, ſine labore, & bona cum ſpe maturius perduci poſſent.

ARGVM.

Iuris præcepta tria eſſe: huius autem ſtudij poſitiones duas. Et in quo ſint.

§. Iuris p̃cepta *IVRIS autem præcepta tria ſunt hæc: Honeſte viuere: alterum non lædere: & ius cuiq; ſuum tribuere. Porro ſtudij huius duæ* § Huius. *ſunt poſitiones ſiue ſpecies: Publicum, & priuatum. Et publicum quidem ius dicitur, quod ad ſtatũ rei Romanæ ſpectat. Priuatum vero, quod ad ſingulorum vtilitatem pertinet. Dicendũ eſt autem de Iure priuato, quod ex tribus conſtat partibus. Collectum eſt enim aut ex naturalibus, aut ex gentium, aut ex ciuilibus præceptis.*

De Iure Naturali, Gentium, & Ciuili. Tit. II.

ARGVMENTVM.

Naturæ Ius quid ſit, finitione explicat, Et ad quæ porrigitur animantia, hic traditur.

IVS

IVS Naturale eſt, quod ad omnia animalia quæ in terra, in aqua, vel in aere ſunt, extenditur. Nec enim vſq; ad ſolos homines natura vim ſuam coangustauit, ſed etiam ea quæ in aere ſunt, diſpoſuit: & ÿs quæ in terra viuunt, formam dedit. Ac ne illa quidem quæ in mari naſcuntur, prouintiæ ſuæ expertia eſſe paſſa eſt. Exemplum autem Iuris Naturalis eſt, maris atq; fœminæ coniunctio, (quod nos matrimonium appellamus) & in liberis educandis ſtudium. Videmus enim non homines modo, ſed cætera quoq; animalia, ÿs qui legem hanc obſeruant, aſſcribi. Quoniam natura quum ſingula quæq; animalia videret morte conſumi: per matrimonium, & ex eo ſequentem liberorum procreationem, ac rurſus eorum quæ procreata ſunt charitate, educationemq; & ſucceſsionem, quandam veluti immortalitatem ys commenta eſt.

ARGVM.

Ius Gentium quid, & quid Ciuile. Et idem aut ſcriptum, aut non ſcriptum. Item, vnde Vnumquodq; inductum.

DIXIMVS ſupra, iura aut naturalia eſſe, aut gentium, aut ciuiliũ. Quum igitur dictum ſit de iuris naturalis definitione, & exemplis eius, neceſſe eſt, vt & de iure gentium dicamus. Quoniam quicunq; Rempublicam conſtituit, & eam legibus ornare vult: has duas in legibus ferendis vias ſequitur: Aut §. Ius aũt Ciuile.

enim ius gentium (quod etiam per abuſionem Naturale vocamus) aut ius Ciuile conſtituit: & aut ius ſcriptum, aut ius nõ ſcriptum. Quid eſt ius Gentium? Ius gentium eſt, quod ad omnes homines aut eos ſaltem qui ratione volunt viuere, extenditur. Exempla autem eius ſunt: Homicidas interfici: Adulterum puniri: Furem pecunia mulctari, quoniam & in pecunia nos læſit. Vt debitor memorem ſe oſtendat beneficij, & gratum aduerſus eum qui in rebus anguſtis neceßitati ipſius ſuccurrit. Vt ſeruus domini iußis, quæ lex non prohibet, obtemperet. Vt contractus celebrentur, venditiones, emptiones, locationes, conductiones, depoſita, ſocietates, mutui dationes, Vt donationes fiãt, vt teſtamenta conſcribantur. Quid eſt ius Ciuile? Quod locale, & χρειῶδες appellatur, ideſt ex vſu neceßitateq́; rerum latum: locoq́; circunſcribitur, & ijs, quibus cuiq; loco opus eſt ſubuenit, eaq; quæ loco illi pernicioſa ſunt, tollit. Veluti, Ciuitas Athenienſium aduectitio frumento vtebatur, vtpote, quæ ſterilis eſſet, nec vlla alia res magis eos premebat ac grauabat, quam annonæ charitas. Huic malo qui finem quæreret, quid aliud lege lata conſtituiſſet, quam hoc? Vt negotiatores oẽs frumentarij, immunitatem vectigalium haberẽt. Id enim quum fama per omnes gentes diffudiſſet, multi erant in Atticam nauigaturi, duo hæc ſtudentes vt & propter frumenti inopiam ſtatim venderẽt, & nullum inſuper huius negotiationis nomine vectigal penderent. Quum

autem

autem multi illuc nauigaſſent, dubium nõ eſt, quin magna aduecta fuerit frumenti copia, ius igitur hoc ſolis vtile erat Athenienſibus. Apud Alexãdrinos vero & alios, qui frumento abundant, non ſolùm ſuperuacaneum, ſed etiam ridiculum ſit, tale aliquid cõſtituere. Alterum exemplum Iuris Ciuilis præbet nobis ciuitas Lacedæmoniorum: quæ ex iure quod Lycurgus ipſe compoſuerat, peregrinos expellebat: quã inde ξενηγασιαν vocãt, ne immiſtis peregrinis mores ciuium Lacedæmoniorum in deterius mutarentur corruperenturq;. Ius hoc apud Lacedæmonios magna in veneratione eſt, At Athenienſes pene irrident, qui adeo abſunt ab expellendis peregrinis, vt etiam magno apud eos in honore ſit ara Miſericordiæ, & tam officioſe eos qui ad ſe veniũt, excipiãt, vt præ nimia humanitate pro ijs ſæpe bella gerere non ſint veriti. Omnes igitur populi, aut ſcripto iure vtuntur, aut non ſcripto. Et alias proprio, ideſt Ciuili, alias communi, ideſt Iure gentium. Quæcunq; enim iura ſibi quæq; Ciuitas conſtituit, & intra eam conſiſtunt ea Ius Ciuile dicuntur.

ARGVM.

Quæ Naturalis ratio inter omnes homines ad inueni, eadem apud oẽs gentes obſeruari, Iuſq; gentium appellari. Hinc populũ Romanum partim Ciuili, partim gentium Iure vti.

QVAE vero naturalis, & humana ratio inter omnes homines inuenit, hæc apud gentes obſeruãtur, & Ius gentiũ appellantur. Et populus igitur Romanus partim §. Quæ vero.

 Iure

Iure Ciuili, partim Iure gentium vtitur. Quæ ſingillatim, & qualem naturam habeant, ſuis locis exponemus.

ARGVM.

Ius Ciuile aut à ciuitate, in qua obtinet, aut ab eo qui ipſum conſtituit, appellationem deſumit, per ſe tamen pronuntiatum, Romanum ceu excellentius, notat.

§. Sed ius quidē Ciuile. SED *Ius quidem Ciuile, ex vtraquaq; ciuitate, in qua obtinet, appellationem ſumit, veluti Athenienſium aut Lacedæmoniorum. Nam ſi quis leges Solonis, qui Athenienſibus leges conſcripſit, aut Draconis, qui Lacedæmoniis, Ius Ciuile Athenienſium vel Lacedæmoniorum, appellare velit: non omnino peccauerit, aut à veritate aberrauerit. Similiter & Ius quo Ciuitas Romana vtitur, Ius Quiritium dicitur, hoc eſt, quo Quirites vtuntur. Romani enim à Quirino, ideſt Romulo, qui ſe ex Marte natum gloriabatur, Quirites appellantur. Quum vero quis indefinite Ius Ciuile dicit, non addito cuiuſnam Ciuitatis, Romanũ ſignificat. Quemadmodum quum Poetam dicimus, nec proprium nomen addimus, apud Græcos ſubintelligitur Homerus: apud Latinos, Virgilius.*

ARGVM.

Ius gentium humano generi commune, vſu exigente, ac humani neceſsitatibus cogentibus vacuum, bellis occaſionem dedit, vnde & ſecutæ ſunt captiuitates, inductiq; fere contractus ſunt ex eo omnes.

§. Ius aũt gētium. IVS *autem gentium omni humano generi commune eſt. Nam vſu exigente & humanis*

nis neceſſitatibus efflagitantibus gens humana quædam ex ſeſe inuenit atq; conſtituit. Et bella enim coorta ſunt, & ea captiuitates ſequutæ, & introductæ ſeruitutes, quæ res maxime iuri naturali contraria eſt: quoniam natura ab initio liberos homines omnes creauit. Et hoc Iure gentium omnes fere contractus inuenti ſunt, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alij complures contractus.

ARGVM.

Ius ciuile aut ſcriptura conſtat, aut minime. Eius autem quod ſcripto cōſtat, formæ ſex ſunt. §.Cōſtat.
Et quid vnaquæq; ſpecies, ac rurſus quinam iura conſtituerunt.

QVVM igitur de prima iuris diuiſione dictum ſit aliud ſcilicet eſſe naturale, aliud gentium & aliud ciuile: & vnumquodque eorum definitione & exemplis explicatum ſit: tranſeamus ad ſecundam iuris diuiſionem. Ius igitur aliud ſcriptum eſt, & aliud non ſcriptum. Et ſcriptum quidem ius eſt, vt Leges, Plebiſcita, & Senatuſconſulta, Principum conſtitutiones, Magiſtratuum edicta, Prudentum reſponſa. §.Scriptum. *Libenter diſcerem quot ſint qui iura apud Romanos conſtituāt: & qoinam hi ſint, & quomodo ea quæ ſinguli quiq; eorū conſtituerint vocentur. Sex ſunt qui apud Romanos iura conſtituunt: Populus, Plebs, Senatus, Princeps, Magiſtratus, & Prudentes vrbis Romæ. Et quid eſt populus? communis fortunę concilium, in vnum & eundem cum plebę*

§. Lex eſt. numerum relato Senatu, ius autem quod à populo conſtituitur, dicitur Lex, quoniam ſcriptum ius erat; quod à populo conſtituebatur. Porro commune eſt omni ſcripto iuri nomen Lex: quum ex ea & cæteræ quinq; iuris conſtituendi rationes proficiſcantur. Quoniam vero omnium, qui iura conſtituunt, prima poteſtas apud populũ erat, neceſſe erat, vt & ius quod ab eo conſtitueretur, communi nomine quod omnes iuris ſcripti ſpecies habent, cohoneſtaretur. Hunc autem in modum id conſtituebatur. Senatorio magiſtratu, veluti Conſule interrogante, an hoc conſtituendum eſſet, annuebat populus.

§. Plebiſcitum. PLEBS eſt, reliqua omnis multitudo, exceptis Senatoribus. Quod autem ab ea conſtituebatur, dicebatur plebiſcitum quaſi, quod plebs ſciuit ac ratum eſſe iuſſit. §. Plebs aũt Nam plebeio magiſtratu, (vt eſt Tribunus plebis, quem Græci δημαρχον vocãt) interrogãte, plebs conſtituebat ius. Plebs autem à populo eo differt, quo ſpecies à genere. Nam appellatione populi, omnes ciues ſignificantur connumeratis etiam Patritijs & Senatoribus. At plebis nomine, §. Senatuſcõſul. ſine Patritijs & Senatoribus, cæteri ciues veniunt. Tertio loco apud Romanos ius conſtituit Senatus. Senatus eſt, concilium è ſelectis viris conſtans, quo nulli plebeio aditus eſt. Ius autem, quod ab eo conſtituitur, proprio nomine dicitur Senatuſconſultum. Sed dicat hic mihi aliquis: Quomodo quum populus facile conuenire poſſet, & legem condere, ius omne

ſuum

ſuum in tam varias ſecuit ſciditq́ appellationes, Et cauſa eius rei eſt hæc: Quum vrbs Roma hominum numero abūdaret, diſcordia, vt ferè fieri conſueuit, & ſeditio inter plebem & Senatum cohorta eſt, Senatu forte primas omnium rerum ad ſe trahente. Eiuſ.e rei nomine ſeceßio facta eſt: & vtriq; per ſe agebant, & per ſe Remp. gerebant. Sed quoniā in Repub. non poterant viuere quin negotia contraherent, & contractus inirent, ad tollendas controuerſias, & iudicandas lites quæ inde exoriebantur, iura quædam à Senatu conſtituebantur. Idem & ſeorſum fiebat à plebe. Non igitur iniuria, quæ ab ÿs conſtituta erant, diuerſam appellationem ſumpſere. Et quidem quod à Senatu conſtituebatur, Lex dici non poterat, quum plebis conſenſus non interueniſſet: vnde neceſſe erat: vt ab ÿs, qui id conſtituerant, nomen caperet, & diceretur Senatuſconſultum. Nimirum à Senatu, & à Conſulendo. Conſulere porro eſt, prouidere & curam gerere. Quoniam ergo Senatus conſtituendo Iure lites ſubinde incidētes ad curam ſuam reuocabat, merito vocatum eſt id in Senatuſconſultum. Sed & quum apud Plebeios litium occaſiones exorirentur, Ius ab is conſtituebatur: quod nec ipſum Lex dici poterat, propterea quod de ſententia Patrum factum non eſſet. Vocatum eſt igitur Plebiſcitum, Quoniam tamen inimicitias eorum immortales eſſe non decebat. Hortentius quidem vir patriæ amās conſuluit eis, vt poſita mutua maleuolentia, ad concordiam

reuerterentur, enarrans mala quæ ex diſcordijs ſeditionibusq́ conſequi ſolent, & tandem perſuaſor in mutuam gratiam reduxit. Quum igitur in vnũ conueniſſent, poſtulare cœpit Plebs, vt ea, quæ ipſa ſciuiſſet, & etiam aduerſus Senatum tenerent. Petebat autem & Senatus, vt Senatuſconſulta & aduerſus Plebem valerent. Quumq́; his vtriq́ aduerſarentur, & Senatus dedignaretur Plebiſcita recipere, & Plebs id ægre ferens Senatuſconſultis parere nollet: futurum erat, vt veteres inimicitiæ renouarentur, donec idem Hortenſius, compreſſa eorum diſſenſione, perſuaſit, vt alteri alterorum iura acciperent, & ijs obtemperarent. Et ita quidem, quod vtriq́ conſtituerant, Lex dici non potuit, quum neq́ initio de conſenſu ambarum partium conſtitutum eſſet: Sed quum ius quod Plebs conſtituerat (id eſt Plebiſcitum) eundem exitum haberet, & eundem ſortiretur effectum, vt ſcilicet omnes teneret (id enim dico) ac legis vigorem haberet: ac deinde ſucceſſu temporis, Populus Romanus in magnam multitudinem excreſceret, ita vt difficile eſſet populum in vnum locum iuris conſtituendi cauſa conuenire, æquiſſimum viſum eſt, vt vice totius populi, ſolus Senatus iura conderet.

ARGVM.

Princeps apud Romanos ius conſtituit, & Conſtitutio dicitur, quę tres habet partes. Et quid vnaquæq́; Quod autem Princeps conſtituit, legis vim habet.

§. Sed & qđ princi pi.

TRES *diximus qui Iura conſtituerent, Populum, Plebem, & Senatus. Quũ igitur*

tur dictum ſit quomodo ſinguli eorum definiantur, quomodoq; ius quod ab ijs conſtituitur, vocetur, dicamus nunc & de eo, qui Quartus Ius conſtituit. Quartus apud Romanos iura conſtituit Princeps. Et quid eſt Princeps? Princeps eſt, qui poteſtatem imperandi à populo accepit. Ius autem quod ab eo conceditur, generali nomine Conſtitutio vocatur, hoc eſt διάταξις aut διατύπωσις. Porro in tria diuiditur: in Epiſtolam, in Edictū, & in Decretum. Et quid eſt Epiſtola? Reſcriptum Principis ad relationem magiſtratus alicuius, de re quapiam dubia emiſſum. Veluti, Euenit vt in prouincia aliqua mortuo quopiam, quum neque parentum vllus extaret, neque liberorum, duo de hæreditate contenderent frater & patruus defuncti horum enim vterque ſolus ad hæreditatem volebat admitti: Ille vt frater, hic vt patruus. Quum lex nulla poſita eſſet qua controuerſia hæc dirimeretur. Præſes Prouinciæ ea de re quid fieri placeret ad Principem retulit. Princeps quum rem allatam legiſſet: reſcripſit: fratrem defuncti debere præferri. Per Decretum quoque Princeps Ius conſtituit. Et quid eſt Decretum? Eſt ſententia Principis inter duas partes, de quarum ipſe cauſa cognoſcit & iudicat, pronuntiata. Vt in æde ſpecie: Duo aliqui magnis contentionibus de defuncti cuiuſdam hæreditate agebant, frater in quam & patruus defuncti, nempe vter eorum potius ad hæreditatem deberet vocari. Princeps cauſa cogita,

Et vtroq; audito, pronuntiauit: fratrem præferri. ea lex eſt Principis. Dicitur autem Decretum à decernendo, quod diſpicere ſignificat: quoniam is vbi cum animo ſuo de tota re diſpexit, id quod iuſtum ſibi videtur, pronuntiat. Aeque autem & decretum dicitur ſententia Magiſtratus. Sed in hoc differunt, quod Principis Decretum, & eam ipſam & aliam ſimile cauſam quocunq; tempore exortã dirimat: Magiſtratus aũt Decretũ, * *eam tantũ de qua agitur, ac interdũ ne eam quidẽ, ſi interceſſerit appellatio, Per edictum quoq; ius conſtituit Princeps. Et quid eſt edictum. Quicquid ex ſua natura motus princeps ſtatuit ad honeſtatẽ & vtilitatem ſubditorum. Dicitur aũt Edictũ ab edicendo, quod prædicere ſignificat, & obuiam ire rebus, quæ ſi contingant, damno aut dolori ſint ſubditis futuræ. Nam ſæpe Princeps, quum de vita ac moribus ſuorum cogitationem inſtituerent deprehenderunt aliqua, quæ admodum iniqua & praua eſſent. Quale hoc fuerit: quidam quum centum aureos mutuo daret, octonos aureos ſibi quotannis dari vſuræ nomine ſtipulatus eſt. Id quũ princeps apud ſe valde iniquum eſſe videret, commotus aduerſus eos qui tam grauiter peccarent, conſtitutione emiſſa cauit, vt in centum aureos mutuo datos ſeni tantum (verbi gratia) quotannis vſuræ noĩe darentur. Porro in confeſſum venit ea quæ à Principe cõſtituuntur, legis vim habere. Sed dixerit hic mihi aliquis: Quare quum in Senatuſconſultis faciẽdis frequens ſit Senatus ea tamen plebem non tenerent?*

* Eam tãtum ꝗ qua agit.) Nota cõtra vulgarẽ noſtrorũ errorẽ qui ex ſententiarũ iudicijs argumẽta captãt.

rent? Et rurſum, quum immenſus ſit plebis numerus, aduerſus tamen Senatum plebiſcita non valerent, niſi Hortenſius aliquis ita cum eis egiſſet, vt eo iure, quod alteri conſtituerent, vtroſque teneri vellent: & tamen nemo principis cōſtitutionibus: quæ ab eo vno homine emittuntut parere detrectat. Sed dicimus eum, qui rationem iuſce rei cognoſcere velit, in memoria habere definitionem Principis debere. Eſt enim Princeps, qui poteſtatem imperitandi à populo accepit. Porro autem Populi appellatio, & Senatum & Plebem in ſe continet. Atque ita, neque Plebs conſtitutionibus eius parere renuebat, neque Senatus eas aſpernabatur. Alioqui enim ipſi ſecum & cum ſuffragijs ſuis pugnaſſent: quum populus eum deſignarit, per legem Regiam, quæ de Imperio eius lata eſt, & omnem Principi in populum poteſtatem conceſſerit.

ARGVM.

Quæ Princeps conſtituit, nomine cōmuni conſtitutiones dicuntur, quæ aut perſonales ſunt, aut generales. Et cur perſonales atque generales dicantur.

QVAE igitur conſtituuntur à Principe, communi nomine conſtitutiones vocantur. Atque harum quædam ſunt perſonales, neque in exemplum trahuntur: quia nunc hoc Princeps voluerit. Nam ſi cui Princeps ob egregia in Rempublicam merita aliquid conceſſerit, veluti immunitatem à tributis, aut vectigalibus: ac deinde alius quiſpiam non peius, aut etiam longe melius de Republica mereatur,

reatur, is ex illa lege conſimilem ſibi immunitatem vindicare non poterit: propterea, quod illa lex intra certam perſonã conſiſtat. Sed & ſi cui aut grauiorem quam pro delicto vel quam lege cautum eſt, pœnam irrogauerit; aut pœnæ gratiam fecerit, id ad conſequentiam non pertinet. Itaq; nec ſi quis poſtea in idem delictum inciderit, aut ſimilem gratiam conſequetur aut grauius quàm par eſt in eum animaduertetur. Quoniam intra perſonas eorum, quibus ſubuentum eſt, vel auctum ſupplicium, ea ſiſtentur. Perſonales igitur conſtitutiones, perſonas eorum de quibus emiſſæ ſunt, non excedunt. Quæ autem generales ſunt: & ad omnes perſonas viam ſibi faciunt, & omnibus in rebus valent, obtinentq;.

ARGVM.

Magiſtratus Romanis Iura conſtituunt, aliter tamen ac Princeps. Et cur ita.

§. Prætorũ. *QVATVOR diximus, qui Iura conſtituerent: Populum, Plebem, Senatum, & Principem. Quinto loco apud Romanos Iura conſtituunt, Magiſtratus populi Romani: qui & ipſi ſella conſulari vtebantur. Multi autem hi, & varij ſunt, & communi nomine Magiſtratus populi Romani vocantur. Porro conſtituebant hi Iura, non per epiſtolam, nec per Decretum, ſed per edicta tantum. Et quænam ratio eſt, vt Princeps: & per Decretum & per edictum Iura conſtituat: Magiſtratus autem tantum per edictum? Et inde huius*

rei

ei cauſa fluxit: *Veteres quum Rempub. Romanam conſtituerent, & eam bonis legibus inſtitui vellent, id ſummopere laborauerunt, ne quid in conſtituendo Iure admitteretur, quod merito reprehendi poſſet. Id autem maxime videntur eſſe conſequuti, quum Principum decreta & edicta, legis vigorem habere voluerunt: magiſtratuum vero non item. Satis enim ſciebant, magiſtratum multis obnoxium eſſe ſuſpitionibus, vtrum amicitiæ aliquid tribuens, aut donis corruptus, aut odio incenſus ita pronuntiaſſet. Quæ in Principem non cadunt. Neque enim auro is ineſcatur, qui non tantum fortunarum noſtrarum, ſed etiam corporum ipſorum dominus eſt. Neque ob amicitiam Iura tranſgreditur quoniam Princeps ei, quem diligit, aliter prodeſſe poteſt, vnde & certiorem gratiam, & veriorem gloriam aſſequatur. Neque etiam odio cuiuſquam aliquid facit. Nec enim odit Princeps quenquam eorum, qui ſunt in eius Republica: aut ſi quis inuentus fuerit, is protinus inter mortuos connumerabitur. Porro ideo tantum per edictum iura conſtituere magiſtratibus permiſſum eſt, quod edicta res ipſas præcedant, ideſt quod antequam negotia, & cauſæ exiſtant, proponi ſoleant: atq; ita omnis deterior ſuſpitio ceſſet, præcipua autem Iuris conſtituendi poteſtas Prætori Vrbano data eſt, & Prætori peregrino, & Aedilibus Curulibus. Ac Prætoris Vrbani appellatio inde fluxit: quoniam Prætor * à præcedendo, quod anteire & impetrare ſignificat, dictus eſt,*

*. A præcedẽdo) rectius dixiſſet ab eo quod eſt præire, Prætor ẽdici quaſi Præitorẽ. Curtius.

Vrbanus

Vrbanus autē, quia vrbs κατ᾽ ἐξοχὴν, id eſt per excellentiam Roma dicitur. Atque is, ijs qui Romæ agebant, ius dicebat. At alter Prætor peregrinus dicebatur: Prætor quidem ab eo quod eſt præcedere. Peregrinus vero, quod inter peregrinos & aduenas ius redderet. Nam quum innumerabilis hominum turba Romam conflueret, nec omnibus Prætor vrbanus operam dare poſſet: creatus eſt Prætor peregrinus, qui peregrinis ius diceret.

ARGVM.

Aediles Curules Ius Romanis conſtituerunt, quod legis vim obtinuit. dicti autem Aediles, quod ſacrarum curā gererent ædium: aut quod ab ijs, qui ope aliqua egerent adirentur, quaſi Adiles.

§. Proponebant. PORRO *Aediles Curules & ipſi conſtituebant Iura: qui ex eo nomen hoc ſumpſere, quod ædium ſacrarum curam gererent. Aediles ab ædibus dicti, & Curules à cura. Id enim ad ſolicitudinem ipſorum pertinebat, ne quis ante quadrageſimum forte annum ad ſacerdotium admitteretur. Aut, quod vel magis eſt, quod forum curarent, ita vocati ſunt. Nam & qui Latinè Aediles dicātur, à Græcis ἀγορανόμοι vocantur. Aut quod omnium maxime ad verum accedit, ex illo. Nam quo tempore plebs ſeceſſerat à Senatu, quemadmodum inter Patres Conſul ius reddebat, & controuerſias dirimebat: ita & in plebe creatus eſt quidam, quem ij adirēt, qui ope aliqua egerent, & ita ab adeundo dictus eſt Aedilis, quaſi Adilis. Nam euphoniæ gratia interpoſita eſt litera e. Et ita factum eſt,*

eſt, Aediles Curules aũt ideo dicũtur, quod ſella conſulari vterentur. Horũ edicta & in prouincijs obtinebant. Ius aũt quod ij conſtituebant Ius honorarium appellabatur, quoniam in honorem Magiſtratuũ & authorum eius, id valebat, & in vſum recipiebatur Aediles igitur de capitulis & cauſis quibuſdam ius conſtituebãt: & edictum eorum factum eſt portio, ac cohæret edicto amborum Prætorum, Vrbani, & Peregrini.

ARGVM.

Reſponſa prudentum, Iuris partem notant. Et in ſententiam ac opinionem reſponſum ſecatur: abs quo iudicanti recedere liberum non eſt.

SEXTO loco Ius conſtituũt prudentes. Prudentes dico, quibus iura cõdere populus, aut Senatus, aut princeps cõceſſit. Ius aũt quod ab ijs cõſtituitur, generali noĩe vocatur, Reſponſa prudentum: quoniam per conſultationem & reſponſionem iura condebant. Porro Reſponſum diuiditur in ſententiã & opinionem. Et quid eſt ſententia? Eſt perfecta & indubia reſponſio. Veluti, hoc facere licet: hoc facere non licet. Opinio vero eſt, ſuſpenſa & timida, ac cum dubitatione elata reſponſio. Vt, exiſtimo hoc fieri licere, exiſtimo hoc fieri non licere. Conceſſum autem erat his, vt publice Iura conſtituerent, ſiue interpretarẽtur: qui & Iuriſcõſulti appellati ſunt, quod de iure interrogarentur, nam conſulere, interrogare eſt. Quorum ſententiæ & opiniones eam authoritatem obtinent, vt liberum non ſit Iudici, à reſponſo eorum recedere: quemadmodum

§. Reſpõſa prudẽtum.

dum & principis cuiuſdam conſtitutione caueatur. In his igitur Ius omne ſcriptum conſiſtit: in iis ſcilicet quæ vel à populo conſtituta ſunt, vel à plebe, vel à Senatu, vel à Principe, vel à Magiſtratibus P.R. vel ex reſponſo Prudentum.

ARGVM.

Ius non ſcriptum eſt, quod longa conſuetudo Vtentium couſenſu approbauit, & ad ſcripti Iuris ſimilitudinem redactum eſt: vnde nec temere in duas partes Ciuile Ius diſtributum eſt, nimirum in ſcriptum, ac non ſcriptum.

§. Ex nõſcripto. §. Et nõ ineleganter.

IVS autem non ſcriptum eſt, quod longa conſuetudo vtentium approbauit, & ad ſimilitudinem Iuris ſcripti redegit. Haud igitur ridendus fuerit, qui dicat in duas ſpecies Ius Ciuile diſtributum eſſe, in Ius ſcriptum, & in ius non ſcriptum. Summa autem eorum origo ex inſtitutis duarum ciuitatum, Athenarum ſcilicet & Lacedæmonis videtur fluxiſſe. In his enim ciuitatibus agi ſolitum erat, vt Lacedæmonij iura ſua magis mẽmoriæ mandarent: Athenienſes ea maxime ſeruarent, cuſtodirẽtq́; quæ in literas eſſent relata.

ARGVM.

Ius gentium, quod & naturale dicitur, immotum manere. Ciuile vero aut conſuetudine, aut contraria lege mutari poſſe.

§. Sed naturalia.

SED Iura quidem gentium veluti diuina quadam prouidentia, apud omnes peræque gentes ſeruantur, vnde & firma ſemper atque incommutabilia permanent. Quæ vero ex iure Ciuili deſcendunt, id eſt quæ ipſa ſibi quæq; Ciuitas

nitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent: vel tacito populi conſenſu, vel alia lata lege.

De Iure perſonarum. Tit. III.

ARGVMENTVM.

Ius Romanorum circa tria verſari, nempe circa perſonas, res, & actiones. Et paruum quidem eſt Iura noſſe, ſi perſona, quarum gratia ipſa conſtituta ſunt, ignorentur.

QVVM dixerimus quid ſit Iuſtitia, & generalem iuris diuiſionem exequuti ſimus, didicerimusq́; quot olim Iura conſtituerint, ac quomodo ea, quæ à quoque conſtituebantur, vocata ſint: & quemadmodum aliud ſit ius ſcriptum, & aliud ſit ius non ſcriptum: pergamus ad aliud ac diſcamus circa quot ius omne Romanorum verſetur. Circa tria igitur verſatur, circa perſonas, circa res, circa actiones. Et quidem circa perſonas, quum dicimus, hic Senatorius eſt, aut plebeius. Circa res, quum quærimus teſtamentum ab aliquo factum, valeatne, ab inutile ſit. Circa actiones, quum in dubium venit, Sitne hic actio, an non ſit. Atque in primis de perſonis diſſerendum eſt, deinde de rebus, & poſtea de actionibus. Hic enim ordo veriſſimus, & rectiſſimus eſt. Quoniam vbi perſonæ ſunt, ibi & res contrahi inirique in confeſſo eſt: atque quum res exiſtunt, tunc & de actionibus neceſſe eſt quærare. Dicendum eſt igitur de perſonis, nam & §.Omne autem.

exiguum

exiguum quiddam ſit ac inutile, iura noſcere : ſi perſonæ, quarum gratia ius conſtitutum eſt, à nobis ignorantur.

ARGVM.

Perſonarum primaria ſectio, qua hominũ alij liberi, ſerui alij dicuntur : vnde libertas atq; ſeruitus profluunt. Et ibidem libertas quid ſit, & itẽ q̃d ſeruitus, aptiſsimis finitionibus explicat.

§. Sũma itaque.

SVMMA itaq; perſonarũ diuiſio eſt hæc, quod hominum alij ſint liberi, alij ſerui. Et

§. Et libertas.

libertas quidem (ex qua & Liberi vocantur) ſic definienda eſt: Libertas eſt naturalis facultas, qua cuiq; facere, quæ velit, conceſſum, niſi quatenus aut ius aut vis prohibet. Vis quidem, veluti quum ne agere aliquid volentem quod iure vetitum non eſt, fortior quiſpiam & plus habens virium prohibet. Ius autem, veluti quũ pœnarum minis cohibeor, ne quicquid animo collibitum eſt, faciam. Nam ſeruo ne omnia pro animo ſuo agat, etiam timor domini obſtat.

§. Seruitus autẽ.

Seruitus autem eſt conſtitutio iuris gentium qua quis dominio alieno contra ius naturæ ſubijcitur. Quoniam natura omnes liberos produxit: bellorum autem machinamenta, ſeruitutem inuenerunt. Nam ius belli vult vt victores eorũ, quos vincerint, domini fiant.

ARGVM.

Serui à ſeruando dicti, qui & mancipia dicuntur, quod ab hoſtibus manu capiantur. Naſcuntur autem, aut ſerui fiunt.

§. Serui aũt ex eo.

SERVI autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captiuos quos vendere volebant, ſeruabant, nec occidi ſinebant. A ſer-

uando

uando igitur ſerui dicti ſunt, qui etiam vocantur Mancipia, quòd ab hoſtibus manu capiantur. Porro ſerui aut naſcuntur, aut fiunt. Naſcuntur qui ex ancillis noſtris nobis gignuntur. Fiunt, aut iure gentium, ideſt ex captiuitate: aut iure Ciuili, veluti quum homo liber maior viginti annis, ad participandum pretium ſe venundari paſſus eſt. Egi enim fortaſſe cum aliquo vt me, verbi gratia viginti aureis venderet, & ſibi pro lucro quinque haberet, & quindecim mihi redderet: Hic nanq; talis, eo iure quod Romanorum proprium eſt, libertatẽ amittit, cui tantam ignominiæ notam inuſſit, ſimul & ſeipſum ea indignum oſtendens, & liberum arbitrium quod per eam habebat vili accepto argento, procedens. §. Serui aũt.

ARGVM.

Seruorum natura diuiſionem non recipit, liberorum vero conditio differentias habet multas.

ET ſeruorum quidem conditio nullam recipit diuiſionem, neq; enim de quoquã eorum dicere poſſis, Minus ſeruus, aut magis ſeruus. Scindi igitur in ſpecies ſeruitus non poteſt, In liberis vero multas inuenimus differentias, aut enim ingenui ſunt, aut libertini. §. In Seruorum.

De Ingenuis. Tit. IIII.

ARGVMENTVM.

Liberorum differentia duplex: vt alius ingenuus, libertinus alius dicatur. Ad ingenuitatem autem matris conditio etiam differentibus temporibus ſpectatur.

Diximus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DIXIMVS liberos in duo diuidi, in ingenuos & libertinos. Et ingenuus eſt, qui ſimulac natus eſt: liber, eſt, nondum ſeruitutis iugum expertus, ſiue ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſiue ex duobus libertinis, ſiue vna perſona ingenua ſit, & altera libertina. Sed & ſi quis ex matre naſcatur libera, ſed patre ſeruo: nihilominus ingenuus erit: quemadmodum & is, qui ex matre libera & incerto patre, hoc eſt ex meretritio concubitu natus eſt. Neq; enim pueri ingenuitatem offendit, ex meretritio coitu conceptum eſſe, Sufficit autem liberam eſſe matrem, eo tempore quo naſcitur: quamuis eo tempore quo conceptus eſt, ſerua fuerit. Et ex contrario, ſi libera cõcepit, & ancilla facta peperit, vt quia vendi ſe paſſa eſt, & ex pretio accepit, liberum eſt quod naſcitur. Quoniam ei qui in vtero eſt, calamitas matris non nocet. Porro quum dictum ſit ſufficere infanti ad libertatem, quod mater in pariendo libera fuerit. & quando conceptio in libertate contigit, ac partus in ſeruitute, liberum eſſe qui naſcitur: vide quid ex hoc quæſitum ſit. Ancilla quædam quum prægnans eſſet, manumiſſa eſt paulò poſt ancilla facta eſt. Poſteaquã ancilla facta eſſet, peperit. Videamus, ſeruum an liberum pepererit. Et dicimus liberum eſſe, Sufficit enim ei qui in vtero eſt, matrem ipſius vel medio tempore liberã eſſe. Quod & verum eſt.

§. Sed & ſi quis.

ARGVM.

Ingenuitas vera manumiſsione non læditur, nec ipſi ob manumiſsionis actum præiudicium paratur.

IS qui ingenuus natus eſt, ſi ſtatus ſui ignarus ſeruierit, & deinde manumiſſus fuerit, ingenuitas eius per manumiſſionem non læditur: Nam id ſæpiſſime principum conſtitutionibus cautum eſt, Libertatem ex abundanti, & ſuperuacuo datam, nullum ingenuitati præiudicium parere. Et quomodo cõtingat, vt ingenuus aliquis manumittatur, exemplo aliquo velut ex facto oſtendamus: In miniſterio meo liberam habebam mulierem, Ea peperit: & anniculum (verbi gratia) relinquens puerũ, deceſſit. Non multo poſt euenit, vt & ego morerer, Hæres meus quum in hæreditate mea infantem hunc reperiſſet, ſeruum eſſe putauit. Sed & is quum adoleuiſſet: conditionem ſuam ignorabat. Verũius cui nota eſt veritas: ex hæredis, & ipſius pueri errore, ingenuitatem eius non mutauit. Et ſi hæres beneficium manumiſſionis in eum conferre voluerit, libertas fruſtra, & ſuperuacuo, vt dictum eſt, data, propter fictam ſeruitutem, veram ingenuitatem non corrumpet. §. Cũ aũt.

De Libertinis. Tit. V.

ARGVMENTVM.

Libertinus is dicitur, qui ex iuſta legitimaque ſeruitute manumiſſus eſt: quanquã natura ſeruos neſciat, quos bella induxerunt. Ac horum liberatio manumiſsio eſt, quæ libertatis datio dicitur.

Diximus

DIXIMVS qui ſint Ingenui: Dicamus & de Libertinis. Libertinus eſt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt. Verũ adde, Et legitima. Libertinus igitur eſt, qui ex iuſta, & legitima ſeruitute manumiſſus eſt. Additum eſt autem definitioni Iuſta, vt eum eximerẽ, qui ſuæ conditionis ignarus ſeruijt. Adiectum quoque eſt, Legitima: propterea quod natura ſeruos neſciat, ſed ex bellis inuenta ſit ſeruitus.

§. Manumiſſio.

,, PORRO *liberatio horum, Latinè dicitur Manumiſſio. Et quid eſt Manumiſſio? Eſt datio libertatis. Etenim quandiu quis in ſeruitute eſt, manui poteſtatiq́, noſtræ ſubijcitur: & manumiſſus, ab ea poteſtate liberatur. Manumiſſio autem hæc à Iure primam gentium originem ſumpſit, cum iure naturali omnes homines liberi naſcerentut. Nec enim nota erat manumiſſio quum ſeruitus eſſet incognita. Sed poſtquã Ius gentium ſeruitutem introduxit, conſequenter & beneficio manumiſſionis opus eſſe viſum eſt. Et quum natura nobis vnum nomen hominis dediſſet, (Omnes enim homines appellamur) Iure gentium tria eſſe hominum genera cœperunt. Sunt enim liberi, & qui ijs opponuntur ſerui. Eſt & tertium genus Libertinorum, ideſt eorum qui ſerui eſſe deſierunt. Diximus hominũ alios eſſe ſeruos, alios liberos. Et ſeruitutem quidem indiuiduam eſſe, libertatem vero in duas ſpecies diuidi, Ingenuos & libertinos. Ingenuitas quoque indiuidua eſt, neq; magis aut minus in ſe recepit.*

recepit. Videamus & de Libertinitate, quæ & ipſa hodie indiuidua eſt, quamuis olim tres fuerint ſpecies, vt infra dicemus. Definimus iam ante, quis eſſet libertinus.

ARGVM.

Manumiſsio, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, varie procedit: quinetiam libertas, cũ libere, nõ neceſſariæ ſit iuriſdictionis, aut contentioſe, quouis tẽpore, ac loco ſeruis dari põt.

PORRO *manumiſſio multis modis procedit, aut. n. ex ſacris cõſtitutionibus in ſacroſanctis eccleſijs manumittere poſſumus; aut apud magiſtratũ, quod dicitur Vindicta (cuius appellationis cauſam infra diſcemus,) aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut in teſtamento, aut per aliã quamlibet vltimã voluntatẽ. Sed & alijs multis modis libertas dari poteſt: qui tum ex veteribus, tum ex Imperatoris noſtri conſtitutionibus introducti ſunt.* § Multis autẽ modis.

Libertus aũt ſeruis omni tempore recte dari poteſt, etiã in die feſto. Nec ſolum, cum magiſtratus in ſuo Prætorio conſiſtit, ſed ẽt cum iter facit, poſſimus eum adire, & ita manumittere: veluti quũ Prætor Romæ, vel Proconſul, aut Præſes in prouincijs in balneũ, aut theatrũ abeunt, aut ad ædes publicas, vel quum quauis alia de cauſa in publico comparent. §. Serui vero.

ARGVM.

Libertinorum multiplici reiecta priſca differentia vna, eſt hodie conditio ac natura; vt liberi dicantur. Ciueſque Romani efficiantur omnes.

LIBERTINORVM *autem tripartito diuiſa erat conditio. Nam qui manumittebantur:* §. Libertinorũ autẽ.

tebantur: aliàs maiorem, & iuſtiſſimam libertatem conſequebantur, & fiebant ciues Romani: alias minorem, & efficiebantur Latini Iuniani, ex lege Iunij Norbani, quæ conditionem prima reperit. Dedititios verò inuenit Aelius Sentius. Ait enim, Si quis tempore ſeruitutis inciderit in aliquod ex ijs vitijs aut affectis, quæ ab eo reperta ſunt veluti ſi ob delictum, notis in fronte, & ſtigmatibus compunctus, vel in publicos carceres coniectus: aut propter delictum aliquod verberibus affectus, delictum confeſſus ſit: ac deinde gratia cum domino inita, manumiſſus ab eo fuerit: Libertinũ Dedititium hunc fieri. Dedititios autem eos nominauit ad exemplum peregrinorum. Nam quondam Peregrinorum aliqui cum Romanis vectigal penderent, ſublatis aduerſus Romanos animis, arma in eo ſumpſere. Quos collocata acie & dato congreſſu Romani vicerunt. Etenim quum impetum fortitudinemq; eorum, Peregrini ſuſtinere non poſſent, abiectis armis, ſeſe dediderunt. At Romani, cum ijs humane agentes: vitam quidem ijs cõceſſere, ſed huius appellationis ignominia affectis. vt quia ſe dedidiſſent, Dedititij vocarentur. Et hi quoq; igitur Libertini, ex lege Aelia Sentia Dedititij vocati ſunt: vt quorum turpitudo communis erat, eorum & nomen commune eſſet. Sed Dedititij quidem iam ex multis temporibus in deſuetudinem abierant: Latinorũ vero nomen non admodum frequens erat in vſu. Vnde & Imperator noſter omnia augere cupiens, & in meliorem ſtatum reducere, duabus

conſtitutionibus veterum errores correxit, ſublata Dedititiorum & Latinorum conditione: & Iure libertinorum ad priſtinam formam reuocato, libertinitatem omnem vnius generis fecit. Quando & à primis Imperij Romani incunabulis, vna atque ſimplex fuit Libertinorũ conditio, id eſt vt libertus eandem libertatem haberet, quam habebat manumiſſor, & vterque ciuis eſſet Romanus, tantumq́, in illo differrent, quod Libertinus eſſet is, qui manumitteretur, quamuis is qui manumitteret eſſet ingenuus. Et dedititios quidem Imperatoris ſanctiſſimi conſtitutio ſuſtulit, quam ad ſuggeſtionem Triboniani excellentiſſimi Quæſtoris reſcripſit, & inter deciſiones, per quas veterum altercationes compreſſit, in vulgus emiſit. Latinos autem Iunianos, & omnem quæ circa eos erat obſeruantiam eodem glorioſiſſimo Quæſtore ſuggerente, per aliam conſtitutionem è Repub. fugauit, quæ & ipſa inter Imperatorias ſanctiones reſplendet. Vt omnes iam Libertini ciues ſint Romani: nullo habito diſcrimine in ætate manumiſſi, aut in dominio manumiſſoris, aut in modo manumittendi ſicut antea obſeruabatur. Quid autem id ſit, dicere neceſſe eſt.

§. Sed Dedititiorum.

§. Et Dedititios

ARGVM.

Aetas apud Roman. legitima ac naturalis: item dominium legitimum, ac naturale: præterea manumiſsionis modus legitimus, & naturalis quiſ. nam dicatur.

TV hæc habeto in modum præuiæ cuiuſdã inſpectionis. Eſt apud Romanos legitima

ætas, eſt & naturalis ætas. Eſt legitimum dominium. Eſt legitimus modus manumiſſionis, eſt & naturalis modus manumiſſionis. Et naturalis quidē ætas, quæ minor eſt triginta annis. Legitima vero, quæ maior eſt anno trigeſimo. Nō quod ætatē maiorē triginta annis, natura non agnoſcat: quoniā omnis ætas naturalis eſt: Sed quod ſpecialiter lex ætatis, quæ annos tringinta excedit, meminerit, ideo dixi hanc ætatē eſſe legitimā. Eſt etiā (vt dixi) naturale dominiū, eſt legitimū dominiū. Et naturale dominiū dicitur in bonis: & dominus bonorum dominus. Legitimum vero dicitur, Iure Quiritum, ideſt, Romanorum: Romani enim, Quirites à Romulo, à quo originē ducunt, vocantur. & dominus dicitur, Iure Quiritum dominus. Quod ſi quis vtrumq; dominium habeat, is pleno iure dominus dicitur: vt ambo dominiā habens, naturale & legitimum. Eſt & legitimus modus manumiſſionis & naturalis modus manumiſſionis.

ARGVM.

Manumiſsionis legitimus modus triplici via procedit, nimirum vindicta, cenſu, ac teſtamento. Et quid horum vnumquodq;.

ET legitimus modus, tribus modis fiebat: vindicta, cenſu, teſtamento. Et vindicta erat, apud magiſtratū facta manumiſſio. Dicta eſt autem vindicta, quod vindicaretur mancipium in naturalem libertatem: aut à Vindicio quodam qui quum ſeruus eſſet, erupturam aduerſus Romanos coniurationem, iudicio ſuo patefecit: publiceq; à Romanis manumiſſus eſt, & in

in honorem eius quicunque apud magiſtratum manumittuntur vindicta manumitti dicebantur. Quæ autem cenſu fiebat manumiſſio, ea hunc in modum procedebat. Cenſus ſignificat tabulam aut chartam, in qua Romani facultates ſuas conſcribebant, vt belli tempore, pro modo patrimonij ſui vnuſquiſq; conferret. In hoc igitur cenſu cum iuſſu domini ſeruus ſe liberum ſcribebat, liberabatur à ſeruitute. Teſtamento vero, quum quis ſeruum ſuum in teſtamento liberum eſſe iuſſiſſet.

ARGVM.

Manumiſsionis naturales modi tres olim, & quot in manumittendo ſeruo concurrere deberent legitima.

NATVRALES quoq; modi manumiſſionis erãt tres inter amicos, per menſam, & per epiſtolam. Et quidem inter amicos, quum præſentibus amicis quempiam manumittebant. Per menſam vero, quum libertatis dandæ gratia ſeruum conuiuio adhibebant. Per epiſtolam, quando alij in locis agenti miſſis literis permittebant, vt liber viueret. His ita præcognitis, videto nunc rem de qua agimus. Quum in manumittendo ſeruo tria legitima concurrebant: vt & ipſe maior eſſet annis triginta & dominus eius legitimus eſſet dominus, hoc eſt ex iure Quiritum, & ſeruus vindicta, cenſu aut teſtamento manumitteretur, nec ignominia vllum genus perpeſſus eſſet: omnino is qui manumittebatur, ciuis Romanus fiebat. Quod ſi quum ignominia nulla ſubeſſet tria non concurrebant legitima:

quoniam aut ſeruus minor erat triginta annis: aut dominus tantum bonorum erat dominus, nec etiam legitimum dominium habebat: aut manumiſſio procedebat per menſam, aut per epiſtolam: aut inter amicos: aut duo interdum deſiderabantur legitima aut etiam omnia tria: is qui ita manumittebatur, Latinus Iunianus fiebat. Porro quum nota ignominiæ ſuberat omnino is, qui manumittebatur, fiebat Dedititius. Et hæc quidem olim. Hodie vero, quum (vt dictum eſt) vna ſit ſpecies Libertinitatis, ij qui manumittuntur, omnino fient ciues Romani: nec quidquam curioſius, de dominio, modoúe manumittendi, aut de ætate tractamus.

Quibus ex cauſis manumittere non licet. Tit. VI.

ARGVMENTVM.

Mauumittere cuiuis domino lege non permittitur, & qui in creditorum fraudem manumittit, nihil agit. tametſi ei qui ſoluendo minime eſt, quandoq; ſeruum manumittere, & eundem hæredem inſtituere lex concedit.

SVPERIORA Nos docere poſſunt, quot modis manumiſſio procedat. Nunc neceſſe eſt, vt diſcamus quemadmodum non cuiuis domino liceat manumittere. Nam is qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit. Quia lex Aelia Sentia libertatem impedit. Odio enim ius habet illos, qui in fraudem eorum facultates ſuas minuunt, qui in

tempore neceſſitatis, quū egerent, pecuniā ipſis ſuppeditauerunt. Eadem tamen lex quæ hoc cauit, quibuſdam manumittendi poteſtatem facit, quamuis per hoc facultates ipſorum minuantur: hoc eſt ijs qui nō ſoluendo ſunt quos Græci ἀπόρους vocant. Is autem non ſoluendo eſt: qui plus debet, quàm in bonis habet. Is igitur qui nō ſoluendo eſt, valde ſit in fracto ægroq́; & curis confecto animo neceſſe eſt, quū apud ſeſe tacitus cogitat, nō tam ea, quæ multa & grauia viuos fatigant & vexant, utpote quæ interdum vitari quibuſdam modis (aut minus) poſſint: quàm ignominiam infamiamq́; quam à morte cineribus atq; oſſibus ſuis videt iniuſtum iri. Nemo enim qui modo mentem aliquam habet, hæreditatem admittet, ex qua adiens nullum emolumentū ſperare poſſit, ſed quæ multas iniurias moleſtiasq́; & damna, & lites ſecum afferat. Nemine igitur eius hæreditatem ſuſcipiente, neceſſe erit, vt bona ipſius à creditoribus vendantur, & per hoc memoria eius laceretur ac minuatur. Neq; enim dicent creditores ſe hæredis illius bona vendere, ſed defuncti.

Permittit igitur lex Aelia Sentia ei, qui non ſoluendo eſt, vt ſi ſeruos habet, vnum eorum cum libertate hæredem inſtituat: qui poſt mortē ipſius hæres ei fiet ex neceſſitate, ac dicetur ſolus, & neceſſarius. Solus, quoniam vnum & eum ſolum ei qui non ſoluendo eſt, hæredem licet inſtituere. Nam vſq; ad vnum lex conſtitutionem ſuā vitiat, & corrumpit. Neceſſarius; quoniam & inuitus hæres fit. Fiebat autē hic §. Licet āt.

ARGVM.

In fraudem manumittere, vt quis dicatur, non tam facultatum magnitudo ac paruitas cum manumittitur, ſpectatur, atq; conſilium & euentus.

QVOMODO quis in fraudem creditorũ manumittere videatur, quærere neceſſe eſt. Et quidam dicebant eum in fraudem creditorum manumittere, qui plus deberet, quàm in bonis haberet. Alij eum, cui deducto ære alieno, nihil reliquum eſſet, cuiusq; præſens patrimonium creditoribus poſſit ſufficere, ſed datis libertatibus futurum ſit, vt creditores lædantur, quia hoc modo minuantur eius bona, ita vt ſoluendo eſſe deſinat. Verum præualuit vt non ſolum inſpiciamus, an non ſoluendo, ſi is qui manumittit, ſed etiam an vt creditores defraudet, det libertatem. Tunc enim datio libertatis impeditur, quum & conſilium interuenerit, & euentus acciderit. Itaq; ſi ea vtraq; concurrant, ſeruus non fit liber. Sin vnum deſit, libertatem adipiſcitur. Vtrumq; autem, hoc eſt conſilium & euentum, inuenies in hoc ſpecie. Quidam trecentorum aureum patrimonium habebat. Hic trecentos aureos debebat. Et ad defraudandos creditores ſuos, voluit ſeruos, qui centum aureis valebant, manumittere. Atque ita patrimonium eius ducentorum aureum fiebat. Hic vtrumq; eſt, & conſilium, & euentus. Nam & malo conſilio rem aggreſſus eſt, & euentus creditoribus damno eſt. Deficit autem euentus hunc in modum: Qui mille aureos in bonis habebat, trecentos tantum habere ſe putabat: §. In fraudem.

& quadringentos debebat. Seruos ſuos qui centum aureorum erant, in fraudem creditorum manumiſit. Res hæc peſſimo conſilio inita eſt: nempe in necem damnumq́, creditorum. Euentus tamen eis damno non eſt. Nam & deducta ſeruorum qui manumiſſi ſunt æſtimatione, abunde ſupereſt in bonis, quo nomina creditorũ diſſolui poſſint. Conſilium deeſt, vt in hac ſpecie. Aliquis mille aureos in bonis habebat: & debebat quadringentos. Eo procul à patria profecto contigit, vt fortunæ ipſius luculentum damnum acciperent, ædibus forte incendio abſumptis, aut collapſis, ita vt iam ad trecentos aureos reciderint. Is quum nondum damna ſua reſciuiſſet, ſeruos quoſdam pretij centum aureorum, quorũ nimiæ erga ſe beneuolentiæ gratiam volebat referre, manumiſit. In hac ſpecie, nihil affectu animoq́, fraudandi factum eſt: ſed euentus creditores lædit. Quoniam quod in patrimonio ſupereſt, dimittendis creditoribus non ſufficit. Vides enim quemadmodum amplum ſe putarit habere patrimonium, & quod æri alieno diſſoluendo poſſet ſufficere. Ac fideliſſimos, & optime de ſe meritos ſeruos manumiſerit: & in omnibus per quæ omnia oſtenderit, nihil agi malo conſilio. Euentus autem exitioſus eſt, quia non vt putabat in patrimonio eius vere plus erat, quàm in ære alieno. Interdum enim aliter exiſtimamus de facultatibus noſtris, quàm rei veritas ſe habet. Tunc igitur (vt rem in pauca conferam) impediuntur libertates, quum & animo peruerſo ſeruos manumitto; & creditoribus

nocet damnoq́, eſt, id quod egi. Satis ex ijs quæ proxime dicta ſunt patet, libertates in fraudem creditorum datas impediri per legem Aeliam Sentiam quippe quæ manumittentis cogitationem in alterius iniuriam ſuſceptam oderit.

ARGVM.

Minor annis viginti non temere ac paſsim manumittit, ſed iuſta ex cauſa in conſilio approbata. Quid autem cõſilium, quod conuentus, & qui recuperatores iudices dicãtur, ſubinde traditur.

EADEM lex, irritas eſſe vult libertates, quæ à minore viginti annis præſtantur: nulloq́, id odio, ſed fauore potius manumittentium. Nouerat enim eos, qui eam ætatem agunt, facile circumueniri, ſeruulorumq́, blandimentis & adulationibus capi, & ita facultates ſuas diminuere. Id ergo quum ſciret, inſidijs quæ illinc intendi & parari poterant, conſtitutionem ſuã oppoſuit. Non tamen ita eos prohibet ſuum ſeruorum manumittere, quin libertates eorũ qui apud magiſtratum iuſta cauſa in conſilio approbata, manumiſſi fuerint, ratas habeat. Sed dicamus prius quid ſit conſiliũ, deinde iuſtas manumiſſionis cauſas enumerabimus. Conſilium eſt, conſeſſus certorum virorum ſtatis anni diebus coeuntium. Habebatur autem hoc conſiliũ, non Romæ tantum, ſed etiã in prouincijs. Coibant autem viri illi, tempore conuentus. Et quid eſt conuentus? Eſt certum ſtatumque tempus litium dirimendarum gratia inuentum. Nam Romani, quum totum ferè annum bellis gerendis occuparentur, certo quodam tempore, quum hyems eos & hybernæ §. Eadem.

tempeſtates ſub pellibus agere prohiberent: quoniam (vt in communi vita) ſine litibus controuerſiisq; eſſe non poterant: omiſſis armis. Iudiciis vacabant, & multos eam in rem conſtituebant Iudices, vt ambiguas ipſorum cauſas dirimerent, qui recuperatores vocabantur: quia per eos vnuſquiſq; debitum recipiebat. Tempus autem illud a conueniendo, Conuentus dictum eſt. Conueniebant enim & iudices & litigatores. Extremo autem conuentus die habebatur conſilium in prouinciis, hunc in modum: Procedebat enim Proconſul aut Præſes, & in tribunali ſuo conſidebat, vnaquaq; iuxta ipſum viginti viri, qui dicebantur Peregrini recuperatores, quia per eos mancipium naturalem libertatem recipiebat (ſcis enim natura liberos omnes homines productos eſſe) & apud eos à manumittentibus allegabatur iuſtæ cauſæ manumiſſionis. Habebatur & Romæ cõſilium die aliquo Conuentus, Prætore pro tribunali ſedente, & aſſidentibus ei quinq; Senatoribus & quinq; equitibus Romanis. Erat autem dignitas Equeſtris minor ordine Senatorio, ſed tamen veluti ſeminarium eius.

ARGVM.

Manumittendi cauſa iuſta varie ſpectatur, & compluribus exemplis explicatur.

§ Iuſta

Q*VVM dictum ſit de conſilio, dicamus & de iuſtis cauſis. Iuſta cauſa eſt, quum minor viginti annis patrem aut matrem vult manumittere: quos natura filio parentes*

rentes dedit, ſed domini voluntas ſeruos fecit. Et quomodo id accidit, vt is qui ex ſeruis natus eſt, liber ſit ac ciuis Romanus, parentes autem in filij dominio ſunt? Finge omnes tres in vnius & eiuſdem eſſe dominio: & filium à domino moriente minorem viginti annis hæredem inſti tui: & hoc modo illum cum cæteris rebus & parentum horum dominum fieri. Deinde quum filius parentes ſuos è quibus ipſe genitus eſſet, ſeruitutis iniuria ac calamitate affectos videre nollet, manumiſit ſi quis dicat, eos apud conſilium. Eſt & iuſta cauſa, filius meus naturalis, aut filia mea naturalis eſt. Finge enim quempiam amore ancillæ ſuæ captum fuiſſe, & liberos ex illa habere. Quod natum eſt, haud dubie ſeruum eſt, vt ex ſeruo ventre procedens. Rurſus & illa iuſta cauſa eſt, ſi quis dicat, frater meus naturalis, aut ſoror mea naturalis eſt. Nam quū pater meus ex ancilla ſua ſtupro cognita liberos haberet, quos non manumiſerat, illorū eo mortuo ego dominus iure ſum factus. Sed eos ego ob naturalem cognationem manumiſi. Iuſta & illa cauſa eſt, ſi quis dicat: Pædagogus meus eſt, aut nutrix, aut educator, aut alumnus vel alumna, aut collactaneus. Idemq́; eſt ſi procuratoris habendi gratia, ſeruum manumittere velim, vt liber factus ſine vllo impedimento negotia mea adminiſtret. Vel ancillam matrimonij cauſa. Nam quoniam inter liberū & ſeruum matrimonium nō conſiſtit, ideo eam manumittere volui. Is aūt qui matrimonij cauſa manumittit, intra ſex menſes vxorem eam

debet

debet ducere, niſi iuſta cauſa impedierit: Veluti, quia manumiſſor Senator factus eſt: Nam Senator libertinam vxorem ducere non poteſt. Sed & is qui procuratoris habendi gratia manumittitur, maior eſſe debet ſeptemdecim annis.

ARGVM.

Cauſa manumiſsionis in conſilio ſemel dicta, ſiue vera, ſiue falſa ſit, manumiſsio ſecuta non retractatur.

§. Semel autē cauſa

QVVM autem ſemel in cōſilio iuſta cauſa allegata eſt, ſiue vera ſit, ſiue falſa, manumiſſio ſequuta, non retractatur. Nam quum ea dicitur, contradicere licet, & manumiſſioni moram facere. Quæ poſtquam ſequuta eſt, non credetur ei, qui iuſtam illam cauſam fictam eſſe contendet.

ARGVM.

Minor annum decimumoctauum ingreſſus, ſeruis proprijs libertatem teſtamento conferre poteſt.

§. Cū ergo.

QVONIAM vero diximus, minorem viginti annis manumittere non poſſe, niſi iuſtā in conſilio cauſam dixerit: abſurdum quiddam hinc oritur. Contingit enim vt qui maior ſit quatuordecim annis, legata maximi pretij dare, teſtamentumq́; facere, & hæredes inſtituere poſſit, & quocunq; modo velit de hæreditate ſua diſponere: ſeruulum tamē vnū, qui decem aureis valeat, manumittere nō poſſit. Ridiculum igitur hoc ius eſt, quod maiora concedit, & minora prohibet. Quod profectò ferendū non videtur, vt omnia bona ſua quis in quem velit transferre poſſit, vnū ſeruulum libertate

bertate donare non poſſit. Vnde & Imperator noſter ſanctiſs. tanta iuris abſurditate commotus, conſtituit, vt quemadmodū de cæteris omnibus rebus ſuis adoleſcentes in teſtamentis ſecundum voluntatē ſuam diſponunt: ita etiā quamuis minores viginti annis ſeruos ſuos teſtamento poſſent manumittere. Porro quoniam inæſtimabilis res eſt apud Romanos libertas, & propter hoc lex Aelia Sentia ante vigeſimum annum libertatem dare prohibuit: ideo ipſe mediā quandā viam ingreſſus, non aliter minori viginti annis, ſeruo ſuo libertatem dare teſtamento permiſit, quam ſi decimumſeptimū annū exceſſerit, & decimumoctauum attigerit. Etenim quū veteres maiori ſeptemdecim annis pro alijs poſtulare permittant, quare non dicamus iudicij ſui ſtabilitatem & in manumittendis ſeruis eis prodeſſe? Qui enim adeo ſapit, vt alios patrocinio ſuo iuuare poſſit, is haud dubie & ſibi recte conſulet. Itaq; minor viginti annis inter viuos non manumittet. In teſtamento autem poſt annum decimūſeptimum, recte id faciet. Nam quum ſex anni ſint ab anno decimoquarto, vſq; ad annum vigeſimū completum. Imperator noſter in tribus primis annis vſq; ad annum decimumſeptimum prohibitionem legis Aeliæ Sentiæ ſeruauit, poſt annum vero decimumſeptimum, manumittere conceſſit.

De lege Fuſia Caninia. Tit. VII.

ARGVMENTVM.

Libertatē ſeruis ī teſtamēto, ſicuti inter viuos, acerbitate inuidia legis Fuſiæ Caniniæ profligata, quiuis dare poteſt.

tinos. Atq; iterũ:Ingenuitatẽ eſſe indiuiduam: Libertinitatẽ vero olim in tres ſpecies diuiſam fuiſſe. Nã libertinorũ alios fuiſſe Ciues Romanos, quoſdã Latinos Iunianos, & aliquos Dedititios. Addidimus ẽt Dedititiorũ & Latinorũ conditiones diuerſis conſtitutionibus ſublatus eſſe: vt iã Libertinitatis vna tantum ſit ſpecies quemadmodũ & Ingenuitatis. Dicamus nunc & de ſecunda perſonarũ diuiſione. Homini.n. alij ſunt in poteſtate, alij ſunt ſuæ poteſtatis, hoc eſt, alij ſunt ſui iuris, alij ſunt iuris alieni. Diſcamus igitur prius de perſonis quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt: nam ex ijs & eas cognoſcemus, quæ ſui iuris ſunt. Quicunq; enim inter has nõ ſunt, apertũ ẽ, inter eas eſſe quæ ſui iuris ſunt. Subiectũ autẽ eſſe alieno iuri, Græcè ὑπεξουσιότης, Latinè dicitur poteſtas. Hanc porro habemus aut in ſeruos noſtros, aut in liberos noſtros.

ARGVM.

Poteſtas dominis olim in ſeruos ſumma conceſſa, quæ iuregentium inducta eſt, hodie adeo legitimæ coercita eſt, atq; temperata, vt nemini imperio ſubdito, cauſa legibus uon cognita, ſeruum occidere liceat.

AC prius inſpiciamus de ijs, qui in poteſtate dominorum ſunt. Eſt autem poteſtas ἀκρα ἐξουσία, Summa licentia vel authoritas. Poteſtas vero hæc in ſeruos, Iuriſgentiũ eſt. Nec n. tantũ apud Romanos, ſed ẽt apud alias gẽtes, ea in vſu habetur. Adeoq; iuri noſtro ſubiecti ſunt ſerui vt vitæ neciſq; in eos ſit poteſtas, hoc eſt, vt eos trucidare impune liceat: atq; vt quodcunq; per ſeruũ acquiritur, id ad dominũ eius pertineat.

neat. Sed hodie, nulli hominũ qui ſub Imperio Rom. ſunt, ſine cauſa legibus cognita ſeruũ ſuũ occidere permiſſum eſt.

ARGVM.

Dominis in ſeruos ſæuire ſupra modum, cauſaq; non cognita, minime licet. Iuſta autem ſæuiendi cauſa, quæ ſit exemplis planum facit. Seruis autem de dominis querentibus non temere credendum, ſiquidem natura ſerui dominorum hoſtes ſunt. At ſi domini ſæuitia intolerabilis cognita ſit, vendere dominus conditionibus bonis, ac pretio iuſto ſeruum cogitur. Et qui conſtitutioni huic fraudẽ fecerit, ſæuerißime plectet.

§. Sed & maior. *AC ne ſupra modum quidem ſæuire in eum licet. Conſtitutione enim Antonini Cæſaris, is qui ſeruũ ſuum ſine iuſta cã occiderit, nõ minus puniri iubetur, quam is qui alienũ ſeruum occidit. Eſt autem iuſta cauſa, ſi dominus ſeruum ſuum cum vxore ipſius rem habentem comprehenderit, aut quum domino manus inijcere vellet, dominus eum anteuertens ferro interemerit. His enim ex cauſis cædes ad pœnã non vocatur. Nec vero occidi tantum ſeruos idem Princeps vetuit, ſed etiam maiorem dominorum aſperitatem alia quadam conſtitutione coercuit, quæ ex huiuſmodi occaſione initiũ ſumpſit. Iulius quidem Sabinus, ſæuus admodum & immitis erat in ſeruos ſuos. Qui quum tam immoderatã eius acerbitatem ferre nõ poſſent, relicto domino, alij in ædes ſacras, alij ad ſtatuas principum cõfugerunt. Quumq; Aelius Martianus Præſes Prouinciæ illac præteriret, auxilium eius inuocauerunt. Is quum eos interrogaſſet, ſimul & conditionem ipſorum cognoui*

gnouit, & cauſam cur ſe adirent didicit. Seds quum nullam legem haberet, qua ſpecies tali dirimeretur, rem ad Principem retulit, quid de ea fieri placeret conſulens, & omnia vt geſta erant exponens. At Princeps ad ea commotus reſcripſit, Seruis de domino quærentibus facile credendum non eſſe. Natura enim ſeruus domini hoſtis eſt. Sed Iudicem eos conuocare, & quid inter eos controuerſiæ ſit cognoſcere debere. Vt ſi intolerabilis dominorum ſæuitia videretur, cogantur domini eos, quibus tam duri & acerbi incumbunt, bonis conditionibus vendere, & dominis pretium illorum reddatur. Ideo autem dixit bonis conditionibus, ne dominus ſeruo infenſior, graues venditioni conditiones apponeret, paciſcens ſcilicet vt aut ſemper haberetur in vinculis, aut nunquam manumitteretur, aut habitaret in regionibus, quæ tam graui & immiti cœlo ſunt, vt nemo id niſi qui diu aſſueuerit, ferre poſſit. Et ita poteſtas fieret vendenti domino, etiam à venditione crudelitatem ſuam eo pacto in ſeruum effundendi. Rectiſſime autem & illud Princeps adiecit, vt venderetur ſeruus, ac pretium domino daretur: quo ſcilicet & ſeruus per venditionem ab impotenti & acerbo domino liberaretur, & dominus pretium accipiens nullum ex ſeruo damnum ſentiret. Nec eſt quod indignetur dominus non licere ſibi, vt ſuis ſeruis imperet: quoniã ſubditos ſuos Princeps & inuitos benefici afficit. Porro illud facile futurum erat, vt ſerui deſperata liberatiõe, aut man⁹ ac
vim

vim ſibi afferrent, aut fuga arrepta, pretiũ ſui domino auferrent. Vtriſq; igitur prouidit, & dominis & ſeruis. Nam & hoc expedit Reipub. ne quis ſua re male vtatur. Sunt autem reſcripti ad Aelium Martianum miſſi verba hæc: Dominorũ quidem poteſtatẽ in ſeruos ſuos illibatam eſſe oportet, neq; hac lege diſſolui, id eſt iura dominorum minui non debent. Sed tamen id dominis vtile eſt, vt auxiliũ feratur ſeruis, qui male à dominis habetur, aut ex immodica ira, aut per famem vel aliam intolerabilẽ iniuriam. Vnde nec ſeruis qui iuſta petunt, id negandum eſt; Cognoſce igitur querela eorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuas confugerunt. Et ſi, re tota perquiſita, durius eos à Sabino quã par erat tractatos, aut ad turpiſſima quædam obeunda adactos eſſe copereris, diſtrahi iube. Idq; ita, vt nunquam in venditoris poteſtatem reuertantur. Quod ſi dictus Sabinus in fraudem huiuſce conſtitutionis aliquid agere tentauerit, palam quidem & prima fronte ſeruos venundans, ſed clam & per occultum paciſcens vt ſibi reddantur: ſeueriſſime aduerſus eum qui tantum facinus admiſerit, fraudemq; conſtitutioni ſuæ fecerit, Princeps eam rem exequuturus eſt.

De Patria poteſtate. Tit. IX.

ARGVMENTVM.

Poteſtati patriæ ſubeſſe dicuntur, qui ex iuſtis nuptijs ſuſcepti ſunt. Nuptiæ autem, viri ac mulieris coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem promittens dicuntur.

IAM

IAM ante diximus in poteſtate nos habere ſeruos noſtros & liberos noſtros. Quũ igitur de eo dictum ſit, quemadmodum ſerui in poteſtate noſtra ſint: reliquum eſt, vt dicamus quemadmodum in poteſtate noſtra ſint liberi noſtri. In poteſtate noſtræ ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis nuptijs ſuſcepimus. Porro quod Græci vno verbulo dicunt γαμον pro eo Latinus ſermo duo habet, nuptias, & matrimonium. Et quid eſt matrimonium, ſiue nuptiæ? Viri & mulieris couiunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem promittens ſiue præbens.

ARGVM.

Poteſtas patria iure Romano iuducta: ſolis competit ciuibus Romanis: at ne id quidem omnibus, ſed maribus tantum.

IVS autem poteſtatis, quam in liberos noſtros habemus proprium eſt ciuium Romanorum. §. Ius autẽ. *Nemo enim alius talem poteſtatem in liberos ſuos habet, qualem habent ciues Romani. Eſt igitur ius illud Ciuilis iuris. Nam poteſtas quã in ſeruos habemus, iuris gentium eſt. Qui igitur ex me & vxore mea naſcitur, in poteſtate mea eſt. Similiter & is, qui ex eo, qui in poteſtate mea eſt, & vxore eius naſcitur. i. nepos meus, & neptis mea æque in poteſtate mea ſunt. Idem & in pronepotibus abnepotibusq́, & deinceps dicendum eſt: Qui vero ex filia mea naſcuntur, in poteſtatem aut materni. i. in meam ſcilicet non cadunt, ſed in poteſtate patrũ ſui ſunt.*

DE

De Nuptijs. Tit. X.

ARGVMENTVM.

Puberes maſculi ac fœminæ viripotentes inter ſe iuſtas contrahunt nuptias, ſi modo quæ legibus iubētur obſeruent. Et ſi filijfamilias ſint qui contrahunt, patris conſenſu egent, modo is ſit pater, qui conſentire queat.

IVSTAS aũt Nuptias inter ſe cōtrahunt ciues Romani, quũ ea de nuptijs, legibus cauentur, obſeruant. Neceſſe eſt autē, vt maſculi puberes ſint, fœminæ viripotentes, hoc eſt vt illi maiores ſint annis quatuordecim, hæ annos duodecim excedant. Atq; hæc dicimus, ſiue filijfamilias, ſiue patresfamilias ſint ij, qui nuptias contrahunt. In filijs tamen familias, aliud quiddam exigimus. Nempe parentum conſenſum, in quorum poteſtate ſunt ij, qui matrimonio coniugantur. Id enim fieri & ciuilis & naturalis poſtulat ratio. Ciuilis quidem propter ius quod Romanorũ propriũ eſt, nempe patriam poteſtatem. Naturalis vero, quoniam æquum eſt, vt qui ad illam vſq; ætatem eos educauerunt (parentes ſcilicet) hoc honoris habeant, ideſt, vt matrimonio conſentiant. Oportet autem patris iuſſum præcedere, hoc eſt, oportet à patre rem comprobari. Vnde illud in dubitationem deuenit, quũ pater in furore eſſet, filius aut filia ad contrahendas nuptias ſolicitabantur. Neque enim calamitas patris furioſi, liberos à poteſtate eius li-

berat,

berat, Quoniam neque ſana ac ſobria parentis mens poteſtatem patriam aduerſus liberos inducit, vt conſequenter dicere poſſimus, quũ pater ſapere deſijt, vna & patriam poteſtatem extingui, ſed potius liberi ex iuſtis nuptijs procreati eã inducunt. Nuptias igitur liberi volebant contrahere, ſed quum filijfamilias eſſent, opus erat patris conſenſu. At is qui in furore eſt, nullum poteſt habere conſenſum. Quærimus ergo an poſſint? Et quidem ſi dicimus conſenſum eſſe quum ſpecialiter pater dixerit ſibi id quod agitur placere, hunc à furente conſenſum præſtari morbus non patitur. Sin autem conſenſum eſſe admittimus, quòd quum pater rem quæ geſta eſt videret, non contradixerit: propius eſt, vt citra impedimentum nuptiæ procedant. Attamen ne hoc quidem verum eſt. Nam is qui in furore eſt, tacendo non conſentit. Quoniam is demum tacendo conſentit, qui quum rem ſentiat quæ agitur: ſi ill: parum ipſi placeat, contradicere poteſt. At is qui furore tenetur, tacet quidem, ſed vt malis oppreſſus, non vt placide quieſcẽs. Quoniam igitur multæ magnæq; hiſce de rebus inter Iuriſconſultos erant dubitationes, edita eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, quæ totam controuerſiam diſſoluit, ac filio cuius pater in furore eſt permittit, vt legitim·m ſibi vxorem adiungat, non expectato patris conſenſu, quemadmodum & filiæ permiſſum eſt (nam in filia nulla erat dubitatio) ijs tamen ſeruandis, quæ præfata conſtitutione comprehenſa ſunt.

ARGVM.

Nuptiæ non paſsim ac temere contrahuntur, ſed ita demum, cum nec naturalis nec ciuilis coniunctionis vinculũ, affert impedimentum, quod aut cognationis agnatiõisve, aut adoptionis eſt.

§. Ergo nõ oẽs.

PORRO quoniam diximus, iuſtas eſſe nuptias, quum ciuis Romanus maior annis quatuordecim uxorem ducit, ciuem Romanam maiorem annis duodecim: an ſi quis matrem ſuã, ſororemúe aut filiam in uxorem acceperit, licitum eſt hoc matrimonium. Et dicimus nequaquam. Quoniam á quibuſdam nuptijs abſtinendum eſt. Et ut rem omnem melius intelligas, hæc habeto in modum cuiuſdam præuiæ inſpectionis. Cognatio nomen eſt generale, diuiditur autem in tria aſcendentes, in deſcendentes, & eos qui ſunt in obliquum. Et aſcendẽtes quidem ſunt, qui nos genuerunt, veluti pater, mater, auus, auia, & qui ſupra hos ſunt. Deſcendentes vero, qui ex nobis gignũtur: veluti filius, filia, nepos, neptis, & qui infra hos ſunt. Ex tranſuerſo propinqui, ſunt, qui neq; nos genuerunt, neq; a nobis gignũtur, ſed ſtirpem ſuam, & radicem nobiſcum habent communem: veluti, frater, ſoror, patruus, vel auunculus, amita vel marter-tera, conſobrinus, conſobrina, & qui ex his deſcendunt. Cognatio autem quæ ex latere ſiue ex tranſuerſo eſt, in duo diuiſa eſt: in agnatos & cognatos. Et agnati quidem ſunt, qui per maſculos nobis coniungũtur, ut frater conſanguineus, & ſoror conſanguinea & fratris liberi, & nepos neptisúe ex fratris filio & patruus, & patrui liberi,

liberi, & ex filio patrui nepos neptisúe, & amita. Atq; (vt totam rem vno verbo abſoluam) tandiu per ordinem procedit agnatio, quandiu nulla interuenit perſona fœmina, quæ cauſam det cognationi. Cognati vero ſunt, qui per fœminas nos contingunt. Vt frater vterinus non etiã conſanguineus, & liberi eius. Aut ſoror vterina, aut etiam ſororis conſanguineæ liberi: nam & hi cognati ſunt, quoniã ſororis perſona agnationem incidit. Porro agnati & legitimi dicuntur, ideſt iure Ciuili inuenti, & cognati, ideſt natura cogniti. Cognatos vero ſola nouit natura, neq; item legitimi ſunt. Quos enim ius Ciuile nouit, hos nouit & natura: quos vero natura nouit hos non omnino non nouit & ius Ciuile. Hæc autem cognatio bifariam cõſtituitur, aut natura, aut iure Ciuili, ſiue adoptione. Natura, quum ex iuſtis nuptijs liberi naſcũtur. Adoptione, quum quis filium habens, alium in adoptionem accipit Is enim qui ita adoptatur, filij mei naturalis & fratris ſui adoptiui agnatus eſt, eſt autem & cognatus. Quos enim adoptio ei agnatos facit, hos facit & cognatos. Quoniam actus hic legitimus, hoc eſt, adoptio, facile agnationi quæ & ipſa legitima eſt, coniungitur. Legitima enim legitimis facile cohærent. Porro agnatio adoptioni coniuncta ſecum trahit & naturam, ideſt cognationem: & quos adoptiuus agnatos vocat, hos nominat & cognatos. Quos vero cognatos vocaret (ſi natura mihi eſſet filius) hos quum adoptiuus eſt, neque agnatos, neque cognatos vocabit. Cognatio enim quæ na-

tura contingit, pro nulla habetur in adoptione. His ita præcognitis, vide nunc rem de qua agimus. Diximus ſupra non ſemper iuſtas eſſe nuptias, quum ciuis Romanus ciui Romanæ iungitur, propterea quòd à quibuſdam nuptijs abſtinendum ſit. Et quidem inter parentes & liberos in infinitum prohibitæ ſunt nuptiæ: neque enim poteſt quiſpiam matrem ſuam vel auiam, aut filiã vel neptẽ in vxorẽ accipere. ſiue naturales ſint, ſiue adoptiuæ, etiam ſi maxime per emancipationem ſoluta ſit adoptio, quoniam & priſtinũ patris vel aui nomẽ pudori eſſe oportet.

ARGVM.

Cognatio non omnis iuſtas contrahi nuptias vetat. Et ſublata ciuili cognatione, cognationem diſſolutam eſſe.

§. Intereas quoq;

SED & inter perſonas, quæ ex trãuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt prohibitio aliqua, verum non perpetua. Ecce enim inter fratrem & ſororem nuptiæ non conſiſtunt: ſiue ab eodem patre eademq; matre nati fuerint, ſiue ab eodem patre tãtum, vel ab eadem matre tantum. Sed & ſi qua mihi per adoptionem, ſoror eſſe cœperit, quamdiu conſtat adoptio, matrimonium impeditur: quum vero ea diſſoluta fuerit, quia aut ego emancipatus aut illa emancipata ſit citra impedimentum procedẽt nuptiæ. Nam quum adoptio quæ legitima res eſt per emancipationem quod & ipſum iuris Ciuilis nomen eſt, diſſoluta ſit: nullo cognationis genere ea mihi videtur coniungi. Nam ante quam

ambo

ambo in vnius eſſemus poteſtate, & agnatam eam vocabam & cognatam, verum adoptione per emancipationem diſſoluta, agnatam eam amplius non vocabo. Quoniam adoptio, quum ſit res Iuris Ciuilis: ciuilem quoque cognationem, ideſt agnationem ſecum vna quum extingueretur, ſuſtulit. Sublata autem agnatione, diſſoluta eſt & cognatio. Nam quum agnatam eam vocare non poſſim, conſequenter nec cognatam potero. Quapropter ſi quis generum ſuum adoptare velit, debet ante filiam ſuam emancipare. Et ſi quis quum filium habeat, nurum ſuam velit adoptare, ante debet emancipare filium. Id enim niſi fecerit per adoptionem gener vel nurus ſoluetur matrimonium. Quoniam futurum eſt, vt fratres inueniantur. Porro inter fratres neque ſi adoptiui ſint, conſiſtunt nuptiæ.

ARGVM.

Cum filia aut filio fratris naturalis, & ſi iuſtæ ac legitimæ non contrahuntur nuptiæ, cum filia tamen ſororis ciuilis ideſt adoptiua cõtrahi mihi vetat.

FRATRIS mei aut ſororis meæ filiam vxorem ducere fas non eſt. Imo ne nepotem quidem eorum: quamuis mihi quarto gradu ſit. Quo tamen ex gradu vxorem, poſſum ducere, veluti patrui vel auunculi, æmitaq́, vel materteræ filiam. Id enim pro vniuerſali regula tenendũ eſt: Cuius perſonæ filiã vxorẽ ducere nõ poſſim, eius nec neptẽ ducere me poſſe. Quod ſi pater meus naturalis virginẽ aliquã adoptauerit, §. Fratris vero. § Eius vero.

 rit,

rit, atque ex ea nata ſit filia, vxorē hanc poſſum ducere. Nam hæc mihi per fœmininum ſexū cognata eſt. Porro iam dictum eſt, cognationem, quæ natura contingit, pro nulla haberi in adoptione.

ARGVM.

Liberi fratrum duorum aut ſororum legitime nuptias contrahunt. Sed cum amita, aut matertera etiam adoptiua, & ſuperiore gradu non licet.

§ Duorū aūt

DVORVM fratrum vel ſororum, aut fratris & ſororis liberi, rectè inter ſe nuptias contrahunt. Amitam meam (eſt autem amita patris mei ſoror) vxorem ducere nō poſſum, quamuis adoptiua ſit: neque etiam materteram (eſt autem matertera matris ſoror)

§. Itē amitā

quoniam matrum locum obtinent. Qua ratione neq; magnam amitam, neq; magnā materteram ducere potero: quoniam vicem auiarum ſuſtinent. Eſt & magna amita aui mei ſoror, quam pater meus amitam, & ego magnam amitam appello. Matertera magna auiæ meæ ſoror, quam mater mea materteram vocat, & ego magnam materteram. Dictum eſt de amita, eam in vxorem accipi non poſſe, neq; ſi adoptiua ſit. Quod tamen in matertera non æque placuit. Et quomodo contingit vt amitam adoptiuam vel amitam magnam adoptiuam habeam? Verbi gratia: Auus meus paternus qui patrem meum filium haberet, puellam aliquam in adoptionem accepit. Et pater meus hāc adoptiuam ſororem vocabat, egoq; adoptiuam voco amitam. Magna

autem

autem amita adoptiua quomodo procedit? Finge à proauo meo paterno, quum auum meum filium haberet, puellam aliquam in adoptionem acceptam eſſe: quam auus meus ſororem adoptiuam vocabat, & pater meus amitã adoptiuam, at ego magnam voco amitam adoptiuam. Ideo autem in amita adoptionis mentio ſemper fit, in matertera vero, non item: quia quum per virilem ſexum illa mihi coniungeretur, dubium non erat quin eſſet mihi agnata: atque ideo erat & cognata, quoniam qui agnatus eſt, is omnino & cognatus eſt. In matertera autem, per adoptionem nuptiæ non impediebantur: quoniam quum matertera me per fœminæ perſonam contingat, cognata tantum mihi eſt: & ex adoptione nullo iure cognationis mihi iungitur, propter regulam qua dicimus: Cognationem, quæ natura contingit, in adoptione pro nulla haberi. Quando igitur cum hac nuptiæ non prohibentur, ideo in fingenda exempli ſpecie, materteram adoptiuã non poſui. Et quõ accidit, vt quis materterã adoptiuam habeat? Veluti, ſi auus meus maternus, quum matrem meam haberet filiam, puellam quampiã in adoptionem accepit, quam mater mea ſororem adoptiuam vocabat, & ego voco materteram adoptiuam.

ARGVM.

Affinitatis veneratio ac reuerentia inter ſocrũ ac nurum, vitricum ac priuignam, ſiue nunc ſit, ſiue olim fuerit, vt prohibet nuptias; ita inter ſocrum ac nouercam cum genero ac priuigna non admittit.

§. Affinitatis quoq;

DIXIMVS iam de nuptijs propter cognationem prohibitis. Sunt & aliæ quæ non per cognationis iura, ſed per affinitatis venerationem parum procedant. Eſt autem affinitas, propria quædam perſonarum qualitas, quæ citra cognationem nobis ex nuptijs coniunguntur: veluti, priuignam nurumúe meã vxorem non poſſum ducere, quoniam loco filiarum habentur. Et nurus quidem eſt, filij mei vxor: priuigna vero, vxoris meæ filia. Porro in his addenda eſt dictio, (Quondam) & dicendum eſt, in vxorem accipere non poſſum priuignam quondam meam, aut quæ nurus quondam mea fuerit. Nam addita dictione (Quondam) oſtendimus perſonas eas non extare, quæ affinitati cauſam dederunt. Atqui ne ſic quidem ijs poſſum matrimonio coniungi, ſublatis perſonis per quas contracta eſt affinitas, ſed affinitatis veneratione ab huiuſmodi coniunctionibus abſtinendum eſt. Nam quum dico, Quæ quondam nurus mea fuit: oſtendo maritum illius, filium meum, defunctum eſſe. Item quum dico, Quæ quondam priuigna mea fuit, oſtendo matrem illius, vxorem meam mortuam eſſe. Etenim ſi hæc adhuc priuigna mea eſt, & illa adhuc nurus: maior eſt ratio, quæ prohibet ne eam vxorem ducam, quoniam futurum eſt vt aut vnus vir duas habeat vxores, aut vna mulier duobus maritis nupta ſit. Si enim nurum meam duxero, & filium meũ; & me illa habebit maritos. Sin vero priuignam meã, continget vt mihi duæ ſint vxores, ea ſcilicet quæ mea nunc vxor eſt,

*& filia quoq; eius priuigna mea. Porro capitalis in eos pœna conſtituta eſt, qui binas nuptias contrahunt. Nemo igitur *maiore prohibitione omiſſa (de capitali pena ſentio) de minore diſputat & in honorẽ affinitatis coniunctionem dicit prohibitam eſſe.*

* Maiore prohibitio.] Græcè eſt in editione Baſilienſi κωλασιν, quod nihili verbum eſt. Ideoq; aut κολασιν legendum eſt, aut κωλισιν. Editio Louanienſis habet κολασιν. Ego malui κωλισιν. Hæc Curtius. Malint alij nonnulli κολασιν.

Vxorem non poſſum ducere, quæ quodam aut ſocrus mea aut nouerca fuerit: quoniam matrum loco habentur. Et ſocrus quidem eſt, vxoris meæ mater. Nouerca verò, patris mei vxor, ex qua ego natus ſum. Addidi autem & hic dictiunculam illam. Quondam, vt oſtendam perſonas quæ cauſam affinitati dederunt, non extare, quia aut vxor mea, aut pater meus defunctus ſit. Nam ſi adhuc ſuperſint, fiet vt geminentur nuptiæ. Etenim ſi ſocrum meam vxorem duxero, futurum eſt, vt duas habeam vxores ſocrum & filiam eius. Sin nouercam, duorum illa vt vxor ſit continget, patris ſcilicet mei, & mea ipſius. Porro ex ijs quæ diximus, noſti capitalem eſſe binarum nuptiarum pœnam. §. Socrum quoq;

ARGVM.

Filius ac filia diuerſi vteri, etiam ſi parentes vtrinq; nuptias contraxerint, & liberi ſuſcepti exinde ſint, licite matrimonium ineunt.

§. Mariti. PATRIMVS, quum filium ex Titia haberet, Patrimã quæ filiam ex Titio habebat, vxorem duxit: aut ex contrario, ille filiam, hæc filium habeat. Horum liberi (* qui vulgo dicuntur ἀλληπ' ολογονοι quaſi dicas inuicem priuignos) recte inter ſe nuptias contrahunt, licet frater aut ſoror ijs natus fuerit ex matrimonio, poſteaquàm ipſi nati eſſent, contracto.

* Qui vulgo dicũtur.) οι ἀλληγοπρονοι, Latine poſsẽt dici cõpriuigni, nempe quorum alterius pater alterius matrem in vxorem duxerit. Sicut à Trãquillo in vita Claudij, conſoceri dicũtur, quorũ alterius filia, alterius filio nupſiſſet. Curti⁹.

ARGVM.

Honeſtas publica nuptijs, iuſtum parat impedimentum, etſi cognationis vel affinitatis nullus obex ſubſit: Et inter ſeruos etiam manumiſſos cognatio nuptias non admittit. Inter quos autẽ matrimonium non conſiſtat, in genere tradit.

§. Si vxor. VXOR mea diuortio à me digreſſa, alij viro denupſit. Ex eo filiam ſuſcepit; Quæritur, an filiã hanc ex ea natã vxorẽ poſſim ducere? Et affirmo hanc priuignã non eſſe: quoniã priuigna eſt, quæ ante meas nata eſt nuptias. Attamẽ honeſtas exigit, vt ab huiuſcemodi coniunctione abſtineam. Nam & filij mei ſponſa, nõ ſequutis nuptijs nurus mihi nõ eſt facta, neq; patris mei ſponſa, nuptijs impeditis nouerca mihi facta eſt: & tamen quamuis nihil eorũ, quæ ante dicta ſunt obſtet, quo minus eas vxores ducam, Iulianus propter honeſtatem rectius non

& iure facturos tradit, ſi ad has & tales nuptias non acceſſerimus. §. Illud certũ eſt.

Cognatio quoq;, quæ in ſeruitute contracta eſt, an impedimento ſit nuptijs, tractari poteſt. Veluti, cum ſorore ſua aliquis manumiſſus eſt: quæritur, an permiſſum ſit eos matrimonio coniungi. Et quidem quantum ad iuris ſubtilitatem attinet, nulla inter eos videtur eſſe cognatio. Verius tamen eſt, vt ius ſanguinis coniunctionem impediat. Sunt & aliæ perſonæ, quas diuerſas ob cauſas vxores non poſſim ducere. Sed eas in libris Pandectarum ſiue Digeſtorũ ex multis veteribus collectas, inſeri Imperator noſter ſanctiſſimus voluit. §. Sũt & aliæ

ARGVM.

Matrimoninm aduerſus ea, quę de nuptijs ſancita ſunt, contrahentes, nec mariti, nec vxoris nomen conſequuntur, ſed nec quod infertur nuptiarum cauſa, dotis nomine retinet: quinimo varijs obnoxij fiunt pœnis.

QVOD ſi quis aduerſus ea quæ dicta ſunt, vxorem duxerit, neq; cognationem quæ inter parentes & liberos eſt veritus: neque perſonas, quæ ex latere vetitæ ſunt, obſeruans: neq; memor prohibitionis, quæ ex affinitate procedit, aut etiam cognationem, quæ in ſeruitute contracta eſt, contemnens, nec mariti ipſe, nec illa vxoris habebit nomen: Quinimo nec matrimonium erit, quod geſtum fuerit: nec dos, quod illatũ. Quoniã tamẽ ne hæc quidẽ improborũ cupiditates coercere poſsũt, grauior in eos pœna iure conſtituitur. Cautum eſt.n. ne qui ex huiuſcemodi coniunctionibus naſcuntur, in §. Si aduerſus ea

patris poteſtate ſint (quoniam quos ſola nouit natura eos ius ignorat vt non ſecundum præcepta ſua genitos) ſed quantum ad patriam poteſtatem attinet, tales ſunt, quales ij qui ex meretricio coitu & vulgo naſcuntur. Nam neq; ij patres habere intelliguntur, quandoquidem illorum pater ignoratur, ob magnum eorum numerum qui cum matribus illorum conſuetudinem habuerunt, ſed receptum eſt: vt Spurij vocentur: vel à Græca voce σποραδην quaſi σποραδην, ideſt ſparſim & vulgo ac paſſim concepti: vel à Latinis notis S. P. quaſi ſine patre filij. Quibus conſequens eſt, vt tali coniunctione ſoluta nec dotis petitio procedat. Nec tamen eis tantum pœnas quas retulimus patiuntur ij qui illicitas nuptias contrahunt, ſed etiam alias quaſdam quas ex Principum conſtitutionibus latius potes diſcere.

ARGVM.

Curiæ oblatione eius, qui vt natus eſt patrio iuri non ſubeſt, patriæ poteſtati obnoxius efficitur, atq; legitimus. Idemq; erit ſi ſecuta dotalia fuerint inſtrumenta, ſi modo ea ſit mater, cum qua alias liceat nuptias inire legitimas.

§. Aliqndo aũt. *INVENIAS etiam quando is qui ſimul ac natus eſt, in poteſtate patris non eſt, tamen poſtea in poteſtate patris fit. Et quis hic tandem eſt? Conſuetudinem cum muliercula aliqua habebam, cuius matrimonio mihi legibus interdictum non fuerat, habebam autẽ cum ea conſuetudinem, non vt cum vxore, ſed vt cum meretrice, forſan vel vt cum concubina.*

Ex

Ex ea mihi ſunt nati liberi. In poteſtate mea ij non ſunt: quia matrimonium non præceſſerit. Sed naturalis eſt filius, Si hunc ego poſtea curiæ offeram, poteſtati meæ ſubiectus fiet. Idemq́ ſi cum muliere aliqua non vt cum vxore, rem habui: quam ne vxorem ducerem nulla lex vetabat, ſed voluntas tantum mea deerat, natus eſt ex ea mihi filius. Is in poteſtate mea non eſt. Si poſtea (quemadmodum Imperatoris noſtri religioſiſſimi conſtitutione cauetur) dotalia cum ea fuerint inſtrumenta confecta: non ſolum qui ante ea dotalia nati fuerint, ſed etiam ij quos poſtea naſci continget, poteſtati meæ ſubijciuntur: ſecundum ea, quæ præfata Imperatoris noſtri conſtitutione comprehenſa ſunt.

De Adoptionibus. Tit. XI.

ARGVMENTVM.

Vt natura, ita adoptione noſtræ poteſtatis liberi fiunt. Adoptio autem formas habet duas, vt quæ Principis authoritate fiat: ſi ſui Iuris eſt, qui in adoptionem datur: aut magiſtratus imperio, ſi Iuri ſubſit alieno.

EX ijs, quæ dicta ſunt, nouimus in poteſtate noſtra eſſe liberos, qui ex iuſtis nuptijs nobis naſcuntur. Verum ſciendum eſt, & adoptiuos liberos in poteſtate noſtra eſſe. Et quid eſt adoptio? Actus legitimus naturam imitãs ad eorum, qui liberos non habent, ſolatium inuentus. Forte quiſpiam cũ liberos non haberet, quia vel vxorẽ non duxiſſet,

ſet, vel ſterile matrimonium eſſet expertus, vel liberos quos habuerat amiſiſſet, leuare volens aut naturæ vitium aut infelicitatem fortunæ, aliquam in adoptionem accepit. Hoc autē ideo dictum eſt, non quod ij tantum adoptent, qui liberos non habent. Nam & ij qui habent, citra impedimentum adoptant, vt & ſupra diximus in illa ſpecie, vbi diximus eum qui generum aut nurum adoptare vellet, prius filium aut filiam emancipare debere: ita igitur in ſpecie niſi nuptiæ prohibuiſſent, nihil fuiſſet, quo adoptio impediretur. Sed ideo adoptionem dixi ad eorum, qui liberos non habent, ſolatium inuentam eſſe, vt id quod plerunque fit oſtenderem. Porro quæ Latinè dicitur adoptio, eam Græci υοθεσιαν *vocant. Eſt autem adoptionis nomen generale, & in duas ſpecies diuiditur. In arrogationem, & in eam quæ generis ſui nomine ſtat, & proprie dicitur adoptio. Fit igitur duobus modis: aut ex Principis reſcripto, aut per iuſſum Magiſtratus. Per principis reſcriptum eos easúe in adoptionem accipimus, qui quæúe ſui iuris ſunt: & hæc ſpecies adoptionis Arrogatio vocatur. Imperio Magiſtratus eos easúe adoptare poſſumus, qui quæúe in aliena poteſtate ſunt, ſiue primum gradum ad parentes naturales obtineant, qualis eſt filius filia: ſiue inferiorem, qualis eſt nepos neptis. Et hæc propriæ adoptio dicitur. Nam adoptionis nomen & generale & ſpeciale eſt.*

§ Ado ptio autē.

AR-

A R G V M.

Extraneo in adoptionem filiusfamilias datus, in poteſtatem minime tranſit, licet ad ipſius inteſtati ſucceſſionem admittatur. Cõtra vero aſcẽdenti datus, eius poteſtatis efficitur, cum duo efficacius, atque vnum agant.

*ATQVE olim quidem quemuis adoptare licebat, qui in aliena erat poteſtate, & poteſtas patris naturalis tranſibat in adoptiuũ. Sed hodie ædita eſt ſanctiſſimi Imperatoris noſtri cõſtitutio, qua cauetur: ne quum quis eum qui in aliena poteſtate eſt, adoptat: poteſtas patris naturalis diſſoluatur, aut ad patrẽ adoptiuũ tranſeat, neúe ille in poteſtate eius ſit, quamuis eadẽ conſtitutione iura ab inteſtato ſucceſſionis ei in bonis eius qui ipſum adoptauerit tributa ſint. Quod ſi pater naturalis non extraneo cuipiam, ſed ſocero ſuo hunc in adoptionem dederit. qui illi erat auus maternus: aut ſi quis quum poſtea quam emancipatus eſſet (quod ſæpe contingit) liberos ſuſcepiſſet filium ſibi poſt emancipationem natum patri ſuo, auoq́; illius paterno dederit in adoptionem: in his caſibus, quum in vnam & eandem perſonam & naturalia .i. quæ ex genitura comparantur, & adoptionis iura concurrãt: dubium non eſt, quin filius in poteſtatem patris adoptiui tranſeat, & iure ciuili, & natura illi coniunctus atque in familia & poteſtate ſit aui *paterni.*

§. Sed hodie *Paterni) Hoc loco aut ad dẽdũ eſt materni ſi mileve qp̃piam: auttollenda eſt dictio paterni, de vtroq; .n. auo loqĩt, quod vitiũ & in græcis eſt.

A R G V M.

Inter arrogationem, & adoptionem multę intercedunt differentiæ. Et in arrogatione id obſeruandum, vt cauere debeat arrogator, de reſtituendis arrogati bonis, ſi intra pubertatem deceſſerit

ceſſerit is, quibus obuentura erant, arrogatione non ſecuta: quinetiam exhæredato, aut ſine cauſa arrogato emancipato quarta bonorum pars relinqui debet, ac præterea bona propria reſtitui.

§. Cũ autem ſpub. *MVLTAE igitur ſunt differentiæ inter arrogationem & adoptionem, atque hæc quidem prima Arrogatio fit apud Principem, Adoptio apud Magiſtratus. Secunda differẽtia. Arrogatio in patribus familias, Adoptio in filiisfamilias locum habet. Eſt & tertia differentia: Paterfamilias impubes olim in adoptionem accipi non poterat. Ad extremum tamen id permiſſum eſt, ſed quædam in eo obſeruanda ſunt. Quum igitur per reſcriptum principis paterfamilias impubes arrogatur: quærendum eſt, an honeſta cauſa, quæ arrogationem conſlauit, id eſt, an non ob turpem amorem, is qui pater futurus eſt, arrogationem velit fieri. Item an id vtile ſit pupillo, an vero expediat. Nam forte arrogator inops eſt, aut interdum ſumptuoſus, & pupillus admodum diues. Et ſi quid horum compertum fuerit, non procedit arrogatio. Adhæc & illud neceſſe eſt, vt arrogator perſonæ publicæ, id eſt, tabellioni caueat, ſi intra pubertatem pupillus deceſſerit, quem arrogauerit, reſtituturũ ſe bona illis, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem eius venturi erãt. Sed neque aliter pupillum hunc arrogator emancipare poteſt, niſi iuſta cauſa approbata dignus viſus fuerit emancipatione. Quid enim ſi aut patri adoptiuo inſidias fecerit, aut aliud quid egerit, propter quod merito ex adoptiui patris*

pote-

poteſtate abijci debeat? Sic tamen vt bona, quæ patri adoptiuo, per ipſum acquiſita fuerint ei reddantur. Sed & ſi decedens pater adoptiuus eum exhæredauerit, aut viuus ſine cauſa eman cipauerit, quartam partem bonorum ſuorum ei relinquere iubetur, exceptis videlicet bonis quæ ad patrem adoptiuum tranſtulit, & quorum cõ modum poſt arrogationem ei acquiſiuit. Hæc au tem omnia in filiofamilias impubere adoptato ceſſant. Primo quia filiusfamilias nihil habere intelligatur. Secundo quia pater omnibus hiſce de rebus perquirere poſſit, & ita eum in adoptionem dare.

ARGVM.

Adoptioni & arrogationi, quę communia ſint. Et quod natura non admittit, arte non efficietur.

TRES diximus differentias. Dicamus et quid commune ſit inter arrogationem & adoptionem: nam fere, quæ in quibuſdam differunt, quædam etiam communia habent. Atque inprimis id vtriſque commune eſt: Eum qui in adoptionem accipit, maiorem eſſe eo qui adoptatur oportet: quum ad ſimilitudinem & imitationem naturæ introducta ſit adoptio Porro natura, pater filio ſemper ſenior eſt: nam illud pro monſtro ſit, & natura alienum dicere, filium patre ſeniorem eſſe. Atque hæc tam in filiisfamilias quam patribusfamilias procedunt. Porro neceſſe eſt, vt pater octodecim annis præcedat: hæc enim ætas plenæ pubertas dicitur, quando & in ijs qui tardius pubeſcunt §. Minorē.

§. Licet. *beſcunt, habitus corporis tunc omnino cõcurrit. Secundo & aliud inter hæc commune eſt. Nam in locum nepotis aut neptis, vel pronepotis aut*
§. Et tam filium. *proneptis, & deinceps adoptare poſſum, etiam ſi filium non habebam. Quod autem dicturus ſum non tam commune eſt inter ea quam propriũ eſt differentiæ, quæ tertia eſt. Nam in patribusfamilias non procedit. In locum enim nepotis alienum filium adoptare poſſum: & rurſus alienum nepotem in locũ filij. Quoniam neceſſe mihi non eſt, ordinem graduműq;, qui apud patrem naturalem eſt ſeruare. Quarto commune iis eſt, quod ſi*
§. Sed ſi qs. *quis in locum nepotis aliquem adoptet, velut ex eo natum quem aut naturalem habet aut adoptiuum filium: opus ſit omnino & filij conſenſu. Non cum mortuo illo qui adoptauit, is qui adoptatus eſt in poteſtatem eius recidat, ex quo natus eſſe per adoptionem fingitur, ideo eũ qui in medio eſt cõſentire oportet, ne ei inuito ſuus hæres agnoſcatur. Ex contrario tamen, ſi quis quũ filium haberet, & ex eo nepotem, nepotem alteri det in adoptionem: filij conſenſu non eſt opus. Eſt*
§. In plurimis. *& quinto quod inter arrogationem & adoptionem commune ſit. Quemcũque enim in adoptionem accepi, ſiue per arrogationem, ſiue per adoptionem, ſiue apud Principem, ſiue apud Prætorem aut Præſidem vel Procõſulem: quum is extraneus non eſſet: hunc ego & alteri in adoptionem dare poſſum. Vt enim in multis aliis, ita & hoc ſimilitudo eſt inter arrogationem & adoptionem.*

AR-

ARGVM.

Eunuchus, generis nomen in tres diductum ſpecies. Et quinam ex Eunuchorum genere adoptet.

SED & Eunuchi quod ſexto inter arrogationem & adoptionem commune ſit, nobis præbent. Tu vero hæc habeto in modum præuiæ cuiuſdã inſpectionis. Eunuchus nomẽ generale eſt, & in tres ſpecies diuiditur. Quoniam Eunuchorum, alij ſunt Spadones, quidã Caſtrati, aliqui Thlibiæ. Et ſpadones quidem ſunt, qui propter vitium aliquod aut frigiditatem membrorũ genitalium, liberis operam dare non poſſunt, ſed eo ſublato liberos ſuſcipere poſſunt. Thlibiæ vero ſunt, quibus à nutrice vel forſitan matre extriti ſunt teſticuli. Caſtrati autem ſunt, quibus exacta ſunt membra virilia. Hoc ita præcognito, videto nunc cætera, Quæſitum eſt an Eunuchus adoptare poſſit? Et dicimus Thlibiam, aut Caſtratum adoptare non poſſe, neque patremfamilias apud principem, neque filiumfamilias apud Prætorem, aut alios. Nam quibus natura negauit liberos poſſe gignere, his neque ius ciuile, quod naturæ veſtigia ſequitur, cõceſſit. Quũ ne ſperare quidem poſſint vt liberis vnquã dent operam. At ſpado, quoniam is ſperare poteſt, & vitio, quo tenetur, ceſſante liberos poſſit gignere, recte in adoptionem accipiet tam filiumfamilias quam patremfamilias. Sed ſpado qui filiũfamilias adoptauerit, in poteſtate eum non eſt habiturus: Quoniam omnino futurum eſt, vt extraneus ſit. Nã quomodo ſpado paternus aut maternus

§. Sed & illud.

maternus auus eſſe poterit? Niſi ſi quis dixerit. Non eum tantum ſpadonem eſſe, qui initio liberos gignere non potuit, ſed tamen ſperabat: verum etiam illum qui quum ante liberos gignere potuerit, poſtea in tale vitium collapſus eſt, vt l. beris operam dare non poſſit.

ARGVM.

Fœmina in liberorum amiſſorum ſolatium ex Principis indulto adoptat, quę tamen liberos nõ habet, hoc beneficio non fruitor.

§. Fœminę. *EST & quod ſeptimo inter hæc commune, ſit, id quod à fœminis procedit. Nam neq; per arrogationem neq; per adoptionem fœminæ quemquam adoptare poſſunt: quoniam per adoptionem in liberos patria poteſtas quæritur. At mulier ne naturales quidem liberos in poteſtate habet, & ius ciuile naturam quantum poteſt ſequitur. Haud iniuria igitur neminem adoptabit fœmina, niſi ſi ex indulgentia Principis in ſolamen amiſſorum liberum aliquem velit in adoptionem accipere. Itaque mulier quæ liberos nõ habet ne ex reſcripto quidem principis aliquem adoptat.*

ARGVM.

Arrogatus vna cum his, quos in poteſtate habet, in arrogantis poteſtatem tranſit, quod non perinde eſt in eo, qui in adoptionem datur.

§. Illud ꝓpriũ. *PRAETER differentias iam ante dictas, eſt & hæc, Si quem arrogauero, qui & aliũ in poteſtate habeat, filius eum ſuus ſequitur, & ipſe mihi erit loco filij: hic vero loco nepotis. Sin autem quempiam filiumfamilias ex quo, et*

filius

filius ſit, adoptauero, ipſe in poteſtatem meam ſolus tranſibit, & filium ſuum apud auum naturalem relinquet. Et ratio quidem huiuſce rei in promptu eſt, quoniam quum in poteſtate eſſet, alium in poteſtate habere non potuit. Quod autem is qui filium in poteſtate habet in arrogationem acceptus, vna ſecum & filium ſuum trahat, vel ex eo apparet, quòd Auguſtus Cæſar, non ante Tiberium, qui deinde ei in Imperio ſucceſſit, in adoptionē acceperit, quam is Germanicum adoptaſſet. Quum enim vellet Tiberium loco filij habere, & Germanicum loco nepotis: atque id vna adoptione fieri cuperet: curauit vt prius Germanicus à Tiberio adoptaretur, & ipſe deinde adoptauit Tiberium.

ARGVM.

Adoptione quæ in liberis tantum perſonis locum habet, etſi vt adoptio, quod actum eſt, nō valeat, ſeruus tamen liber efficitur. Et qui in iudicio filius nominatur, libertatem ſi ſeruus ſit, conſequitur. Vnde qui in iudicio ſe filium probat, tanquā legitimus obtinere debet.

QVIDAM ſeruum ſuū adoptauit. Quæritur an valeat adoptio, aut quid inde ſequatur? Et ſcribunt veteres reſpōſum eſſe à Catone: adoptionem quidem non valere. Nā ea in liberis perſonis locum habet. Sed tamen adoptione, quamuis vt adoptio nullam vim habeat: liberum fieri ſeruum. Qui enim adoptare voluit dubium non eſt, quin tacite eum manumittere feſtinauerit. Hic igitur, id quod expreſſit, non confecit: quod vero in animo non habuit, §. Apud Catonem.

buit,

buit, id peregit. Hæc ratio & ſanctiſſimum Imperatorem noſtrum mouit, vt conſtitueret, quũ quis in iudicio, & actis interuenientibus de ſerno ſuo dixerit. Filius meus eſt. Ex huiuſcemodi verbis ſeruum quidem ius filij non habere, ſed tamen ſeruum eſſe deſinere.

Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Tit. XII.

ARGVMENTVM.

Manumiſſio, vt dominicam diſſoluit poteſtatem, ita patriam mors dirimit: licet domini mors non liberationem, ſed dominij mutationẽ promittat.

EX iis quæ ſuprà dicta ſunt, didicimus qui iuri noſtro ſubiecti ſint, nempe ſerui et liberi noſtri, tũ naturales tum adoptiui. Executi ſumus etiam in quibus arrogatio & adoptio differant, atq; in quibus conueniant. Nam ſex inter eas ſunt differentiæ, & ſeptem iis ſunt cõmunia. Nunc videamus, quẽadmodum poteſtas noſtra ſoluatur. Quod enim quibuſdam modis contractum eſt, hoc etiam quibuſdam modis diſſolui poteſt. Et poteſtas quidẽ quam in ſeruos habemus, per manumiſſionẽ ſoluitur. Quot autem modis manumiſſio cõtingat, iam ante à nobis diffuſe dictum eſt. Nam domini mors, non ſeruitutis liberationem, ſed dominij mutationem promittit. Poteſtas vero quam in liberos noſtros habemus, multis ſoluitur modis. Atque in primis mors parentis, liberos ſui iuris

ris efficit. Sciẽdum eſt autem Parentes dici oẽs qui ſupra nos ſunt, Liberos uero omnes qui infra nos ſunt. Quod igitur dictum eſt, morte parentis liberos ſui iuris fieri, diſtinctionem quãdam recipit. Nam ſi pater obijt. dubium ea res non habet, quin filius & filia ſui iuris fiant. Sed quũ auus deceſſit, non omnino nepotes & neptes ſui iuris fiunt: tempus enim mortis aui ſpectandum eſt. Et ſi quidem interueniat media perſona, hoc eſt filius in poteſtate: & nepotes eo tempore in poteſtate aui ſint, quo is moritur, auo mortuo nepotes ſui iuris non erunt, quoniam in poteſtatem patris ſui recident. Sin autem is, qui in medio eſt, aut ante patrem iam deceſſit, aut de poteſtate eius exijt, tunc nepotes quũ in poteſtatem eius cadere nõ poſſint, poſt obitũ aui ſui iuris fient.

ARGVM.

Patria poteſtas patris aut filij deportatione dirimitur, quam reddit Principis reſtitutio: relegatio autem ius patrium non adimit.

LIBERAT autem liberos à patria poteſtate & parentis deportatio. Nam ſi quis alicuius maleficij accuſatus, & cõuictus huiuſmodi acceperit ſententiam à Præſide vel Præfecto, & alijs: Volo te deportari in inſulam illã, ſimulatq; ſententia lectã fuerit, lex ei & ciuitatem & bona adimit: & ciuitate Romana exutus, fit peregrinus. Atq; ita per deportationem perinde atque per mortem, eius liberi in poteſtate eſſe deſinunt. Neq; enim poſſunt liberi, qui ciues Romani ſunt, in peregrini poteſtate eſſe: quum ſoli ciues Romani liberos in poteſta- §. Cũ autẽ.

te habeant. Sed & ſi filius deportatus fuerit, in poteſtate parentis eſſe deſinit. Quum enim ſit peregrinus, in poteſtate ciuis Romani eſſe non poteſt. Si tamen ex indulgentia principis reuocatus & ciuitati redditus fuerit, omnia illi in priſtinum ſtatum reſtituuntur. Quòd ſi non deportatus ſit, ſed tantum relegatus parens: dixit.n. Præfectus, Præſes, aut Proconſul. Relego te in illam inſulam, lex ei ciuitatem non adimit. Quapropter in ſuo habitu manent omnia, & ipſe liberos in poteſtate retinet. Et ex contrario, ſi qui liberum relegati fuerint, de patria poteſtate non exeunt.

ARGVM.

Seruo pœnæ parente effecto, ſui cōmode iuris efficiuntur liberi.

§. Pœnæ ſeruus. *QVIDAM criminis interrogatus eſt quaſi ab eo cōmiſſi. Deinde cōuicto crimine, ita à Præſide vel Præfecto pronuntiatū eſt. In metallum ego te mitto: aut, Beſtiis ego te ſubijcio. Hic confeſtim ſeruus pœna efficitur, non ſolū amiſſa ciuitate, ſed etiam libertate. Et hunc quoque in modū liberi ipſius ſui iuris fiūt.*

ARGVM.

Patritiatus ſola dignitas, hoc iure patriam diſſoluit poteſtatem.

§. Filiusfamilias *FILIVS familias armatæ militiæ nomē dedit aut ſenator vel cōſul factus eſt, nihilominus in poteſtate patris remanet. Neq; enim militiæ aut conſulatus dignitas de poteſtate parentum liberos liberant. Quod ſi patritius filius familias factus eſt tunc ex conſtitutione Imperatoris noſtri ſingulatq; codicillos patritiatus accepit,*

cepit, de patria poteſtate liberatur. Quis enim ferat, patrem per emancipationem nexus patriæ poteſtatis poſſe ſoluere: Imperatoriam vero celſitudinem, eum quẽ ſibi patrem delegit, ab aliena poteſtate eximere non valere?

ARGVM.

Filij aut patris captiuitate in ſuſpenſo Ius patrium manet, ob poſtliminij beneficium, quod ijs, qui ab hoſtibus redeunt, priſtinum Ius omne reſtituit.

§. Si ab hoſtibus

CONTIGIT, vt pater meus in hoſtium poteſtatem veniret, & ſeruus illorum nẽpe factus eſt. Quæritur, an ego filius eius, mei iuris ſim, an vero in poteſtate ipſius? Et quidem ego me patremfamilias eſſe non poſſum dicere, propter ſpem poſtliminij. Eſt autem poſtliminium ius quoddã, quod ijs qui ab hoſtibus redeunt priſtinam omnem conditionem reſtituit. Cur autem dictum ſit poſtliminium infra dicemus. Idcirco reuerſus parens etiam liberos in poteſtatẽ ſuam recipiet, quoniam poſtliminium eum fingit, ſemper in ciuitate manſiſſe, nec ab ea vnquam exijſſe. Neque rurſum medio tempore dicere me poſſum eſſe filiumfamilias. Nam quomodo ego qui ciuis ſum Romanus in poteſtate eius ero, qui hoſtium ſeruus eſt? Neceſſe eſt igitur, vt interim ius patriæ poteſtatis in ſuſpenſo ſit: & ſiquidem reuerſus fuerit pater in poteſtate eius ero: ſin illic mortuus fuerit, mei iuris ſiam. Sed quẽadmodum in confeſſum venit, illo apud hoſtes mortuo, me mei iuris fieri, ita quærendum eſt, ex quo tẽpore de poteſtate eius exijſſe videar: ex eo ne tẽpore, quo ab hoſtibus captus eſt, an vero

ex

ex eo quo apud hoſtes deceſſit. Intereſt.n. inter vtrunque, & quidem plurimum. finge enim quempiam binos habere liberos, & duo aureum millia in bonis, captumq́; eũ eſſe ab hoſtibus quorum liberorum alter diligens fuerit, & acceptis de bonis paternis, mille aureis, ex negociatio nibus ſuo labore alios mille aureos lucri fecerit: alter quum ſocors ac negligens eſſet, nihil omnino lucratus fuerit. Poſt tempus aliquod nuntio allatum eſt, patrem eorum apud hoſtes extinctũ eſſe. Comparauerunt igitur ſe, vt paternam hæreditatem diuiderent. Et negligens quidem ille hic dicebat: nunc demum ſeſe quum vere pater mortuus eſſet, ſui iuris factos eſſe. Quicquid ergo tu diligens quæſtus feciſti, id patris eſt, Et neceſſe eſt tria aureum millia in diuiſionem venire: hoc eſt, vt vterque millenos quingentenos accipiat. At alter ille diligens cõtra aiebat: Ex eo tempore, quo captus eſſet pater, ſui iuris ſe fuiſſe. Videtur enim is, qui non rediјt, illo tempore extinctus eſſe. Vt igitur paterfamilias, quæcunque lucratus ſum, ea mihi non aliј acquiſiui. Et hanc ſenten iam magis ſequimur. Sed & ſi filius meus nepoſúe ab hoſtibus captus fuerit, æque dicimus ius patriæ poteſtatis in eum, in ſuſpenſo eſſe. Neque enim me dico eum in poteſtate non habere, propter ius poſtlimiј: quippe qui redire poſſit. Porro quomodo is qui ſemel de poteſtate mea exiјt iterum ei, nulla re interueniente ſubiјcietur? Quoniam poſtlimininium non ſolum mihi reddit poteſtatem, quã ego in alios habebam: ſed etiam eam, quam aliј in me habebant

bant, mihi conſeruat. Neque rurſus ſaluã mihi eſſe dico poteſtatem in filium meum. Quomodo enim eum qui hoſtium ſeruus eſt in poteſtate habere poſſum? In ſuſpenſo igitur erit eius patriæ poteſtatis. Dictum eſt autem poſtliminium à limine & poſt. Vnde eum qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines Romanos poſtea peruenit, rectè dicimus poſtliminio reuerſum eſſe. Nam ſicut limina in domo quẽdam finem faciunt: ſic & Imperij Romani finem veteres eſſe limen voluẽrunt. Atq; hinc & limes dictus eſt, quaſi finis quidam & terminus. Ab eo igitur poſtliminium vocatum eſt, quia eodem limine reuertitur, quo & amiſſus erat is, qui ab hoſtibus captus fuerat. Nec vero is tantum, qui vel ab hoſtibus fugit, vel ab ijs dimiſſus eſt, ius poſtliminij habet, ſed etiam is qui victis hoſtibus à nobis receptus eſt.

ARGVM.

Emancipatione patria ſoluitur poteſtas. Quid autem ſit emancipatio, & qua ratione olim fuerit, dare traditur. Et de bonis emancipati patri debetur legitima & eidem defertur tutela, ſi qui emancipatur, pupillus eſt.

PATRIA quoq; poteſtas per emancipationem ſoluitur. Et quid eſt Emancipatio? Actus tres emancipationes, & tres emanumiſſiones: vel vnam emancipationem, & vnam manumiſſionem complectens. In hunc autem olim fiebat modum emancipatio. Quinq; aderant teſtes, & libripens, ſtateram & nummum æreum ferens, & medius aliquis. Deinde medius ille ijs præſentibus filium de patre emebat, dabatq; quaſi in ſimilitudinem pretij, vnum il- §. Præterea.

D lum

lum nummum, & ita filius in poteſtatem medij illius tranſibat, loco ſerui futurus, & eum medius ille vindicta manumittebat. Sed is tacita quadam ratione in patris poteſtatẽ recurrebat. Iam ſecundum igitur eum pater vendebat, idq́, eundem in modum: & emptor eum rurſus vindicta manumittebat. Atq; iterum tamen tacito iure in patris poteſtatem reuertebatur.

** Tertium ergo vendebatur, & ita ſoluebatur patria poteſtas. Vindictaq́, manumittebatur, & ita ſui iuris fiebat. Tres igitur emãcipationes & tres manumiſſiones patriã poteſtatem ſoluunt. Emancipatio autem dicitur venditio in eum modum, qui dictus eſt, facta. Filium ſui iuris efficiunt tres emãcipationes & tres manumiſſiones. Ideo autem vendebatur filius, vt in ſeruitutem redigi videretur & ita commode ei libertas daretur. Nam liber manumitti non poterat. Filia tamen, & nepos, neptisúe & reliquæ perſonæ per vnam emancipationem & vnam manumiſſionem ſui iuris fiebant. Agebantur autem hæc & ſine Principis reſcripto. Sed hæc quidem olim. Nam poſtea edita eſt Imp. noſtri ſanctiſſ. conſtitutio, qua hæc omnia in melius reformata ſunt: vt veteri figura, & imaginarijs venditionibus exploſis parentibus liceat competentes iudices vel magiſtratus adire, & filios aut filias, vel nepotes aut neptes, & cæteras deinceps perſonas*

* Tertium ergo.] Græcè eſt τῷ πατρὶ. Nannius quidam (vt audio) legit ὁ πατὴρ, ego verò lego vt & verti, τὸ τρίτον.

nas à poteſtate ſua liberare, ſimpliciter dicendo: Hunc ego mancipo, & à manu mea dimitto. Et poſt huiuſmodi emancipationem ſi contingat eum eamue, qui quæue emancipatus emancipataue fuerit, ſine liberis facto teſtamento decedere: eadem iura ex edicto Prætoris in bonis ipſius manumiſſori parenti præſtantur, quæ & patrono dantur in bonis liberti, qui teſtamento condito ſine liberis deceſſit. At hæc ſi impuberes ſint ij, qui emancipati ſunt, parens qui eos emancipauit, tutor eorum erit. Quoniam libertatis dationem, & tutelæ onus ſequitur.

ARGVM.

Filium & nepotē ex eo qui habet, ex eis quemlibet, aut vtrunq; emancipare poteſt, quod & ad pronepotem proneptemq; porrigi poteſt.

QVIDAM filium habebat, & ex eo nepotem vel neptam in poteſtate. Filiū hic emancipare poteſt, & nepotes in poteſtate retinere, aut ex contrario nepotes emancipare, & in poteſtate retinere filium. Sed & ſi pronepotem habeat aut proneptem, idem dicimus, licere ei, vt pronepotem emancipet, & filium ac nepotes retineat: aut etiam è diuerſo, vt filium & nepotes emācipet, & retineat pronepotem, aut etiam vt omnes emancipet. §. Ad monē di.

ARGVM.

Filiusfamilias ab aſcendente adoptatus, in adoptantis poteſtatem permeat, & patris naturalis poteſtatem exuit, ſi cum adoptatur præſens non contradicit.

EST & alius modus quo patria poteſtas ſoluitur. Nam ſi ego eum, quē in poteſtate §. Sed & ſi.

D 2 habeo,

habeo, paterno aut materno auo in adoptionem dedero: ſoluitur quidem poteſtas, quam ego in eum habeam, ſed in auum transfertur. Fit autem id hunc in modum, actis interuenientibus apud competentem iudicem: nam eum pater adire debet, & ſi præſente auo, qui adoptaturus eſt, & eo, qui in adoptionem datur conſentiente, nec contradicente, ſententiam ſuam declarauit, dicendo: Hunc ego in adoptionē do, tunc iura patriæ poteſtatis in auum transferuntur. In hac enim ſpecie, diximus vetera adoptionis iura ſeruari, & eum qui adoptatur, poteſtati adoptantis ſubyci.

ARGVM.

Ante emancipationem aut adoptionem auo de patre factam, conceptus in aui poteſtate remanet: ſecus ſi poſt emancipationem aut adoptionem conceptus ac natus fuerit, quoniam aut patris omnino, aut aui adoptiui ſubditur poteſtati.

§. Illud. *QVIDAM filium in poteſtate habebat, cui vxor grauida erat. Filium aut emancipauit, aut auo in adoptionem dedit. Natus deinde nepos eſt. Quæritur vtrius in poteſtate ſit is, qui natus eſt: aui, an patris? Et dicimus eum in poteſtate aui eſſe: quoniam in iuſtis nuptijs tempus conceptionis ſpectatur: Porro quum conciperetur, filius ex quo hic genitus eſt, in poteſtate erat: merito igitur in aui naturalis poteſtate erit. Quod ſi poſt mancipationem vel adoptionem conceptus & natus fuerit, omnino patris ſui, aut aui adoptiui ſubycietur poteſtati.*

AR-

ARGVM.

Pater filium inuitus, non ſuſibſtente cauſa, emancipare minime cogitur.

ID autem regulariter ſcire debemus, filium qui in poteſtatẽ mea eſt, ſiue naturalis, ſiue adoptiuus ſit nullo modo me cogere poſſe, vt ſeſe vel inuitus emancipem. §. Et quidẽ

De Tutelis. Tit. XIII.

ARGVMENTVM.

Perſonarum, quæ alienæ poteſtati non ſubduntur, aliæ in tutela, in curatione aliæ ſunt: aliæ neutro iure tenentur.

DIXIMVS hominum quoſdam ſeruos eſſe, alios liberos. Et rurſus liberorũ alios ingenuos eſſe, quoſdam libertinos. Diximus & ſecundã diuiſionem, aliquos eſſe ſui iuris, & aliquos alienæ poteſtati ſubditos. Quum igitur de poteſtate, tum de ea quam in ſeruos noſtros habemus, tum de ea quæ in liberos noſtros vel ex iuſtis nuptijs, vel ex adoptione nobis competit, diſſeruerimus; dictumq́; ſit etiam quemadmodum ea ſoluãtur: tranſeamus ad aliam diuiſionem. Ex ijs perſonis quæ in poteſtate non ſunt, quædam in tutela ſunt, aliæ in curatione, quædam nec tutorem nec curatorem habent. Sed quoniam multi ſunt qui neutro iure tenentur: dicamus de ijs, qui vel in tutela, vel in curatione ſunt; qui enim inter hos non ſunt, nempe haud dubium eſt, quin inter illos ſint. Et prius videamus de ijs qui ſub tutoribus

ribus agunt. Dum illud ante omnia ſciamus, in tutela eſſe, rem eſſe in ijs qui alieno iuri ſubditi ſint, ineptam alienamq́, ſed eorum propriam eſſe qui ſui iuris ſunt.

ARGVM.

Tutelæ, ac eorum qui eam gerunt, definitio.

§. Eſt autē. *ATQVE in primis definiamus quid ſit tutela. Tutela eſt (vt Seruius definit) ius quoddam, ac poteſtas in liberum caput data, & ad tuendum eum inuenta, qui per ætatis imbecillitatem ſe defendere non poteſt, iure ciuili permiſſa. Tutores igitur ſunt, qui dictā vim ac poteſtatem habēt: ad quorum ſolicitudinem pertinet, curam pupilli gerere, & res eius ſeruare.*

§. Tutores. *Ex eo autem quod ab ijs agendum eſt, appellationem ſumpſerunt. Latinè enim vocantur Tutores, quòd quaſi tuitores quidā ſint, & rem pupilli indemnem ſeruent, ac ipſum vbiq; defendant: quemadmodum & Aeditui ſacerdotes dicuntur, qui ædes tuentur.*

ARGVM.

Tutores in teſtamento parentes liberis relinquunt, ac nepotibus quoque & neptibus, ſi poſt aui mortem in patris poteſtatem non ſint recaſuri.

§. Per miſſū *DICAMVS primo loco, qui quibus tutores relinquant. Tutores igitur potentes liberis, quos in poteſtate habent, teſtamento relinquunt. Atq; iam paulò ante diximus, tutorem habere, rem eſſe ineptam & abſurdum in ijs, qui in poteſtate eſſent. Sed ſciendum eſt liberis quidem, qui in poteſtate ſunt tutores relinqui: ſed in tempus quod poſt mortem patris futurum*

turum eſt, quũ ſui iuris erunt. Nam & tunc demum ea quæ teſtamento cauentur, valebunt. Liberis igitur impuberibus patres quos in poteſtate habent, tutores teſtamento relinquũt tam maſculis quàm fœminis. Nepotibus autem & neptibus ita demũ relinqui poſſunt, ſi poſt mortem aui, in poteſtatẽ patris ſui recaſuri nõ ſint. Itaq; ſi quis filium in poteſtate habeat, & ex eo nepotem, ac nepoti teſtamento tutorem relinquat: ſic diſtinguẽdum eſt, vt ſi quidem eo tempore quo teſtator moritur, in poteſtate eius medius ille fuerit, nepotes tutorem illum teſtamentarium habere non poſſint. Quum enim mortuo auo in patris ſui poteſtatẽ recidant, nulla eſt ratio cur tutores habeant: quoniam dictum eſt, Tutorem habere, rem eſſe alienam ab ijs, qui in poteſtate eſſent. Sin aũt eo tẽpore quo auus moritur, media illa perſona ſui iuris fuerit, tunc quia nepos per aui mortem ſui iuris fiat, valeat tutoris datio in eum, qui ſui iuris eſt, facta.

ARGVM.

Poſthumis, nedum iam natis, pater tutorem dare poteſt, ſi modo eius generis ſint, vt mox nati noſtrę poteſtati ſubſint.

ET liberis quidem, qui in rerum natura ſunt, dari tutores poſſe, iam dubium non eſt. An igitur & poſthumis? Poſthumi autem ſunt, qui poſt mortem noſtram naſcuntur. Et ſane id ita dicimus, quoniam multis in caſibus pro iam natis habentur. Porro tunc recte poſthumis tutores damus, quum ſi nobis viuis nati fuiſſent, futurum erat, vt in poteſta- §. Cũ aũt.

te noſtra fierent, nec quiſquam ante eos ordine prior eſſet, quos ſuos hæredes vocamus.

ARGVM.

Emancipato filio in teſtamento à patre datus tutor, Præſidis, vel Proconſulis, aut prætoris confirmatione eget.

§. Sed & ſi. *SED & ſi mancipato filio pater teſtamento tutorem dederit: datio quidem tutoris, ſi iuris Ciuilis ordinem ac regulam ſpectes, non procedit: quoniam dictum eſt, ſolis ijs, quos in poteſtate habemus, teſtamentarios tutores à nobis dari poſſe: ſed Prætor, aut Præſes, vel Proconſul mortui voluntatem adimplet, & tutoris dationem confirmat, idq́ etiam ſine inquiſitione hoc eſt, non inquirens, an locuples ſit, aut an poſſit rem pupilli gerere: quum ad pleniſſimam omnium earum rerum fidem probationemq́ defuncti teſtimonium ei ſufficiat.*

Qui teſtamento dari poſsint tutores vel non. Tit. XIIII.

ARGVMENTVM.

Tutores teſtamento non ſolum patresfamilias dari poſſunt, ſed & filij familias ac ſerui proprij cum libertate expreſsim adſcripta, aut tacite, pupillorum fauore. Verba autem, quibus vti in teſtamentis poſſumus, varia ſunt: vt precaria alia, directa alia dicuntur.

QVVM dictum ſit, qui tutores relinquant, intelligamus & qui relinqui poſſint. Teſtamento igitur tutores damus, non patresfamiliâs tantùm, ſed etiam filiosfa-

liofamiliâs. Sed & ſeruum noſtrum teſtamento cum libertate, recte tutorem damus. Quòd ſi filio meo ſeruum meum tutorem dedero, libertate ei non adſcripta, ſed ſine libertate (quod dicitur) eum tutorem dedero, fauore pupillorum placuit, directam ei libertatem tacite competere, & per hoc eum recte tutorē eſſe. Ideo aũt dixi directam libertatem, vt ſimulatq; teſtator deceſſit, ipſe ſeruitute liberatus, tutelam ſuſcipiat. Nam ſi deicommiſſaria ſit, neceſſe eſt, vt à pupillo manumittatur. Quid autem id ſit, paulò clarius apertiusq; dicendum eſt. Tu vero hæc habeto in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis. In teſtamentis varia & diuerſa verba ſunt. Sunt enim quædam, quibus hæredem ſcribimus, Sunt & alia quæ per legata damus, & alia per quæ tutores damus, & alia per quæ relinquimus libertatē, & alia per quæ vel fideicommiſſum vel fideicommiſſariam libertatem relinquimus. Hæredem ſcribimus, dicendo: Illum hæredem eſſe iubeo, & ea vocatur hæredis inſtitutio. Legatum damus hunc in modum, Hinc lego decem ſolidos, & vocatur legati datio. Tutorem damus ſic, Illum filio meo tutórem do, & vocatur tutoris datio. Libertatem relinquimus ita: Ille ſeruus meus liber eſto, & vocatur libertatis datio. Sed omnia verba hæc directa dicuntur. Porro igitur & alijs verbis pecunias relinquimus hunc in modum: Rogo te hæres, vt des illi decem ſolidos, & vocatur fidei commiſſum. Libertatem vero ſic relinquimus: Rogo te hæres, vt ſeruum illum meum manu-

mittas, & hæc vocatur fideicommiſſariæ libertatis datio. Verba aũt, ex quibus fideicõmiſſum conſtat, dicuntur precaria, quaſi dicas Græcè σπ αρακλητικα. Libertatem igitur directam relinquimus per dictiunculam, Eſto: & precariam, per verbũ, Rogo, eſtq́; hæc inter has duas libertates differentia, quòd directa, ſimulatq́; is, qui hæres ſcriptus eſt, hæreditatẽ adijt, ſiue ſuſcepit, aut admiſit, ipſa vim ſuam explicet, & ſeruũ ſeruitute liberet. Precaria vero, opus habeat facto hæredis, ideſt, vt ſeruum apud magiſtratũ vel alio quouis modo ex ijs, quos ſuprà retulimus, manumittat. His cognitis, videto nũc rem quã tractamus. Diximus, quũ ſeruũ meum ſine libertate filio meo tutorẽ dedi, tacitè directam libertatem ei deferri. Atq́; ideo directam, ne facto hæredis opus ſit, ſed vt ex teſtamento ei libertas competat. Si enim fideicommiſſaria fuiſſet, & pupillus fuiſſet hæres ſcriptus, ſeruũ ſibi tutorẽ datum, is manumittere non potuiſſet: quoniam minor viginti annis (vt ſcis) propter legem Aeliam Sentiam ſeruum ſuum manumittere non poteſt, niſi ex iuſta cauſa in conſilio approbata. Sed dixerit hic aliquis: iuſtam & hanc cauſam eſſe. Verum, primo hæc ſupra iniuſtarum cauſarum numerum à nobis relata non eſt. Deinde vt ſpecialiter fuerit relata, tamen in manumittendo opus eſt conſenſu & authoritate tutoris. Quomodo is igitur, qui nondũ tutorẽ agit, ſed adhuc in ſeruorum numero eſt, conſenſum poteſt præſtare? Quòd ſi teſtator ſeruũ ſuum liberũ putabat eſſe, &, vt liberum

tutorem dedit: non æque dicimus ei libertatem tacitè competere. Quoniam in proxima ſpecie, ex defuncti voluntate illam ei dedimus: in hoc autem caſu, nulla huiuſcemodi defuncti voluntas inuenire poteſt. Quomodo enim? quum is eum liberum eſſe putauerit.

ARGVM.

Seruus alienus in libertatis conditionẽ vtiliter, purè inefficaciter tutor datur. Proprius aũt in hanc conditionẽ dari nequit. Quid aũt de furioſo ac xxv. ann. minore conſequenter tradit.

SERVVS alienus purè inutiliter teſtamento datur tutor. Sic tamen dari videtur poſſe, Ille illius ſeruus, quũ liber erit, tutor eſto. Seruum tamen noſtrum ſub hac conditione inutiliter tutorem damus. Seruus ille meus quum liber erit, tutor eſto. Et ratio quidem in promptu eſt. Quod enim in poteſtate noſtra habemus, id in caſum conferre non debemus. §. Seruus autem. *Si furioſum aut minorem vigintiquinq; annis, tutores teſtamento dederim: tutores fient quum ille compos mentis, aut hic maior vigintiquinq; annis fuerit factus.* §. Furioſus

ARGVM.

Tutor ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel in conditionem, ante hęredis inſtitutionẽ recte dari poteſt: ad rem autem certam, vel cauſam non item.

AD certum tempus, vel ex certo tempore, recte damus tutores. Ad certum tempus, veluti, Ille vſque ad duos annos tutor eſto. Ex certo tempore, Veluti, Poſt duos annos, quam mortuus ero, hic tutor eſto. Dare tutorem & ſub cõditione poſſumus, Si nauis ex Aſia ve- §. Ad certũ.

nerit, ille tutor eſto. Poteſt ét ante hæredis inſti tutionem tutor relinqui. Veluti ſi dicamus: Ille filio meo tutor eſto. At ille hæres mihi eſto. Certæ tamen rei aut certæ cauſæ tutorem dare non poſſumus. Veluti, Ille tutor eſto in hoc fundo, aut in hac lite. Perſonæ enim tutor, non cauſæ vel rei dare conſueuit.

§. Certæ.

ARGVM.

Filiorum appellatione, vt preſsiores poſthumi gradus primi, non vlterioris continentur: ad liberorum verbo nepotes, ac reliqui deſcendentes continentur, poſthumorum autem voce, quiuis liberorum gradus comprehenduntur.

§. Si quis filiabus.

SI quis filiabus ſuis tutorem vel filijs dederit, & poſthumæ vel poſthumo videtur dediſſe: quoniam filij vel filiæ appellatione, & poſthumus ac poſthuma continentur. An igitur & nepotes filiorum appellatione veniunt, vt ſcilicet tutores, qui filijs dati ſunt, & ipſis dati intelligantur, ac filiorum appellatione ſignificentur & nepotes? Et ita ſane id dicimus, ſi mo do non filijs ſed liberis dixerit. Nam ſi dixerit, Filijs meis tutorem do, nō continentur nepotes. Aliter enim filij, & aliter nepotes appellātur. Quod ſi dixerit: Poſthumis tutorem do, tunc quicunque natus fuerit, ſiue filius ſit, ſiue nepos, ſub eo tutore qui datus eſt, erit.

De legitima Agnatorum tutela. Tit. XV.

ARGVMENTVM.

Pupillis tutorem ex teſtamento non habentibus Lex duodecim Tabularum agnatos tutores conſtituit.

Diximus

DIXIMVS, parentes liberis ſuis, quos in poteſtate haberent, teſtamentarium dare tutorem poſſe. Quid igitur ſi nullus ſit tutor teſtamētarius? Aut enim pater inteſtatus obijt, aut quum teſtamentum faceret, tutorem dare oblitus eſt: aut is, qui datus erat, viuo teſtatore deceſſit: in cuius tutela erunt hi? Et lex duodecim Tabularum in hoc caſu tutores dat eis agnatos.

ARGVM.

Cognatorum appellatio generalis eſt, in parentes, liberos, ac propinquos ex latere diducta. Quid autem horum vnumquodq;, & quid agnati, aptis finitionibus explicatur.

ET quinam ſunt agnati? Habeto hæc in modū cuiuſdā præuiæ inſpectionis. Cognatio nomē eſt generale, & in tria diuiditur: in parentes, in liberos, & propinquos ex latere. Et parentes quidem ſunt, qui nos genuere: pater, mater: auus, auia: proauus, proauia: & qui ſupra hos ſunt. Liberi ſunt qui ex nobis naſcūtur: filius, filia: nepos, neptis: pronepos, proneptis: & qui infra hos ſunt. Ex latere autem veniunt, qui neq; nos genuere, neq; à nobis gignuntur, ſed eandem ſtirpem, & radicem nobiſcum communem habent: veluti, frater, ſoror, patruus vel auunculus, amita vel matertera, conſobrinus, conſobrina, & qui ex ijs naſcuntur. Porro cognatio hæc quæ ex latere venit, in duas ſpecies diuiſa eſt: in agnatos, & in cognatos. Et agnati quidem ſunt, qui per virilem ſexum nobis coniunguntur: veluti frater eodem patre genitus, §. Sūt aūt.

&

& liberi eius: item ſoror eadem matre genita, tum patruus, ac liberi eius, deinde & amita. Cognati vero ſunt, qui per fœminam nos contingunt. Vt ſoror eadem matre tantum genita, ac liberi eius: item matertera ac liberi eius: tum & amitæ liberi. Agnati autem & legitimi dicuntur, à lege, ſcilicet quaſi Græcè dicas νομιμοῦς. Dicuntur vero & cognati, quaſi dicas naturales: quoniam quos Ius ciuile nouit, hos nouit & natura. Cognati verò tantum habent cognationem naturalem. Quos enim natura nouit, hos non protinus nouit & ius ciuile. His ita præuiſis, videto nūc rem de qua agimus. Quum igitur nulla eſt perſona teſtamentaria, ſub cuius tutela ſint liberi, neceſſe eſt, vt legitimi ſiue agnati tutelam, ſuſcipiant, qui per virilis ſexus perſonas nobis coniuncti ſunt. Agnati autem dicuntur hi, veluti frater eodem patre natus, & filius eius nepoſq́; ex eo. Qui vero per fœminas nos contingunt, agnati non ſunt, ſed naturali ratione cognati. Sic igitur materteræ meæ filius, agnatus mihi non eſt, ſed cognatus: ſed & ego ei cognatus ſum, quoniā qui naſcuntur, patris non matris familiam ſequuntur. Atqui amita agnata eſt: qui tamen ex ea naſcitur cognatus eſt. Quæ ergo huiuſce rei ratio? Quia interueniens fœminæ perſona, nempe amitæ agnationem interſcidit. Id enim in vniuerſum ſciendum eſt: Qua quiſque me cognatione contingit, eam & me cum illo habere.

AR-

ARGVM.

Inteſtatus quo ad tutelæ cauſam, nō is tantum deceſſiſſe videtur, qui omnino teſtamentum non fecit, ſed & qui teſtatus tutorem teſtamento non dedit, aut eius datio minime tenuit.

QVOD autem diximus, agnatos ad tutelam vocari, non hanc habet ſignificationem, ſi omnino non fecerit teſtamentum is, qui tutores dare poterat: ſed ſi quantum ad tutelę cauſam pertinet, deceſſerit inteſtatus. Quod & tunc contingit, quum is, qui datus eſt tutor, ante eum qui dederat, defunctus eſt: aut quum teſtator in teſtando oblitus eſt filio dare tutorem. §. Qđ aūt.

ARGVM.

Agnationis iura, non cognationis capitis minutione perimi. Et ciuili ratione ciuilia iura corrumpi poſſe, naturalia nequaquam.

SED ius quidem agnationis plerunq; quauis capitis diminutione perimitur, quoniam agnatio iuris Ciuilis nomen eſt. Cognationis autem iura non omni capitis diminutione mutantur. Et hæc quidem in agnatione ratio eſt: quia ciuilis ratio (ideſt capitis diminutio) ciuilia quidem iura (ideſt agnationis) corrumpere poteſt: naturalia vero (.i. cognationis) non vtiq;. §. Agnatio

De capitis diminutione. Tit. XVI

ARGVMENTVM.

Capitis minutio, quæ prioris ſtatus commutatio eſt, tres habet partes, vt alia maxima, media alia, alia minima ſit. Et quibus modis vnaquæq; contingat, recte ac ordine traditur.

Diximus

§. Maxima. DIximus capitis diminutiōe iura agnationis plerunq; corrūpi. Conſtituamus quid ſit capitis diminutio. Capitis diminutio eſt, prioris ſtatus cōmutatio aut ita: eſt affectio ex circunſtātia iuris Ciuilis cōtingens, ſtatū eius qui eā patitur, aut mutans, aut minuens. Tres aūt ſunt capitis diminutiōes. Aut.n. maxima eſt, aut minor, quam aliqui mediam vocant, aut minima. Maxima autem capitis diminutio eſt, quū quis & libertatem ſimul & ciuitatem amittit. Quod in ijs contingit, qui per atrocitatem ſententiæ in eos latæ ſerui pœnæ efficiuntur, veluti quum beſtijs aut igni tradendi ſunt: vel in libertis, qui ingratitudinis in patronum admiſſæ condemnantur: & in ijs qui ſe ad pretium participandum venundari paſſi ſunt. Horum enim vnuſquiſq; in maximam capitis diminutionem collapſus, vnà cum ciuitate, & libertatē amittit.

§. Minor. Media capitis diminutio eſt, quum ciuitas quidem amittitur, ſed libertas manet integra, quod ei cōtingit, cui aqua & igni interdictum fuerit: vel ei qui in inſulam deportatus eſt. Vterq; enim, quum liber maneat, ciuitatem Romanam exuit: Et in hoc quidem æquales ſunt: ſed in illo differunt, quòd deportatus, certo loco concludatur, hoc eſt, inſula quadam: is vero, cui aqua & igni interdictum eſt, omni loco arceatur.

§. Minima. Minima capitis diminutio eſt, quum & ciuitas & libertas retinetur ac ſalua permanet: ſed præſens hominis ſtatus mutatur, quod

in

in ijs accidit, qui quum ſui iuris eſſent ſeipſo in adoptionem dederunt, & alieno iure ſubiecti ſunt facti: aut contra, is qui alieno iuri ſubiectus erat, ſui iuris factus eſt. In his enim tantum, ius alienæ poteſtatis, aut ius ſuæ poteſtatis commutatum eſt. An ſeruus igitur, quum manumittitur, capitis diminutionem patitur? Et dicimus, nequaquam: quoniam neq; ante, caput vllum habuit, ſed nunc demum à manumiſſione caput habere, & iure ciuili cognoſci cœpit. §. Seruus.
Quibus autem princeps dignitatem adimit, ij capite minui non videntur. Itaq; neq; is qui ſenatu motus eſt, capite minutus dicetur. § Quibus.

ARGVM.

Capitis minutione agnationis ius plerunque perimi, cõtra cognationis iura plerunq; nõ perimi. Et cur ita.

PER capitis igitur diminutionem plerunq; ius agnationis perimitur, (cur autem addatur dictio, Plerunq;, mox dicemus) cognationis vero ius plerunq; non perimitur. Ideo aũt dixi, Plerunq;, quod minima capitis diminutio interueniens in ſuo habitu ſtatuq; cognationis iura conſeruet: maxima vero capitis diminutio intercurrens ius quoq; cognationis corrumpat. Nam ſi quis redactus in ſeruitutem fuerit, cognatus ijs non manet quibus cognatus erat. Sed neq; is qui ſemel liber, poſtea ſeruus factus eſt: poſt manumiſſionem, priſtinas cognationes, quas antequam in ſeruitutem redigeretur habeat, recipit. Sed & ſi in mediam capitis diminutionem inciderit, veluti deportatione: & hũc in modum ſoluitur cognatio. §. Qđ autẽ.

AR-

ARGVM.

Tutela legitima cum ſibi locũ vindicat, diuerſorum agnatis graduum exiſtentibus, ad eos qui propiores ſunt, defertur: æqualium autem graduum qui ſuut pariter omnes ad eam vocantur.

§. Cũ aũt. *INTELLEXISTI igitur, quum pupillo tutor quæritur, nec vllus eſt teſtamento relictus, locum agnatis fieri ad tutelam. Quod ſi plures ſunt cognati, non ad omnes ſimul tutela pertinet, ſed ad eos tantum qui proximiores gradu ſunt, veluti eſt, agnatus frater, eſt & patruus. Magis eſt, frater ad tutelam vocetur. Si tamen plures eiuſdem gradus ſint, veluti, multi fratres, aut plures patrui, omnes pariter vocantur.*

De legitima patronorum tutela. Tit. XVII.

ARGVMENTVM.

Libertorum tutelam mens tacita legis duodecim Tabularum ad patronos defert: vt quos hæreditatis commodo ſubleuat, eoſdem ex iuris regula tutelæ onere grauet.

LIBERTVS aut liberta tutore indigebant ob minorẽ ætatem: quis eorũ tutelã ſuſcipiet? Teſtamentarius? nequaquam. Hos enim dat is, qui impuberes in poteſtate habet. Qui autem ex ſeruitute manumiſſi ſunt in poteſtate nullius videntur eſſe: quoniam nec parentes habere intelliguntur. Legitimi igitur. Et quomodo is qui parentes non habet, propinquos ex latere habere poteſt? quum hi per illos comprehendantur. Quid ergo eſt?

Lex duodecim Tabularum patronos, & eorum liberos, ad Tutelam horum vocat. Quoniam (vt & iam ſuprà diximus) dationem libertatis vnus tutelæ ſequitur: Vocatur autem & hæc legitima tutela, quoniam ex lege duodecim Tabularum inuenta eſt. Sed dicat hîc aliquis: Atqui quum verba legis duodecim Tabularum legerem, nullam huiuſce tutelæ mentionem inueni. Verum huic dicemus: quamuis non nominatim, & expreſſis verbis in ea lege de hac tutela diſſeratur, tamen per interpretationem ex mente legis id poſſe colligi. Sic enim in parte aliqua ſuarum Conſtitutionum ait: Si quis ſine liberis, & inteſtato deceſſerit, ad hæreditatem huius agnati vocantur. Et rurſus in alia parte ait: Si quis tutore indiget, huius tutelam agnati ſuſcipiunto. Agnatos igitur, quibus emolumentum hæreditatis detulit, & onere tutelæ grauauit. Et hæc in ingenuis. Quum autem ad libertinos veniſſet, ita loquuta eſt: Si libertus aut liberta ſine liberis, & inteſtato deceſſerint, ad hæreditatem horum patroni, aut eorum liberi veniant. De Tutela vero, nihil omnino dixit. Quum igitur patronos ad liberorum hæreditates vocaſſet, neceſſario veteres tota legis mente perſpecta, ad ſimilitudinem agnatorum dixere, & patronos eodem modo onus tutelæ ſubire: quoniam plerunq;, vbi ſucceſſionis emolumentũ eſt, ibi & onus tutelæ eſſe oportet. Ideo autem dixi, plerunq;, quia ſi à fæmina impubes manumittatur, et impubes libertus decedat,

*cedat, ipſa quidem ad hæreditatem eius voca-
tur, ſed tutelæ eius (dum viuit) onere non præ-
mittitur. Quoniam tutorem eſſe, virile officium
eſt, & alienum à fœminis.*

De legitima parentum tutela. Tit. XVIII.

ARGVMENTVM.

Pater emancipans, patronorum exemplo filio ac deinceps ab ipſo emancipatis legitimus tutor erit.

FILIVM meum, filiamue, aut nepotem, vel neptem, quum adhuc impuberes eſſent, emancipaui. Quis horum tutelam ſuſcipiet, quoniam omnino tutore indigent? Teſtamentarium nō poſſis dicere. Nam is teſtamento dat tutorem, qui impuberem in poteſtaie habet. Agnatum igitur? Sed per emancipationem ius agnationis corruptum eſt. Quis ergo ad tutelam vocatur? Quemadmodum & ſupra diximus, pater & auus, qui eos manumiſerint: exemplo patronorum, & tutores eorum erũt. Atq; ita & ipſi legitimi tutores dicuntur.

De fiduciaria tutela. Tit. XIX.

ARGVMENTVM.

Patre vel auo impuberis emãcipati, tutoribus lẽgitimĩs defunctis, ex liberis vnus qui viginti quinq; annis maior ſit, fiduciarius tutor eſt, non legitimus. In patroni aũt filio nõ idẽ ſeruatur q̧ liberti, vt patronus, tutor ſit legitimꝰ. Et cur ita.

Præter

PRAETER iam dictas tutelas, eſt & alia quæ vocatur fiduciaria. Nam ſi filium meum, aut filiam, vel nepotem aut neptem, vel pronepotem aut pronoptem, quum impuberes eſſent, manumiſero: ego legitimus eorum tutor fio, quemadmodũ ſuprà proximo titulo dictũ eſt. Quoniam manumiſſor liberi capitis, exemplo eius qui ex vera ſeruitute manumiſit, ad tutelam eius vocatur. Si ergo contingat, vt ego liberos maſculos relinquens decedam, hi fiduciarij tutores erunt impuberis cuius ego per emancipationẽ factus ſum tutor legitimus. Euenit autem, vt non ſolùm frater fratri fiat tutor fiduciarius: ſed etiã patruus fratris filio, & pater filio. Et frater quidem fratri hunc in modum: Duos habebam filios, alterum vigintiquinq; annorum aut etiam maioris ætatis, alterum impuberem. Quum impuberem emancipaſſem, ego ei legitimus tutor eram. Me defuncto, frater perfectæ ætatis, tutor ei erit fiduciarius. Patruus vero fratris filio quomodo? Filium habebam maiorem vigintiquinq; annis, & nepotẽ neptemúe ex filio iam ante mortuo. Emancipaui hunc nepotem: dubium non eſt, quin ego ei fiam tutor legitimus. Poſt mortem igitur meam, patruus vt fiduciarius tutelam ſuſcipiet. Pater autem filio, hunc in modum: Filium habebam maiorem vigintiquinq; annis, & impuberem nepotem ex eo. Nepotem emãcipaui. Ego quidem vt legitimus ad tutelam vocor: ſed à morte mea, pater vt fidu-

fiduciarius vocabitur, Verũ dicat hic mihi aliquis: Quare quum patronorum liberi, legitimi tutores dicantur eorum parentum liberi, qui impuberes emanciparunt, appellationem mutant? nam parentes legitimi tutores dicuntur, eorum liberi fiduciarij. Sed hæc eius rei ratio eſt. Nam ſi ego viuens filium meum ſui iuris nõ feciſſem, omnino poſt obitum meum ſui iuris fieret, nec in poteſtatem fratris ſui aut patrui caderet. Ideo nec eandem tutelam habebit filius emancipatoris, ſed vocabitur fiduciarius. Libertus autẽ, ſi manumiſſus non fuiſſet, ſed ſeruus manſiſſet, vtiq; ſeruus liberorum defuncti futurus erat. Porro tunc præfati omnes ad dictas tutelas vocantur, quum maiores fuerint vigintiquinque annis. Id enim generaliter Imperatoris noſtri Conſtitutio in omnibus tutelis, & curationibus obſeruari præcepit. Abſurdum nanq; exiſtimauit, eum, qui alterius cura indigeret, aliorum bona adminiſtrare.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur. Tit. XX.

ARGVMENTVM.

Pupillis vtroq; tutore carentibus, ideſt teſtamentario ac legitimo, ex lege Attilia Romæ ab Vrbano Prætore & Tribunorum parte maiore tutor dabatur: In prouincia autem ex lege Iulia & Titia, Præſidis iudicio: vnde vt Attilianus, ita Iulius Titianus dictus.

Pupillus

P*VPILLVS aut pupilla opus habebant tutore. Non erat teſtamentarius, ne agnatus quidem. Ceſſabat & tutela, ad quam patroni vocantur. Neq; pater extabat, qui ad exemplū patroni tutelam ſuſciperet. Fiduciaria quoque tutela, locum non habebat. Quis ad tutelam vocandus eſt? Et dicimus Romæ à Prætore Vrbano cum maiore parte Tribunorum plebis (hi autem oẽs decem erant) ideſt cum ſex aut ſeptẽ, inquiſitione habita, tutorem dari, idq; ita iubente lege Attilia. Vnde & Tutor, qui ſic datur, ab authore dicitur Attilianus. Sed Anguſtiſſimis finibus eius legis conſtitutio cõtinetur. Neq; enim extra Romam procedit. Sed in prouincijs ad exemplum eius duæ ſunt latæ leges, Iulia & Titia, quibus iubetur vt ijs quibus tutor quæritur, iudicio Præſidis prouinciæ tutor detur: qui & ex illis appellationem ſumpſit, vt Iulius Titianus vocetur.*

ARGVM.

Teſtamentarij tutoris quandiu ſpes eſt futuri, tandiu locum datiuus habet, qui tum eſſe tutor deſinit, cum ſublato obice, teſtamentarius ad tutelam accedet.

PORRO *non ei tantum qui tutorem habet, Attilianus tutor aut Iulius Titianus datur: ſed etiam quum is qui tutor eſſe debuit, ex aliqua cauſa impedimentum habet, ne tutelam ſuſcipiat. Quod enim ſi quis moriens hærede inſtituto filio, tutorem ei ſub conditione dederit:* §. Sed & ſi teſtamẽto.

dederit:

dederit: ſi nauis ex Aſia venerit, aut ex die: veluti poſt biennium ab obitu ſuo? Quandiu aut conditio, aut dies pendet, Attilianus aut Iulius Titianus tutor datur. Sed & ſi pure datus eſt tutor, & his qui hæres ſcriptus eſt, deliberat de adeunda hæreditate: finge enim extraneum hæredem, eſſe inſtitutum, & filium eſſe exhæredatum, tutoremq́ ei pure relictum, & interim deliberare ſeu hæredem ſcriptum. Et hac ſpecie datur Attilianus tutor, aut Iulius Titianus. Quod ſi contingat, vt aut conditio exiſtat, aut dies veniat: aut hæres adeat: tunc is qui in teſtamento datus eſt tutor, ad tutelam accedet, & hi tutores eſſe deſinent.

§. Ab hoſti- bus.

Sed & ſi is qui tutor eſt, in hoſtium poteſtatem venerit, rurſus, in vrbe quidem Roma Attilianus, in prouincijs vero datur Iulius Titianus tutor: qui & ipſi tutores eſſe deſinent, quum is qui captus erat ab hoſtibus, hoſtes effugerit: nam reuerſus, tutelam iure poſtliminij recipit.

Sed ex his

Et hæc quidem olim ſic habebant. Poſtea ſublata eſt Attilianorum tuorum & eorũ, qui ex lege Iulia & Titia dabantur, datio: nam & Conſules primo vtriuſque ſexus pupillis tutores ſecundum iuriſdictionem ſuam dare cæperunt, hoc eſt, inquirentes, an hi qui tutores erant dandi locupletes eſſent, an honeſtam frugiq́ vitam ducerent, an deniq́ alienis bonis adminiſtrandis ſufficerent. Poſt Conſules autem & Prætores ex conſtitutionibus eandem rem ad curam ſuam reuocauerunt. Nam prædictæ leges Attilia & Titia nihil neque de cautione à tutoribus exigenda, rem pupilli ſaluam fore,

fore,cauebant: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem conſtituebant.

ARGVM.

Tutores Romæ Præfectus hoc iure: & Prætor pupillis dabant: in prouincijs autem Præſes, aut eius iuſſu magiſtratus ſecundum quiſq; ſuam iuriſdictionem,niſi pupillarium facultatũ magnitudo non ſinat.

HOC igitur iure vtimur,vt in urbe quidẽ Roma, aut Præfectus urbis, aut Prætor ſecundũ iuriſdictionẽ ſuã tutores det, (ideo aũt dixi,Secundũ iuriſdictionẽ ſuã,quia ſunt aliqui quibus Præfectus non autem Prætor,decernere tutores poſſit) in prouincijs vero Præſides Prouinciarum, aut Magiſtratus iuſſu Præſidum, dummodo non amplæ ac magnæ ſint impuberum facultates,tutores creant. §. Sed hoc iure.

ARGVM.

Pupillis hodie,ſi horũ facultates quingẽtos nõ excedãt aureos,Præſidis iuſſu nõ expectato,quiuis magiſtratus ciuitatis Epõ aſſiſtente, tutores dat, cautione rem pupilli ſaluam fore data:cuius periculum ad recipientẽ,non ad magiſtratũ pertinet.

VERVM Imperator noſter per conſtitutionem ſuam,huiuſcemodi difficultates hominum reſecans diſpoſuit: vt non expectato Præſidũ iuſſu,ſi facultates pupilli,vel adulti vſque ad quingentos aureos valeant: defenſores ciuitatum vnà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo Epiſcopo,vocatis,& alijs publicis perſonis, ideſt Magiſtratibus, vel Alexandriæ Iuridico,tutores aut curatores creent: legitima cautione ſecundum ea, quæ eadem conſtitutione expreſſa ſunt, præſtanda, idq́;eorum periculo, qui illam § Nos autẽ.

E *accipiunt,*

accipiunt,ſi contingat,vt is qui eam cautionem præſtiterunt, locupletes non ſint.

ARGVM.

Naturali congruit rationi,vt qui per ætatẽ ſe regere nequit, alterius cura regatur. finita autem tutelæ adminiſtratione,non ante,tutelari iudicio ad reddendam geſtionis rationem tutor conueniendus eſt.

POrro in tutela ſint impuberes naturali iuri congruit: quoniam iuſtum eſt, vt is qui perfectæ ætatis non eſt alterius cura regatur. Quum vero puberes facti fuerint pupilli, tutelæ iudicio cum tutoribus ad reddendam rationem agent.

De authoritate tutorum. Tit. XXI.

ARGVM.

Pupillo rem ſuam meliorem faciẽti,tutoris authoritate nil opus: ubi autem deteriorem vel mutua obligatione eſſet facturus,contrahentem ſecũ ſibi obligat,non aũt obligatur, niſi tutoris interueniat authoritas.

QVoniam didicimus, tutorem adminiſtrandis pupilli bonis conſtitui: ſciendum eſt, eum in omnibus quæ à pupillo geruntur, authorem eſſe debere: etſi quid ſine authoritate illius factum fuerit, nihil factum eſſe videri. Sunt tamen in quibus non ad modum tutoris authoritate opus ſit. veluti, ſtipulatus eſt à me pupillus. Decem aureos mihi dare ſpondes? ad hoc vt valeat ſtipulatio, ſupernacua eſt tutoris authoritas. Quòd ſi pupillus

lus ipſe ſtipulanti promittat, ad conſtituendam ſtipulationem conſenſus tutoris neceſſarius eſt. Placuit enim pupillum meliorem conditionem ſuam facere poſſe, & facultates ſuas augere ſine tutoris authoritate, peiorem uero facere conditionem, aut minuere facultates non poſſe, niſi in re agenda interueniat tutoris authoritas. Vnde in ijs caſibus, in quibus vltro citroque actiones inter contrahentes naſcuntur, vt in locatione, mandato, vel depoſito (nam is qui depoſuit, directam habet depoſiti actionem: qui vero aliquid in rem depoſitam impendit, contrariam) niſi interuenerit tutoris authoritas, is quidem qui cum pupillis contrahit, obligabitur, ſed ipſi inuicem, contrahenti non obligabuntur.

ARGVMENTVM.

Hæreditatem quamlibet lucroſam, aut bonorum poſſeſſionem, vel fideicommiſſariam hæreditatem, non aliter, quam tutore authore adire, aut ſuſcipere poteſt.

SEd neque hæreditatem adire, neque bonorũ poſſeſſionem petere, neque fideicommiſſariam hæreditatem ſuſcipere aliter poſſunt, quàm tutore authore, quamuis illis admodum lucroſa ſint, nec vllum in ſe damnum habeant. §. Neque tamen.

ARGVM.

Tutor actui præſens authoritatem præſtare debet, alioqui poſt tempus, aut per epiſtolam abſens authoritatem interponens nihil agit.

PReſens autem tutor, author fieri debet, ſi id quod agitur pupillo conducere exiſtimat. §. Tutor.

Sin autem poſt tempus adſit, aut abſens per epiſtolam id ſignificet non vtiliter authorem ſe facit: veluti, cōtraxi ego cū pupillo, neceſſe erat, vt ipſo in contractu tutor præſens diceret ſe au thorē fieri. ſi ergo quū eo tempore domi in vrbe ageret, poſt diem forſitan vnum venerit ad me, & dixerit ſe authorē fieri: aut ēt nō venerit, ſed per literas ſignificauerit ſe authorem fieri: authoritas hæc (vt dictum eſt) nihil proderit.

ARGVM.

Tutor pupillo ſecum litigaturo author eſſe nō poteſt, ſed curatoris opera iudicium exercendum eſt.

§. Si inter tutorem.

IVDICIVM quoq́, ſuſcipere cum tutoris authoritate debet pupillus. Vnde illud quæſitum eſt, quum ego tutelam pupilli gererem, litem cum eo habebam, reus an actor. Pupillus ſine authoritate mea iudicium ingredi non poterat, & ego author in rem meam vetabar eſſe. Porro nec lis moram patiebatur. Hac in ſpecie olim à Prætore tutor dabatur, qui dicebatur Prætorius, quòd à Prætore daretur. Verùm ſub lata veteri ſolennitate, ſublatus eſt & tutor Prætorius: Hodie igitur in locum eius datur curator: quo conſtituto peragitur iudicium, eoq́, ad finem perducto, curator eſſe deſinit. Et hoc in caſu, eodem tempore, & ſua tutela eſt pupillus & in curatione. Nam alijs quidem in rebus, ego & ei tutor ſum. In ſola vero lite, quam aduerſus me habet, in curatione dati curatoris eſt.

Quibus

Quibus modis tutela finitur. Tit. XXII.

ARGVMENTVM.

Tutelam pubertate finiri. Metimur autem pubertatem non (vt veteres) impudice ex corporis habitudine inſpecta, ſed annis, ſcilicet, in maſculo decimoquarto, in fœmina duodecimo cõpleto.

QVVM dictum ſit, quemadmodum tutela conſtituatur, dicamus quomodo ea & ſoluatur. Quod enim aliquo modo conſtitutum eſt, hoc & aliquo modo ſoluitur. Soluitur tutela per pubertatem tum maſculi, tum fœminæ. Pubertatem autem veteres, non ſolum ex annis, hoc eſt, ex eo quod quis decimumquartum annum egreſſus eſſet, æſtimabant, ſed etiã ex habitu corporis. Itaq; ſiue quis eo habitu corporis fuiſſet ante decimumquartum annum, ſiue maior fuiſſet quatuordecim annis, nec habitus adfuiſſet: inter puberes non numerabatur, ſed tunc demum cum vtraq; concurrebãt. Verùm Imperator noſter ſanctiſſimus indignum id eſſe caſtitate ſuorum temporum iudicans, voluit id quod veteres in fœminis ſeruabant: nam ſolum in ijs ſpectabant tempus, an ſcilicet maiores eſſent anno duodecimo, quippe qui habitum curioſius quærere exiſtimarent indecorum eſſe. Putauit igitur Imperator noſter, & in maribus impudicum eſſe corporis habitũ inſpicere: atq; ideo quod in fœminis veteres ſeruabant, id & in maribus valere voluit. Eaq; de

re & conſtitutionem edidit in qua ſtatuit, vt pubertas in maribus poſt completum annum decimumquartum inciperet, & quæ de fæminis erant prodita, in ſuo ſtatu reliquit, vt ab anno duodecimo impleto puberes eſſe intelligerentur.

ARGVM.

Tutelam arrogatione, deportatione, ſeruitute ac captiuitate pupilli finiri, ſed & conditionis euentu naturali morte tam pupilli, quã tutoris, at capitis diminutione, ſiue maxima, ſiue etiã media, ac minima pupilli omnem tutelam perimi: tutoris autem minima legitimam duntaxat. Verum quæ temporalis eſt, tempore quoque cedente finitur.

§ Itē finitur. *Præter modum iam dictum ſoluitur & tutela ſi impuberes aut in captiuitatem venerint, aut in arrogationem ſeſe dederint, vel ſi etiam deportati fuerint. Nam aliquando ij qui proximi ſunt pubertati, tale aliquid admittunt, ob quod in pœnam hanc incidant: aut adeo ingrati ſunt aduerſus patronos ſuos, ut in ſeruitutem redigantur: aut nõnunquam etiam in hoſtium manus veniunt.*

§. Sed & ſi *Tutelam igitur ſoluit ac perimit, & minima, & media, & maxima capitis diminutio. Sed & ſi quis impuberi tutor teſtamento datus fuerit ad certam conditionem: ueluti, Tutor eſto, donec nauis ex Aſia venerit, poſt conditionis euentum, ſoluitur tutela.*

§. Simili modo. *Tutoris quoque morte, vel eius qui in tutela eſt tutela finiri ſolet.*

§. Sed & capitis. *Sed et ſi maximam capitis diminutionem tutor paſſus fuerit, per quam libertatem amiſit: aut mediam per quam ciuitatem exuit omnis finitur tutela. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti, ſi ſeipſum in arroga-*

arrogationē dederit, ſola legitima tutela perit. Cætera uero, hoc eſt teſtamentariç, & quç a magiſtratibus dantur in ſtatu ſuo permanent. Nam capitis diminutio pupilli, & ſi ſit minima, omnes tutelas tollit, quoniam alieno iuri ſubijcitur. pupillos porro Tutorem habere, aliena res eſt ab ijs, qui aliena in poteſtate ſunt. Datus eſt aliquis teſtō tutor uſq; ad duos annos. Biennio finito, tutelam deponit. §. Præterea.

ARGVM.

Qui vt ſuſpectus remouetur, aut iuſta ex cauſa ſeſe excuſat, tutor eſſe deſinit. §. Definunt.

D*Eſinit autem & tutor eſſe, is qui ut ſuſpectus a tutela remouetur, quoniā forte male adminiſtrabat res pupilli. Sed & is qui iuſta ex cauſa ſe excuſat, (quęnam uero ſint iuſtæ cauſæ, infra dicemus) tutor haud dubio eſſe deſinit.*

De curatoribus.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Tutelarum uarijs enumeratis generibus, curationis materiam pertractat, ut puberibus, ſiue maribus ſiue fœminis ad annum xxv. curatores dentur ab ijſdem certe magiſtratibu, à quibus & tutores. at teſtamento non recte dantur, dati tamen Prætoris uel Præſidis Decreto confirmantur. Inuito nemini dantur, tutores uero uel nolentibus præponuntur. Ad certam cauſa tutor non datur, curator autem uel maxime dari poteſt.

DIXIMVS eorum, qui ſui iuris eſſet alios in tutela eſſe, alios in curatione, pleroſque neutro iure teneri. Quum igitur de tutoribus dictum ſit, & quot ſint tutelæ: (Sunt autem hæ, Teſtamentaria, Agnatorum, ſiue legitima, Patronorum ſub qua continetur & tutela parentũ manumittentium, Fiduciaria, & Attiliana, ſiue Iulia Titiana, in cuius locum aliam Imperator noſter ſanctiſſimus adinuenit) quumq; etiam dictum ſit, quot modis ea finiatur: nunc dicamus & de curatione. Maſculi igitur, ad hæc & fœminæ, quũ puberes facti ſunt, curatores accipiũt donec vigeſimumquintũ annum egreſſi fuerint. Quamuis enim puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negocia tueri non poſſint. Dantur autem curatores ab iiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamento vtiliter non datur: verum datus, decreto Prætoris vel Præſidis confirmatur: Item adoleſcens inuitus curatorem non accipit, niſi forte in certam litem. Num curator & ad certam cauſam dari poteſt, vt ſuprà diximus. Multæ itaque ſunt inter tutores & curatores differentiæ. Nam tutor ſolis impuberibus datur: curator ſæpe puberibus, interdum vero & impuberibus. Tutor recte datur teſtamento, ſed curator inutiliter. Inuitus nemo curatorem accipit, in tutela ſunt, & nolentes. Tutor ad certam cauſam dari non poteſt, curator autem maxime poteſt.

AR-

ARGVM.

Furioſis & prodigis quamuis maioribus, ex lege XII. Tab. agnat. curatores dantur, qui ſi deſint, à iudice decernũtur, qui curã gerãt. Mente autem captis, ijsq; qui in eo ſtatu ſunt, vt rebus ſuis prouidere nequeant, curatorem decerint iudex.

PRAETER adultos, & furioſi in curatione ſunt: necnon & prodigi, etiam ſi maiores ſint vigintiquinq, annis. Sunt autem in agnatorum curatione, quemadmodum lege XII. Tab. cautũ eſt, ac Romæ quidem Præfectus urbis aut Prætor, in prouincijs vero Præſides furioſis & prodigis ex inquiſitione dant curatores, quum aut nullus extat agnatus, aut is qui extat, inutilis eſt adminiſtrationi. Porro in curatione ſunt & mente capti, & ſurdi ac muti, & qui perpetuo morbo laborant, propterea quòd ipſi rerum ſuarum curam gerere non póſſint. §. Furioſi.

ARGVM.

Tutor ex iuris regula, licet habenti tutorẽ non detur, curatorem quandoq; dari nil vetat, quod fit tutore, aut idoneo non exiſtente, aut ad tempus excuſationem habente.

INTERDVM autem & pupilli curatores accipiunt veluti ſi legitimus tutor non ſit idoneus. Nã ideo ei nõ alius tutor, ſed curator datur, quia regula eſt, qua dicimus: Tutorẽ habẽti tutorẽ dari non poſſe. Sed & ſi tutor teſtamentarius, vel quẽ Prætor aut Præſes dederit, inidoneus eſt ad adminiſtrationem, dum tamen maligne ac fraudulenter in rebus pupilli non verſetur, curator ei adiungi ſolet. In locum quoque eorum, qui ſe ad tempus à tutela excuſant, curatores dari conſueuerunt: de quo & infra latius. §. Interdũ.

cedat, ipſa quidem ad hæreditatem eius vocatur, ſed tutelæ eius (dum viuit) onere non præmittitur. Quoniam tutorem eſſe, virile officium eſt, & alienum à fœminis.

De legitima parentum tutela. Tit. XVIII.

ARGVMENTVM.

Pater emancipans, patronorum exemplo filio ac deinceps ab ipſo emancipatis legitimus tutor erit.

FILIVM meum, filiamúe, aut nepotem, vel neptem, quum adhuc impuberes eſſent, emancipaui. Quis horum tutelam ſuſcipiet, quoniam omnino tutore indigent? Teſtamentarium nō poſſis dicere. Nam is teſtamento dat tutorem, qui impuberem in poteſtaie habet. Agnatum igitur? Sed per emancipationem ius agnationis corruptum eſt. Quis ergo ad tutelam vocatur? Quemadmodum & ſupra diximus, pater & auus, qui eos manumiſerint: exemplo patronorum, & tutores eorum erūt. Atq; ita & ipſi legitimi tutores dicuntur.

De fiduciaria tutela. Tit. XIX.

ARGVMENTVM.

Patre vel auo impuberis emācipati, tutoribus légitimis defunctis, ex liberis vnus qui viginti quinq; annis maior ſit, fiduciarius tutor eſt, non legitimus. In patroni aūt filio nō idē ſeruatur ꝗ liberti, vt patronus, tutor ſit legitimꝰ. Et cur ita.

Præter

PRÆTER iam dictas tutelas, eſt & alia quæ vocatur fiduciaria. Nam ſi filium meum, aut filiam, vel nepotem aut neptem, vel pronepotem aut proneptem, quum impuberes eſſent, manumiſero: ego legitimus eorum tutor fio, quemadmodũ ſuprà proximo titulo dictũ eſt. Quoniam manumiſſor liberi capitis, exemplo eius qui ex vera ſeruitute manumiſit, ad tutelam eius vocatur. Si ergo contingat, vt ego liberos maſculos relinquens decedam, hi fiduciarij tutores erunt impuberis cuius ego per emancipationẽ factus ſum tutor legitimus. Euenit autem, vt non ſolùm frater fratri fiat tutor fiduciarius: ſed etiã patruus fratris filio, & pater filio. Et frater quidem fratri hunc in modum: Duos habebam filios, alterum vigintiquinq; annorum aut etiam maioris ætatis, alterum impuberem. Quum impuberem emancipaſſem, ego ei legitimus tutor eram. Me defuncto, frater perfectæ ætatit, tutor ei erit fiduciarius. Patruus vero fratris filio quomodo? Filium habebam maiorem vigintiquinq; annis, & nepotẽ neptemúe ex filio iam ante mortuo. Emancipaui hunc nepotem: dubium non eſt, quin ego ei fiam tutor legitimus. Poſt mortem igitur meam, patruus vt fiduciarius tutelam ſuſcipiet. Pater autem filio, hunc in modum: Filium habebam maiorem vigintiquinq; annis, & impuberem nepotem ex eo. Nepotem emãcipaui. Ego quidem vt legitimus ad tutelam vocor: ſed à morte mea, pater vt

fiduciarius vocabitur, Verũ dicat hic mihi aliquis: Quare quum patronorum liberi, legitimi tutores dicantur eorum parentum liberi, qui impuberes emanciparunt, appellationem mutant? nam parentes legitimi tutores dicuntur, eorum liberi fiduciarij. Sed hæc eius rei ratio eſt. Nam ſi ego viuens filium meum ſui iuris nõ feciſſem, omnino poſt obitum meum ſui iuris fieret, nec in poteſtatem fratris ſui aut patrui caderet. Ideo nec eandem tutelam habebit filius emancipatoris, ſed vocabitur fiduciarius. Libertus autẽ, ſi manumiſſus non fuiſſet, ſed ſeruus manſiſſet, vtiq; ſeruus liberorum defuncti futurus erat. Porro tunc præfati omnes ad dictas tutelas vocantur, quum maiores fuerint vigintiquinque annis. Id enim generaliter Imperatoris noſtri Conſtitutio in omnibus tutelis, & curationibus obſeruari præcepit. Abſurdum nanq; exiſtimauit, eum, qui alterius cura indigeret, aliorum bona adminiſtrare.

De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur. Tit. XX.

ARGVMENTVM.

Pupillis vtroq; tutore carentibus, ideſt teſtamentario ac legitimo, ex lege Attilia Romæ ab Vrbano Prætore & Tribunorum parte maiore tutor dabatur: In prouincia autem ex lege Iulia & Titia, Præſidis iudicio: vnde vt Attilianus, ita Iulius Titianus dictus.

Pupillus

P*VPILLVS aut pupilla opus habebant tutore. Non erat teſtamentarius, ne agnatus quidem. Ceſſabat & tutela, ad quam patroni vocantur. Neq; pater extabat, qui ad exemplũ patroni tutelam ſuſciperet. Fiduciaria quoque tutela, locum non habebat. Quis ad tutelam vocandus eſt? Et dicimus Romæ à Prætore Vrbano cum maiore parte Tribunorum plebis (hi autem oẽs decem erant) ideſt cum ſex aut ſeptẽ, inquiſitione habita, tutorem dari, idq́; ita iubente lege Attilia. Vnde & Tutor, qui ſic datur, ab authore dicitur Attilianus. Sed Anguſtiſſimis finibus eius legis conſtitutio cõtinetur. Neq; enim extra Romam procedit. Sed in prouincijs ad exemplum eius duæ ſunt latæ leges, Iulia & Titia, quibus iubetur vt ijs quibus tutor quæritur, iudicio Præſidis prouinciæ tutor detur: qui & ex illis appellationem ſumpſit, vt Iulius Titianus vocetur.*

ARGVM.

Teſtamentarij tutoris quandiu ſpes eſt futuri, tandiu locum datiuus habet, qui tum eſſe tutor deſinit, cum ſublato obice, teſtamentarius ad tutelam accedet.

§. Sed & ſi teſtamẽto.

P*ORRO non ei tantum qui tutorem habet, Attilianus tutor aut Iulius Titianus datur: ſed etiam quum is qui tutor eſſe debuit, ex aliqua cauſa impedimentum habet, ne tutelam ſuſcipiat. Quod enim ſi quis moriens hærede inſtituto filio, tutorem ei ſub conditione*

dederit:

dederit: ſi nauis ex Aſia venerit, aut ex die: veluti poſt biennium ab obitu ſuo? Quandiu aut conditio, aut dies pendet, Attilianus aut Iulius Titianus tutor datur. Sed & ſi pure datus eſt tutor, & his qui hæres ſcriptus eſt, deliberat de adeunda hæreditate: finge enim extraneum hæredem, eſſe inſtitutum, & filium eſſe exhæredatum, tutoremq́; ei pure relictum, & interim deliberare ſeu hæredem ſcriptum. Et hac ſpecie datur Attilianus tutor, aut Iulius Titianus. Quod ſi contingat, vt aut conditio exiſtat, aut dies veniat: aut hæres adeat: tunc is qui in teſtamento datus eſt tutor, ad tutelam accedet, & hi tutores eſſe deſinent.

§. Ab hoſtibus.

Sed & ſi is qui tutor eſt, in hoſtium poteſtatem venerit, rurſus, in vrbe quidem Roma Attilianus, in prouincijs vero datur Iulius Titianus tutor: qui & ipſi tutores eſſe deſinent, quum is qui captus erat ab hoſtibus, hoſtes effugerit: nam reuerſus, tutelam iure poſtliminij recipit.

Sed ex his

Et hæc quidem olim ſic habebant. Poſtea ſublata eſt Attilianorum tuorum & eorũ, qui ex lege Iulia & Titia dabantur, datio: nam & Conſules primo vtriuſque ſexus pupillis tutores ſecundum iuriſdictionem ſuam dare cœperunt, hoc eſt, inquirentes, an hi qui tutores erant dandi locupletes eſſent, an honeſtam frugiq́; vitam ducerent, an deniq; alienis bonis adminiſtrandis ſufficerent. Poſt Conſules autem & Prætores ex conſtitutionibus eandem rem ad curam ſuam reuocauerunt. Nam prædictæ leges Attilia & Titia nihil neque de cautione à tutoribus exigenda, rem pupilli ſaluam fore,

fore, cauebant: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem conſtituebant.

ARGVM.

Tutores Romæ Præfectus hoc iure: & Prætor pupillis dabant: in prouincijs autem Præſes, aut eius iuſſu magiſtratus ſecundum quiſq; ſuam iuriſdictionem, niſi pupillarium facultatũ magnitudo non ſinat.

HOC igitur iure vtimur, vt in vrbe quidẽ Roma, aut Præfectus vrbis, aut Prætor ſecundũ iuriſdictionẽ ſuã tutores det, (ideo aũt dixi, Secundũ iuriſdictionẽ ſuã, quia ſunt aliqui quibus Præfectus non autem Prætor, decernere tutores poſſit) in prouincijs vero Præſides Prouinciarum, aut Magiſtratus iuſſu Præſidum, dummodo non amplæ ac magnæ ſint impuberum facultates, tutores creant. §. Sed hoc iure.

ARGVM.

Pupillis hodie, ſi horũ facultates quingẽtos nõ excedãt aureos, Pręſidis iuſſu nõ expectato, quiuis magiſtratus ciuitatis Ẽpo aſſiſtente, tutores dat, cautione rem pupilli ſaluam fore data: cuius periculum ad recipientẽ, non ad magiſtratũ pertinet.

VERVM Imperator noſter per conſtitutionem ſuam, huiuſcemodi difficultates hominum reſecans diſpoſuit: vt non expectato Præſidũ iuſſu, ſi facultates pupilli, vel adulti vſque ad q̃uingentos aureos valeant: defenſores ciuitatum vnà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo Epiſcopo, vocatis, & alijs publicis perſonis, ideſt Magiſtratibus, vel Alexandriæ Iuridico, tutores aut curatores creent: legitima cautione ſecundum ea, quæ eadem conſtitutione expreſſa ſunt, præſtanda, idq́ eorum periculo, qui illam §. Nos autẽ.

E *accipiunt,*

lus ipſe ſtipulanti promittat, ad conſtituendam ſtipulationem conſenſus tutoris neceſſarius eſt. Placuit enim pupillum meliorem conditionem ſuam facere poſſe, & facultates ſuas augere ſine tutoris authoritate, peiorem uero facere conditionem, aut minuere facultates non poſſe, niſi in re agenda interueniat tutoris authoritas. Vnde in ijs caſibus, in quibus vltro citroque actiones inter contrahentes naſcuntur, vt in locatione, mandato, vel depoſito (nam is qui depoſuit, directam habet depoſiti actionem: qui vero aliquid in rem depoſitam impendit, contrariam) niſi interuenerit tutoris authoritas, is quidem qui cum pupillis contrahit, obligabitur, ſed ipſi inuicem, contrahenti non obligabuntur.

ARGVMENTVM.

Hæreditatem quamlibet lucroſam, aut bonorum poſſeſſionem, vel fideicommiſſariam hæreditatem, non aliter, quam tutore authore adire, aut ſuſcipere poteſt.

SEd neque hæreditatem adire, neque bonorũ poſſeſſionem petere, neque fideicommiſſariam hæreditatem ſuſcipere aliter poſſunt, quàm tutore authore, quamuis illis admodum lucroſa ſint, nec vllum in ſe damnum habeant. §. Neque tamen.

ARGVM.

Tutor actui præſens authoritatem præſtare debet, alioqui poſt tempus, aut per epiſtolam abſens authoritatem interponens nihil agit.

PRæſens autem tutor, author fieri debet, ſi id quod agitur pupillo conducere exiſtimat. §. Tutor.

Sin autem poſt tempus adſit, aut abſens per epiſtolam id ſignificet non vtiliter authorem ſe facit: veluti, cõtraxi ego cũ pupillo, neceſſe erat, vt ipſo in contractu tutor præſens diceret ſe authorẽ fieri. ſi ergo quũ eo tempore domi in vrbe ageret, poſt diem forſitan vnum venerit ad me, & dixerit ſe authorẽ fieri: aut ẽt nõ venerit, ſed per literas ſignificauerit ſe authorem fieri: authoritas hæc (vt dictum eſt) nihil proderit.

ARGVM.

Tutor pupillo ſecum litigaturo author eſſe nõ poteſt, ſed curatoris opera iudicium exercendum eſt.

§. Si inter tutorem.

IVDICIVM quoq; ſuſcipere cum tutoris authoritate debet pupillus. Vnde illud quæſitum eſt, quum ego tutelam pupilli gererem, litem cum eo habebam, reus an actor. Pupillus ſine authoritate mea iudicium ingredi non poterat, & ego author in rem meam vetabar eſſe. Porro nec lis moram patiebatur. Hac in ſpecie olim à Prætore tutor dabatur, qui dicebatur Prætorius, quòd à Prætore daretur. Verùm ſublata veteri ſolennitate, ſublatus eſt & tutor Prætorius: Hodie igitur in locum eius datur curator: quo conſtituto peragitur iudicium, eoq; ad finem perducto, curator eſſe deſinit. Et hoc in caſu, eodem tempore, & ſua tutela eſt pupillus & in curatione. Nam alijs quidem in rebus, ego & ei tutor ſum. In ſola vero lite, quam aduerſus me habet, in curatione dati curatoris eſt.

Quibus

Quibus modis tutela finitur. Tit. XXII.

ARGVMENTVM.

Tutelam pubertate finiri. Metimur autem pubertatem non (vt veteres) impudice ex corporis habitudine inſpecta, ſed annis, ſcilicet, in maſculo decimoquarto, in fœmina duodecimo cõpleto.

QVVM dictum ſit, quemadmodum tutela conſtituatur, dicamus quomodo ea & ſoluatur. Quod enim aliquo modo conſtitutum eſt, hoc & aliquo modo ſoluitur. Soluitur tutela per pubertatem tum maſculi, tum fœminæ. Pubertatem autem veteres, non ſolum ex annis, hoc eſt, ex eo quod quis decimumquartum annum egreſſus eſſet, æſtimabant, ſed etiã ex habitu corporis. Itaq; ſiue quis eo habitu corporis fuiſſet ante decimumquartum annum, ſiue maior fuiſſet quatuordecim annis, nec habitus adfuiſſet: inter puberes non numerabatur, ſed tunc demum cum vtraq; concurrebãt. Verùm Imperator noſter ſanctiſſimus indignum id eſſe caſtitate ſuorum temporum iudicans, voluit id quod veteres in fœminis ſeruabant: nam ſolum in ijs ſpectabant tempus, an ſcilicet maiores eſſent anno duodecimo, quippe qui habitum curioſius quærere exiſtimarent indecorum eſſe. Putauit igitur Imperator noſter, & in maribus impudicum eſſe corporis habitũ inſpicere: atq; ideo quod in fœminis veteres ſeruabant, id & in maribus valere voluit. Eaq; de

re & conſtitutionem edidit in qua ſtatuit, vt pubertas in maribus poſt completum annum decimumquartum inciperet, & quæ de fœminis erant prodita, in ſuo ſtatu reliquit, vt ab anno duodecimo impleto puberes eſſe intelligerentur.

ARGVM.

Tutelam arrogatione, deportatione, ſeruitute ac captiuitate pupilli finiri, ſed & conditionis euentu naturali morte tam pupilli, quã tutoris, at capitis diminutione, ſiue maxima, ſiue etiã media, ac minima pupilli omnem tutelam perimi: tutoris autem minima legitimam duntaxat. Verum quæ temporalis eſt, tempore quoque cedente finitur.

§ Itẽ fini-tur. *Præter modum iam dictum ſoluitur & tutela ſi impuberes aut in captiuitatem venerint, aut in arrogationem ſeſe dederint, vel ſi etiam deportati fuerint. Nam aliquando ij qui proximi ſunt pubertati, tale aliquid admittunt, ob quod in pœnam hanc incidant: aut adeo ingrati ſunt aduerſus patronos ſuos, ut in ſeruitutem redigantur: aut nõnunquam etiam in hoſtium manus veniunt.*

§. Sed & ſi *Tutelam igitur ſoluit ac perimit, & minima, & media, & maxima capitis diminutio. Sed & ſi quis impuberi tutor teſtamento datus fuerit ad certam conditionem: ueluti, Tutor eſto, donec nauis ex Aſia venerit, poſt conditionis euentum, ſoluitur tutela.*

§. Simili modo. *Tutoris quoque morte, vel eius qui in tutela eſt tutela finiri ſolet.*

§. Sed & capitis. *Sed et ſi maximam capitis diminutionem tutor paſſus fuerit, per quam libertatem amiſit: aut mediam per quam ciuitatem exuit omnis finitur tutela. Minima autem capitis diminutione tutoris, veluti, ſi ſeipſum in arroga-*

arrogatione dederit, ſola legitima tutela perit. Cætera uero, hoc eſt teſtamentarię, & quę a magiſtratibus dantur in ſtatu ſuo permanent. Nam capitis diminutio pupilli, & ſi ſit minima, omnes tutelas tollit, quoniam alieno iuri ſubijcitur. pupillos porro Tutorem habere, aliena res eſt ab ijs, qui aliena in poteſtate ſunt. Datus eſt aliquis teſto tutor uſq; ad duos annos. Biennio finito, tutelam deponit. §. Prę terea.

ARGVM.

Qui vt ſuſpectus remouetur, aut iuſta ex cauſa ſeſe excuſat, tutor eſſe deſinit. §. Desinunt.

Desinit autem & tutor eſſe, is qui ut ſuſpectus a tutela remouetur, quoniā forte male adminiſtrabat res pupilli. Sed & is qui iuſta ex cauſa ſe excuſat, (quęnam uero ſint iuſtæ cauſæ, infra dicemus) tutor haud dubio eſſe deſinit.

De curatoribus.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Tutelarum uarijs enumeratis generibus, curationis materiam pertractat, ut puberibus, ſiue maribus ſiue fœminis ad annum xxv. curatores dentur ab ijſdem certe magiſtratibu, à quibus & tutores. at teſtamento non recte dantur, dati tamen Prætoris uel Præſidis Decreto confirmantur. Inuito nemini dantur, tutores uero uel nolentibus præponuntur. Ad certam cauſa tutor non datur, curator autem uel maxime dari poteſt.

DIXIMVS eorum, qui ſui iuris eſſet alios in tutela eſſe, alios in curatione, pleroſque neutro iure teneri. Quum igitur de tutoribus dictum ſit, & quot ſint tutelæ: (Sunt autem hæ, Teſtamentaria, Agnatorum, ſiue legitima, Patronorum ſub qua continetur & tutela parentũ manumittentium, Fiduciaria, & Attiliana, ſiue Iulia Titiana, in cuius locum aliam Imperator noſter ſanctiſſimus adinuenit) quumq; etiam dictum ſit, quot modis ea finiatur: nunc dicamus & de curatione. Maſculi igitur, ad hæc & fœminæ, quũ puberes facti ſunt, curatores accipiũt donec vigeſimumquintũ annum egreſſi fuerint. Quamuis enim puberes ſint, adhuc tamen eius ætatis ſunt, vt ſua negocia tueri non poſſint. Dantur autem curatores ab iiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamento vtiliter non datur: verum datus, decreto Prætoris vel Præſidis confirmatur: Item adoleſcens inuitus curatorem non accipit, niſi forte in certam litem. Num curator & ad certam cauſam dari poteſt, vt ſuprà diximus. Multæ itaque ſunt inter tutores & curatores differentiæ. Nam tutor ſolis impuberibus datur: curator ſæpe puberibus, interdum vero & impuberibus. Tutor recte datur teſtamento, ſed curator inutiliter. Inuitus nemo curatorem accipit, in tutela ſunt, & nolentes. Tutor ad certam cauſam dari non poteſt, curator autem maxime poteſt.

AR-

ARGVM.

Furioſis & prodigis quamuis maioribus, ex lege XII. Tab. agnat. curatores dantur, qui ſi deſint, à iudice decernũtur, qui curã gerãt. Mente autem captis, iisq́; qui in eo ſtatu ſunt, vt rebus ſuis prouidere nequeant, curatorem decerint iudex.

PRAETER adultos, & furioſi in curatione ſunt: necnon & prodigi, etiam ſi maiores ſint vigintiquinq; annis. Sunt autem in agnatorum curatione, quemadmodum lege XII. Tab. cautũ eſt, ac Romæ quidem Præfectus vrbis aut Prætor, in prouincijs vero Præſides furioſis & prodigis ex inquiſitione dant curatores, quum aut nullus extat agnatus, aut is qui extat, inutilis eſt adminiſtrationi. Porro in curatione ſunt & mente capti, & ſurdi ac muti, & qui perpetuo morbo laborant, propterea quòd ipſi rerum ſuarum curam gerere non poſſint. §. Furioſi.

ARGVM.

Tutor ex iuris regula, licet habenti tutorẽ non detur, curatorem quandoq; dari nil vetat, quod fit tutore, aut idoneo non exiſtente, aut ad tempus excuſationem habente.

INTERDVM autem & pupilli curatores accipiunt veluti ſi legitimus tutor non ſit idoneus. Nã ideo ei nõ alius tutor, ſed curator datur, quia regula eſt, qua dicimus: Tutorẽ habẽti tutorẽ dari non poſſe. Sed & ſi tutor teſtamentarius, vel quẽ Prætor aut Præſes dederit, inidoneus eſt ad adminiſtrationem, dum tamen maligne ac fraudulenter in rebus pupilli non verſetur, curator ei adiungi ſolet. In locum quoque eorum, qui ſe ad tempus à tutela excuſant, curatores dari conſueuerunt: de quo & infra latius. §. Interdũ.

ARGVM.

Tutor valetudine, aut quauis alia cauſa uiſta adminiſtrare præpeditus, pupillo abſente, aut eodem infante, ſuo periculo apud iudicem actorem conſtituit: pupillo autem præſente & loqui potente ab eodem, tutoris tamen authoritate, conſtitui actor poteſt.

§. Quod ſi tutor. *SI tutor aduerſa valetudine laboret, aut alia qua neceſſitate impediatur, quo minus pupilli negotia gerat: veluti ſi ſuis litibus diſtentus ſit & pupillus aut abſit, aut infans ſit, poteſt tutor ſuo periculo actorem cōſtituere apud Prætorem aut Præſidem Prouinciæ: qui ideo actor vocatur, quia per acta cōſtituitur. Quod ſi pupillus adſit, & loqui poſſit, is ab eo cum tutoris authoritate conſtitui poteſt.*

De ſatiſdatione tutorum vel curatorum. Tit. XXIIII.

ARGVMENTVM.

Tutor omnis, omniſque curator præter teſtamento & ex inquiſitione datos, cautionem rem pupilli ſaluam fore: datis fideiuſſoribus præſtāt.

QVando quidem de curatoribus diximus, quomodo aut conſtituantur, aut eſſe deſinant: & quod alij vſque ad vigeſimumquintum annum in curatione ſint: alij vero, qui certo morbi ac vitij genere tenentur, donec eius mali liberationem conſecuti fuerint: nunc generalem aliquem ſermonem inſtituimus, qui ad omnes quicunque res aliorum adminiſtrant,

miniſtrant, ſeſe extendat. Omnis igitur tutor, omniſque curator, cautionem præſtare datis fideiuſſoribus debet, per quam repromittat, ſaluas & integras res eorum, qui in tutela ipſius vel curatione ſunt fore. Hæc enim maxima Prætoris cura eſt. Ex tutoribus tamen excipe teſtamentarium, quoniam hic onere ſatiſdandi non grauatur. Fidum enim ac diligentem eum futurum in adminiſtrando, ipſo teſtatoris teſtimonio ſatis probatum eſt. Non diſſimiliter & tutores curatoreſque ex inquiſitione dati, ſatiſdare non cogantur. Idoneos nanque eos eſſe, vel ipſa magiſtratuum inquiſitio argumento eſt. Quoniam hæc & talia inquiri ſolent: an vir ſit bonæ frugi, an locuples, an viua pignora habeat, id eſt liberos. Nam qui liberos habet, nouit quemadmodum erga pupillos affectus eſſe debeat, quibus in locum patris datus eſt denique an terram diligat in qua natus eſt, hoc eſt patriam.

ARGVM.

Tutores plures aut curatores ubi in teſtamento, aut ex inquiſitione dati ſunt, is ſolus adminiſtrat, qui contutoribus ſatiſdationem offert, aut concuratoribus nemine autem offerente ad teſtatoris iudicium recurrendum eſt, quod ſine id quidem teſtatoris iudicio: quinam gerere debeat, appareret, electio tutorum rem decidet: quibus in eligendo diſcordantibus, eliget Prætor, quem volet, ac proficiet.

Interdum tamen & hi debēt ſatiſdare. Nam ſi duo vel plures teſtamento aut ex inquiſitione dati fuerint tutores aut curatores: atque vnus eorum quo magis pupillo vel adulto- §. Sed ſi ex teſta-mēto.

de indemnitate cautũ ſit, ſatiſdationem offerat: is contutori vel concuratori præfertur, & ſolus adminiſtrabit, quoniam certior eſt adoleſcenti ſatiſdatio, quàm defuncti teſtimoniũ, qui falli, ſicut & magiſtratus in inquirẽdo potuit. Quapropter ei ſoli credetur adminiſtratio. Poteſt tamẽ & alter hac in re cõtradicere, & ſatiſdationem offerendo, adminiſtrationẽ in ſe transferre. Itaq; ſi multi ſint tutores teſtamentarij vel curatores, non poteſt vnus aliquis exurgere, ac dicere contutori vel concuratori Satiſda, & tibi omnẽ habe adminiſtrationẽ. Verum ſi quis id velit agere, vt contutor aut concurator ſuus ſatiſdationẽ præſtet: prior ipſe ſatis offerat, vt deinde per æmulationem, atq; ea re commotus alter, ad ſatiſdandum veniat. Quoniam quum ſatiſdationem offero, electionem do contutori, ſatiſne velit à me accipere, & adminiſtrationem mihi cedere: an potius ipſe ſatiſdare mihi, & adminiſtrationẽ ſibi habere. Quod ſi nemo eorum, qui teſtamento aut ex inquiſitione dati ſunt, ſatis offerat: tũc ſi quidem defunctus certæ alicui perſonæ adminiſtrationem commiſit, is ſolus gerere debet. Sin autem de nemine id teſtator expreſſit, is gerere debet, quem maior pars contutorum elegerit. Nam id ita & edicto Prætoris cauetur. Quod ſi tutores inter ſe de eligendo eo qui gerere debet, diſſentiunt, & alij hunc, alij illum eligunt: (nam fieri poteſt, vt tam amplæ non ſint pupilli facultates, quin vnius ſufficiat adminiſtrationi) tunc Prætor eligat, quem velit, & ei adminiſtrationem committat. Idq; omnino dicimus & in

in pluribus ex inquiſitione datis : nam & in ÿs, à maiore parte eligi debet, qui rem pupilli gerere poſſit.

ARGVM.

Pupillus pubes aut adultus factus ob improbam malignamq; geſtionem aduerſus tutores & curatores actionem in factum ſubſidiariam habet, & qui idonee caueri non curarunt eandem tenentur actione etiam in hæredes tranſitura. Quod ſi cauere detrectent tutores ac curatores, captis pignoribus coerceri debent.

§. Sciendũ.

PORRO *autem pupillus, quũ pub s factus fuerit, vel adultus quum ad perfectam & iuſtam ætatem venerit, non ſolum tutores aut curatores ex rerum ſuarum adminiſtratione obligatos habebit, ſed etiam eos, qui ſatiſdationem ab illis acceperint : habentq; aduerſus eos actionem in factum pro indemnitate ſua : quæ dicitur ſubſidiaria, quod vltimum auxilium præbeat. Quum enim neq; à tutoribus vel curatoribus, neque à fideiuſſoribus eorum res pupilli indemnis ſeruari poteſt, tũc ÿ qui ſatiſdationem ab ÿs acceperunt, actione in factum tenentur : quæ ex ea re vocata eſt ſubſidiaria. Datur autẽ ea quum aut omnino non curarũt ſatiſdandum ÿ, qui rare id ſolent, aut quum curarunt quidẽ, ſed non idonee paſſi ſunt caueri : & non locupletes fideiuſſores acceperunt. Sed & in hæredes datur, quemadmodum & reſponſis prudentum & Principum reſcriptis cauetur. Quibus & illud exprimitur, vt ſi tutores vel curatores creati, ſatiſdare ob adminiſtrationem ſuam nolint,*

lint, captis pignoribus ad id cogantur, hoc eſt iuſſu magiſtratus ex bonis eorum aliquid capietur, quod loco pignoris ſit.

ARGVM.

Præfectus vrbis, Prætor ac prouinciæ Præſes ſubſidiaria non tenentur, ſed qui ſatis accipere ſolent magiſtratus ſcilicet, ac ciuitatis defenſor.

§. Neque. *PORRO neque Præfectus vrbis, neque Prætor, neque Præſes prouinciæ actione ſubſidiaria tenebuntur, ſed ij tantum, qui huiuſmodi ſatiſdationes accipere ſolent, vt magiſtratus, & defenſores ciuitatum.*

De excuſationibus tutorum, vel curatorum. Tit. XXV.

ARGVMENTVM.

Liberi numero lege definito & locorum priuilegijs ab onere tutelæ excuſant, etiam ſi emancipati ſint: adoptiui non æque. Nepotes ex filio præmortuo, & liberi in acie ipſoq; cõflictu amiſſi ad idem conferunt: ſicut & qui rerum fiſcalium curam gerunt.

NEQVE id tantum, quod modo diximus, inter tutores & curatores commune eſt vt ſatiſdare cogantur, ſed etiam illud quod quum ad tutelam vel curationẽ vocantur, excuſatione vti poſſint. Nam quum lex non neſciret, graues admodum & moleſtas eſſe earum curas ac ſolicitudines, excuſationes quaſdam varijs ex cauſis commenta eſt: quarum vna qui vſus fuiſſet, onus tutelæ aut curationis euaderet.

euaderet. Plerunq; autem propter liberos excuſarē nō poſſumus, ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos Romæ ſuperſtites quis habeat, vel in Italia quatuor, vel quinq; in prouincijs, is recte à tutela & curatione excuſare ſe exemplo cæterorum munerum poteſt. Nam & tutelas ac curationes in numero publicorum munerum eſſe, in confeſſum venit. Sed adoptiui liberi ad excuſationem non proſunt, ſed naturales (vt dictum eſt) etiam ſi alteri in adoptionem dati ſint. Nepotes ex filio proderunt, perſona quæ in medio eſt defuncta. In patris enim locum ſuccedunt: ſed nepotes ex filia, excuſationem non præſtant. Liberi quoq; (vt dixi) ij tantum proſunt, qui in viuis ſunt: defuncti vero, non. Si tamen in bello amiſſi ſint, quæſitum eſt, an proſint. Et placuit, eos duntaxat excuſationem præſtare, qui in acie, ipſoq; in conflictu ceciderint. Nam quando ij pro Rep. perierunt, per rerum geſtarū gloriam ſemper viuere intelliguntur. Imperator quoq; Marcus in conſtitutionibus ſemeſtribus reſcripſit eū qui res fiſcales aut publicas adminiſtraret, quandiu in ea adminiſtratione eſt, excuſationem à tutela & curatione habere. Et ratio quidem in promptu eſt, quoniā neceſſe eſt, vt aut dū rebus pupilli vel adulti operam damus, fiſcus in multis lædatur, aut dum fiſcum indemnem ſeruarę volumus, iura adoleſcentium minuantur.

§. Itē diuus

ARGVM.

Excuſatio à tutela ſemel ſuſcepta admitti n̄ ſolet, abſētia tn̄ ob Reip. cām tādiu excuſat à ſuſcepta, quādiu eadē cā, q̄ ſuſcepit, abeſt: & futurā decerni non ſinit.

SED

§. Itẽ qui. *SED & ij qui Reip.cauſa abſunt, à tutela et curatione excuſantur, non tantum futura, verùmetiam ab ea, quæ nũc eis incumbit. Atqui quum quis ſemel adminiſtrationem aggreſſus eſt, excuſatio non ſolet admitti. Verum is qui ſemel adminiſtrationem aggreſſus eſt, ſi medio tempore Reip.cauſa peregre proficiſcatur, vtitur quidem excuſatione, ſed tantiſper ſine periculo ab adminiſtratione poteſt abſtinere, dum Reip.cauſa abeſt. Itaq; & in locum eius curator datur. Reuerſus autem ex profectione, quam Reip. cauſa ſuſceperat, ſtatim & tutelæ oneri ſubijcitur: ac ne anni quidem habet excuſationem ſiue vacationem; ſicut & Papinianus lib.5.Reſp.ſcribit: nam anni ſpatium tunc datur reuerſis ex profectione, quam Reip.cauſa ſuſceperant, ad excuſationem, quam quis ad nouam tutelam vel curationem vocatur. Itaque ſi quum tutor ſim, Reipub.cauſa aliquo proficiſcar, tutor quidem eſſe deſino, ſed reuerſum ſtatim neceſſe erit adminiſtrationem aggredi. Quod ſi quum tutor non eſſem, Reip. cauſa peregre profectus fuero, ac deinde reuerſus ad tutelam aliquam vel curationem vocer, veluti in primo menſe, quam reuerſus ſum, aut ſexto, aut decimo, aut duodecimo, aut denique (vt rem vno verbo abſoluam) antequam annus expletus ſit, excuſatione vti potero.*

ARGVM.

Poteſtatem aliquam gerens, à futura, non à ſuſcepta excuſatur tutela.

Sed

SED & qui poteſtatem aliquam gerunt, excuſatione vtuntur, vt voluit Marci Principis reſcriptum. Sed ſuſceptam tutelam poteſtas ſuperueniens non ſoluit.

ARGVM.

Lis non omnium bonorum, aut maioris partis cum pupillo; à tutela non excuſat.

IVDICIVM cum pupillo vel adoleſcente habebam id excuſationem non præſtat: niſi forte de omnibus noſtris bonis, aut de hæreditate controuerſia ſit.

ARGVM.

Tutelæ tres minime affectatæ, à quarta excuſant, ſi modo diuerſorum ſint patrimoniorum.

TRES tutelæ vel curationes, quas ego non ſtudio & per affectationem accepi, vacationem à quarta tutela vel curatione præſtant, quandiu eæ tres tutelæ vel curationes conſiſtunt. Ideo autem dixi, quas non ſtudio & per affectationem accepi: quia ſi forte huius aut illius tutelam vel curationem affectauerim ſuſcipere, quum opulenta eſſet, ea numerum trium tutelarum non explebit. Sed & illud ſciendũ eſt, non ex perſonis, ſed ex patrimonijs, tres tutelas æſtimari. Nam ſi quis tres aut plures liberos decedens relinquat, egoq; eorum tutor vel curator fiam: vna erit tutela, quoniam & vnum patrimonium eſt.

ARGVM.

Paupertas ab onere tutelę excuſat (ſi quis iniuncto muneri ſe imparem doceat) ſicuti valetudo ac literarum imperitia.

SED & paupertas excuſationem præbere ſolet. Id enim & Diui fratres Seuerus & Antoninus,

Antoninus, & Marcus deinde Imperator, reſcripſerunt. Inuenias ergo, vbi & paupertas proſit. Si quis quum ad tutelam uocatur, inidoneum ſe & imparem oneri iniuncto doceat, aut morbum aliquem excuſet, vel aduerſam valetudinem, propter quā nec ſuas res gerere poſſit, admitti debet ita ſe a tutela uel curatione excuſans. Is qui literas neſcit, iuſtam habet excuſationem, vt D. Pius reſcripſit quamuis & imperiti literarum, interdum alienis negotijs gerendis ſufficiant.

§. Sed & propter. .Itē ꝓpter aduerſum. §. ſimiliter.

ARGVMENTVM.

Inimicus teſtamento datus a tutela excuſatur, non qui ſe teſtatori ignotum allegat Item capitales inimicitiæ cū pupillorum parēte excuſant, ſecus, ſi non capitales.

§. Itē ſi propter.

SI quis inimicum ſuum liberis teſtamento dederit tutorem, excuſationē hoc nomine is habebit. Quemadmodum ex diuerſo, non excuſabitur, qui ſe tutelam patri pupillorum quum adhuc uiueret, adminiſtraturum promiſit. Nemo ex eo loco excuſationem habet, quod dicat ſe patri pupillorum ignotum fuiſſe: id enim reſcripto duorum fratrum continetur. Inimicitię, quas cū patre pupillorum vel adultorum exercui, ſi capitales fuerint, nec reconciliatio interuenerit, à tutela uel curatione me liberant: Sin autem capitales non fuerint, excuſationē non pręſtant.

§. Nō eſſe. §. inimicitiæ.

ARGVM.

Status quęſtio olim mota, facit ne in pręſentia tutelam liberorum mouentis ſuſcipere cogar.

§. Itē ſi quis

SI quis mihi ſtatus controuerſiam fecerit, liberorum eius tutelam non cogar ſuſcipere.

AR-

ARGVM.

Tutelam uel curationem ſeptuagenarius inuitus non ſuſcipit, ad eam annis xxv. minor uel uolens (ſicuti nec miles) non admittitur.

Qui maior eſt annis ſeptuaginta, a tutela, et curatione exeuſationem habet. At minor uigintiquinq; annis, olī quidē ad tutelā uocatus, excuſatione utebatur, dicens ſe minorem eſſe vigintiquinque annis: verum Imperator hunc nō excuſationem, ſed prohibitionem habere uoluit. Vnde ſi quis minor vigintiquinque annis ad tutelam vel curationem uocetur, ne excuſatione quidem indiget, vt eadem ſacra conſtitutione expreſſum eſt. Sic itaque neque impubes, neque etiam pubes minor uigintiquinque annis, ad legitiman tutelam uocabuntur. Id enim ab omni iure ciuili alienum eſt, ut qui in rerum ſuarum adminiſtratione, alieno indigent auxilio, quique ab alijs regi debent, hi ad aliorum tutelam uel curationem uocentur. §. Itē maior

Quemadmodum autem minor uigintiquinq; annis nec uolens ad tutelam, uel curationem admittitur, ita neque miles. §. idē & in milite.

ARGVM.

Grammatici, Rhetores, ac Medici tum Romæ, tum in patria artes huiuſmodi exercentes ad numerum lege definitum ab onere tutelæ immunes ſunt.

Grāmatici, Rhetores, & Medici qui Romæ ſunt, aut qui in patria ſua has artes exercent, dum ſint intra numerum a conſtitutione, quæ hæc de re loquitur, datum, §. Itē Roma

uacatio-

vacationem tutela & curatione habent. Eſt enim conſtitutio Antonini, quæ quot medici, grammatici, aut rhetores in quaq; ciuitate eſſe debeant, declarat.

ARGVM.

Qui plures, ne tutelam ſuſcipiat, excuſationes habet, ſi quas earum probare nequeat, intra legitimum tempus reliquis vti poterit.

QVI multas habet excuſationes, ſi cum quibuſdam ex ijs vteretur, probare non potuit: poteſt intra tempora excuſationis, & cæteris vti.

ARGVM.

Ad tutelam vel curationem vocatus, non ob id appellat, ſed excuſatione vti debet: qua non audita, aut reiecta appellationi locus eſt. Excuſatio autem intra quinquaginta dies continuo currentes ab eo, qui intra centeſimum eſt lapidem conſtitutus proponi debet: qui vero vltra centeſimũ eſt, ex quo ſe tutorem reſciuit, in quælibet viginti milliaria diem vnã habet, ac triginta dies, ita vt quinquaginta, pauciores non ſint, licet plures interdum eſſe queant.

IS qui ad tutelam vel curationem vocatur, & onus illud ſtudet effugere, excuſatione vti, & non appellare debet. Tunc enim appellatio neceſſaria eſt, quum is, qui excuſatione vti voluit, obtinere non potuit. Porro qui excuſatione vti vult, intra quinquaginta dies, qui continuo currunt, & vtiles non ſunt, ea vti debet. Nam ex quo die tutorem ſe datum eſſe cognouerit, incipiunt currere. Excuſatione autem hunc in modum vti debent, ſiue teſtamentarij ſint, ſiue legitimi, ſiue patroni, ſiue fiduciarij, ſiue à Magiſtratibus dati tutores, ſiue etiam curatores

ſpecialiter

ſpecialiter dati, ſiue per leges vocati, ſiue in ciuitate ſint, vbi dati ſunt, ſiue intra centeſimum milliarium ab eo loco, ſiue vltra centeſimum milliarium agant: dinumeratione facta vicenorum millium, quæ in ſingulos dies præbentur, & quæ conficere debet is, qui ad tutelã vel curationem vocatus eſt, vt in locum, vbi datus eſt tutor, veniat ad vtendum excuſatione ſua. Sic tamen vt poſtquàm venerit in ciuitatem in qua ſe velit excuſare, reliqui ſint ei triginta dies. Quod & Scæuola ſic dicebat computari debere, vt non minus quam quinquaginta dies tutor vnquam ad proponendam excuſationem haberet, ſed & plus interdum. Veluti, quum certior factus eſt, aberat CC. millibus, habet quidem in iter X. dies: ſed poſt aduentum ſuum habet XI. dies Aberat CCC. in iter quidem habet XV. dies: & poſt aduentum habebit reliquos XXXV. dies. Sin ab fuit CCCC. millibus, in rationem itineris habet. XX. dies: vices enim. XX. faciunt CCCC. & quum aduenerit, habet dies XXX. Quod ſi abfuit CCCCC. millibus, dies habet XXV. itineris nomine: & XXX. poſt aduentum ſuum. Sin vero M. millibus erat diſſitus quinquaginta dies habet, quos in inter impendat: nihilominus & elapſis quinquaginta diebus, habebit & XXX. dies integros. Et hũc in modum interdum plus habet quam dies quinquaginta, ſed nunquam minus ſit, vt dicta exempla ſingillatim oſtendunt.

ARGVMENTVM.

Datus ſimpliciter tutor, ad uniuerſum pupill

patrimo-

patrimoniũ; nõ ad certas res datus intelligitur.

§.Datus. *Datus eſt aliquis tutor: is ad omnes pupilli res datus videtur eſſe. Nec dicendum eſt, in alijs eum eſſe tutorem, & in alijs non eſſe.*

ARGVMENTVM.

Tutelæ officio functus, ad curationem nominatus, eam ſubire non cogitur.

§.Qui tutelã. *Tutor ſui pupilli, is pubes euaſit, Nominatus ſum curator eius. Inuitus curationem ſubire non cogor. Itaque ſi pater me tutorem filio ſuo impuberi teſtamento dederit, addens ſe, me eundem ei curatorem dare: curator eius fieri non cogor. Id enim D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.*

ARGVM.

Excuſationem maritus non amittit, qui rei vxoriæ adminiſtrationi ſe immiſcuit. Nec qui falſis allegationibus excuſationem impetrauit, liberatur, quominus læſo ob non geſtionem teneatur.

§.Idẽ reſcri pſerũt §. Si quis autẽ. *Vxori ſuæ datus eſt aliquis curator. Excuſatione vti poteſt quamuis adminiſtrationi ſeſe immiſcuerit. Aliquis quum tutor nominatus eſſet, falſis vſus allegationibus excuſationem meruit. Non liberat id eum ab onere tutelæ, ſed ſi qua in re læſus fuerit pupillus, quòd ipſe res illius non geſſerit, damnum hoc præſtare cogetur.*

De

De ſuſpectis tutoribus Vel curatoribus. Tit. XXVI.

ARGVM.

Crimen ſuſpecti ex xij. Tab. lege deſcendens Romæ apud Prætorem, in prouincia apud Præſides aut legatum tractatur. Eius autem criminis rei tutores omnes omniſque generis fieri poſſunt ac remoueri, patroni tamen famæ parcitur: ne iudicio hoc lædatur.

QVoniam de excuſationibus dictum eſt, dicamus quomodo tutores & curatores, ſuſpecti crimine poſtulentur. Crimen autem hoc ex lege XII. Tabul. deſcendit. Sed videamus apud quos crimen hoc intentetur, & qui vt ſuſpecti remoueantur, & qui ſuſpectos facere poſſint. Suſpecti igitur fiunt, in vrbe quidem Roma, apud Prætorem: in prouincijs autem, apud Præſides, aut legatum, qui Proconſulis perſonam ſuſtinet. Dictum eſt, qui cognoſcant, dicamus & de ſuſpectis. Et ſciendum eſt, tutores omnes ſiue teſtamentarij ſint, ſiue alterius generis ſuſpectos fieri poſſe. Vnde & legitimus, vt ſuſpectus remouetur. Sed & ſi patronus ſit, idem dicemus. hoc tamen ſciendum eſt, famæ patroni parcendum eſſe, licet vt ſuſpectus remotus fuerit. nam ſuſpecti iudicium, famoſum eſt. §. Oſtendimus.

AR-

de indemnitate cautũ ſit, ſatiſdationem offerat: is contutori vel concuratori præfertur, & ſolus adminiſtrabit, quoniam certior eſt adoleſcenti ſatiſdatio, quàm defuncti teſtimoniũ, qui falli, ſicut & magiſtratus in inquirẽdo potuit. Quapropter ei ſoli credetur adminiſtratio. Poteſt tamẽ & alter hac in re cõtradicere, & ſatiſdationem offerendo, adminiſtrationẽ in ſe transferre. Itaq; ſi multi ſint tutores teſtamentarij vel curatores, non poteſt vnus aliquis exurgere, ac dicere contutori vel concuratori Satiſda, & tibi omnẽ habe adminiſtrationẽ. Verum ſi quis id velit agere, vt contutor aut concurator ſuus ſatiſdationẽ præſtet: prior ipſe ſatis offerat, vt deinde per æmulationem, atq; ea re commotus alter, ad ſatiſdandum veniat. Quoniam quum ſatiſdationem offero, electionem do contutori, ſatiſne velit à me accipere, & adminiſtrationem mihi cedere: an potius ipſe ſatiſdare mihi, & adminiſtrationẽ ſibi habere. Quod ſi nemo eorum, qui teſtamento aut ex inquiſitione dati ſunt, ſatis offerat: tũc ſi quidem defunctus certæ alicui perſonæ adminiſtrationem commiſit, is ſo'us gerere debet. Sin autem de nemine id teſtator expreſſit, is gerere debet, quem maior pars contutorum elegerit. Nam id ita & edicto Prætoris cauetur. Quod ſi tutores inter ſe de eligendo eo qui gerere debet, diſſentiunt, & alij hunc, alij illum eligunt: (nam fieri poteſt, vt tam amplæ non ſint pupilli facultates, quin vnius ſufficiat adminiſtrationi) tunc Prætor eligat, quem velit, & ei adminiſtrationem committat. Idq; omnino dicimus & in

in pluribus ex inquiſitione datis: nam & in ijs, à maiore parte eligi debet, qui rem pupilli gerere poſſit.

ARGVM.

Pupillus pubes aut adultus factus ob improbam malignamq; geſtionem aduerſus tutores & curatores actionem in factum ſubſidiariam habet, & qui idonee caueri non curarunt eandem tenentur actione etiam in hæredes tranſitura. Quod ſi cauere detrectent tutores ac curatores, captis pignoribus coerceri debent.

PORRO *autem pupillus, quũ pub s factus fuerit, vel adultus quum ad perfectam & iuſtam ætatem venerit, non ſolum tutores aut curatores ex rerum ſuarum adminiſtratione obligatos habebit, ſed etiam eos, qui ſatiſdationem ab illis acceperint: habentq; aduerſus eos actionem in factum pro indemnitate ſua: quæ dicitur ſubſidiaria, quod vltimum auxilium præbeat. Quum enim neq; à tutoribus vel curatoribus, neque à fideiuſſoribus eorum res pupilli indemnis ſeruari poteſt, tũc ij qui ſatiſdationem ab ijs acceperunt, actione in factum tenentur: quæ ex ea re vocata eſt ſubſidiaria. Datur autẽ ea quum aut omnino non curarũt ſatiſdandum ij, qui rare id ſolent, aut quum curarunt quidẽ, ſed non idonee paſſi ſunt caueri: & non locupletes fideiuſſores acceperunt. Sed & in hæredes datur, quemadmodum & reſponſis prudentum & Principum reſcriptis cauetur. Quibus & illud exprimitur, vt ſi tutores vel curatores creati, ſatiſdare ob adminiſtrationem ſuam nolint,* §. Sciendũ.

lint, captis pignoribus ad id cogantur, hoc eſt iuſſu magiſtratus ex bonis eorum aliquid capietur, quod loco pignoris ſit.

ARGVM.

Præfectus vrbis, Prætor ac prouinciæ Præſes ſubſidiaria non tenentur, ſed qui ſatis accipere ſolent magiſtratus ſcilicet, ac ciuitatis defenſor.

§. Neque. *PORRO neque Præfectus vrbis, neque Prætor, neque Præſes prouinciæ actione ſubſidiaria tenebuntur, ſed ij tantum, qui huiuſmodi ſatiſdationes accipere ſolent, vt magiſtratus, & defenſores ciuitatum.*

De excuſationibus tutorum, vel curatorum. Tit. XXV.

ARGVMENTVM.

Liberi numero lege definito & locorum priuilegijs ab onere tutelæ excuſant, etiam ſi emancipati ſint: adoptiui non æque. Nepotes ex filio præmortuo, & liberi in acie ipſoq; cōflictu amiſſi ad idem conferunt: ſicut & qui rerum fiſcalium curam gerunt.

NEQVE id tantum, quod modo diximus, inter tutores & curatores commune eſt vt ſatiſdare cogantur, ſed etiam illud quod quum ad tutelam vel curationē vocantur, excuſatione vti poſſint. Nam quum lex non neſciret, graues admodum & moleſtas eſſe earum curas ac ſolicitudines, excuſationes quaſdam varijs ex cauſis commenta eſt: quarum vna qui vſus fuiſſet, onus tutelæ aut curationis euaderet.

euaderet. Plerunq; autem propter liberos excuſarē nō poßumus, ſiue in poteſtate ſint, ſiue emancipati. Si enim tres liberos Romæ ſuperſtites quis habeat, vel in Italia quatuor, vel quinq; in prouincijs, is recte à tutela & curatione excuſare ſe exemplo cæterorum munerum poteſt. Nam & tutelas ac curationes in numero publicorum munerum eſſe, in confeßum venit. Sed adoptiui liberi ad excuſationem non proſunt, ſed naturales (vt dictum eſt) etiam ſi alteri in adoptionem dati ſint. Nepotes ex filio proderunt, perſona quæ in medio eſt defuncta. In patris enim locum ſuccedunt: ſed nepotes ex filia, excuſationem non præſtant. Liberi quoq; (vt dixi) ij tantum proſunt, qui in viuis ſunt: defuncti vero, non. Si tamen in bello amiſſi ſint, quæſitum eſt, an proſint. Et placuit, eos duntaxat excuſationem præſtare, qui in acie, ipſoq; in conflictu ceciderint. Nam quando ij pro Rep. perierunt, per rerum geſtarū gloriam ſemper viuere intelliguntur. Imperator quoq; Marcus in conſtitutionibus ſemeſtribus reſcripſit eū qui res fiſcales aut publicas adminiſtraret, quandiu in ea adminiſtratione eſt, excuſationem à tutela & curatione habere Et ratio quidem in promptu eſt, quoniā neceſſe eſt, vt aut dū rebus pupilli vel adulti operam damus, fiſcus in multis lædatur, aut dum fiſcum indemnem ſeruarę volumus, iura adoleſcentium minuantur. §. Itē diuus

A R G V M.

Excuſatio à tutela ſemel ſuſcepta admitti ñ ſolet, abſētia tñ ob Reip. cām tādiu excuſat à ſuſcepta, quādiu eadē cā, q ſuſcepit, abeſt: & futurā decerni non ſinit.

SED

§. Itē qui. *SED & ij qui Reip.cauſa abſunt, à tutela et curatione excuſantur, non tantum futura, verùmetiam ab ea, quæ nūc eis incumbit. Atqui quum quis ſemel adminiſtrationem aggreſſus eſt, excuſatio non ſolet admitti. Verum is qui ſemel adminiſtrationem aggreſſus eſt, ſi medio tempore Reip.cauſa peregre proficiſcatur, vtitur quidem excuſatione, ſed tantiſper ſine periculo ab adminiſtratione poteſt abſtinere, dum Reip.cauſa abeſt. Itaq; & in locum eius curator datur. Reuerſus autem ex profectione, quam Reip. cauſa ſuſceperat, ſtatim & tutelæ oneri ſubijcitur: ac ne anni quidem habet excuſationem ſiue vacationem; ſicut & Papinianus lib. 5 .Reſp.ſcribit: nam anni ſpatium tunc datur reuerſis ex profectione, quam Reip.cauſa ſuſceperant, ad excuſationem, quam quis ad nouam tutelam vel curationem vocatur. Itaque ſi quum tutor ſim, Reipub.cauſa aliquo proficiſcar, tutor quidem eſſe deſino, ſed reuerſum ſtatim neceſſe erit adminiſtrationem aggredi. Quod ſi quum tutor non eſſem, Reip. cauſa peregre profectus fuero, ac deinde reuerſus ad tutelam aliquam vel curationem vocer, veluti in primo menſe, quam reuerſus ſum, aut ſexto, aut decimo, aut duodecimo, aut denique (vt rem vno verbo abſoluam) antequam annus expletus ſit, excuſatione vti potero.*

ARGVM.

Poteſtatem aliquam gerens, à futura, non à ſuſcepta excuſatur tutela.

Sed

SED & qui poteſtatem aliquam gerunt, excuſatione vtuntur, vt voluit Marci Principis reſcriptum. Sed ſuſceptam tutelam poteſtas ſuperueniens non ſoluit.

ARGVM.

Lis non omnium bonorum, aut maioris partis cum pupillo; à tutela non excuſat.

IVDICIVM cum pupillo vel adoleſcente habebam id excuſationem non præſtat: niſi forte de omnibus noſtris bonis, aut de hæreditate controuerſia ſit.

ARGVM.

Tutelæ tres minime affectatæ, à quarta excuſant, ſi modo diuerſorum ſint patrimoniorum.

TRES tutelæ vel curationes, quas ego non ſtudio & per affectationem accepi, vacationem à quarta tutela vel curatione præſtant, quandiu eæ tres tutelæ vel curationes conſiſtunt. Ideo autem dixi, quas non ſtudio & per affectationem accepi: quia ſi forte huius aut illius tutelam vel curationem affectauerim ſuſcipere, quum opulenta eſſet, ea numerum trium tutelarum non explebit. Sed & illud ſciendũ eſt, non ex perſonis, ſed ex patrimonijs, tres tutelas æſtimari. Nam ſi quis tres aut plures liberos decedens relinquat, egoq́, eorum tutor vel curator fiam: vna erit tutela, quoniam & vnum patrimonium eſt.

ARGVM.

Paupertas ab onere tutelę excuſat (ſi quis iniuncto muneri ſe imparem doceat) ſicuti valetudo ac literarum imperitia.

SED & paupertas excuſationem præbere ſolet. Id enim & Diui fratres Seuerus & Antoninus,

Antoninus, & Marcus deinde Imperator, reſcripſerunt. Inuenias ergo, vbi & paupertas proſit.

§. Sed & propter. *Si quis quum ad tutelam uocatur, idoneum ſe & imparem oneri iniuncto doceat, aut*

. Itē ꝑpter aduerſam. *morbum aliquem excuſet, vel aduerſam valetudinem, propter quā nec ſuas es gerere poſſit, admitti debet ita ſe a tutela uel curatione excuſans.*

§. ſimiliter. *Is qui literas neſcit, iuſtam habet excuſationem, vt D. Pius reſcripſit quamuis & imperiti literarum, interdum alienis negotijs gerendis ſufficiant.*

ARGVMENTVM.

§. Itē ſi propter. Inimicus teſtamento datus a tutela excuſatur, non qui ſe teſtatori ignotum allegat Item capitales inimicitiæ cū pupillorum parēte excuſant, ſecus ſi non capitales.

SI quis inimicum ſuum liberis teſtamento dederit tutorem, excuſationē hoc nomine is habebit. Quemadmodum ex diuerſo, non excuſabitur, qui ſe tutelam patri pupillorum quum adhuc uiueret, adminiſtraturum promiſit.

§. Nō eſſe. *Nemo ex eo loco excuſationem habet, quod dicat ſe patri pupillorum ignotum fuiſſe: id enim reſcripto duorum fratrum continetur.*

§. inimicitiæ. *Inimicitię, quas cū patre pupillorum vel adultorum exercui, ſi capitales fuerint, nec reconciliatio interuenerit, a tutela uel curatione me liberant: Sin autem capitales non fuerint, excuſationē non pręſtant.*

ARGVM.

Status quęſtio olim mota, facit ne in pręſentia tutelam liberorum mouentis ſuſcipere cogar.

§. Itē ſi quis *SI quis mihi ſtatus controuerſiam fecerit, liberorum eius tutelam non cogar ſuſcipere.*

AR-

ARGVM.

Tutelam uel curationem ſeptuagenarius inuitusnon ſuſcipit, ad eam annis xxv. minor uel uolens(ſicuti nec miles)non admittitur.

QVi maior eſt annis ſeptuagint,a tutela, et curatione excuſationem habet. At minor vigintiquinq, annis,oli quidē ad tutelā vocatus,excuſatione utebatur, dicens ſe minorem eſſe vigintiquinque annis: verum Imperator hunc nō excuſationem,ſed prohibitionem habere uoluit. Vnde ſi quis minor vigintiquinque annis ad tutelam vel curationem uocetur, ne excuſatione quidem indiget, vt eadem ſacra conſtitutione expreſſum eſt. Sic itaque neque impubes,neque etiam pubes minor uigintiquinque annis,ad legitiman tutelam uocabuntur. Id enim ab omni iure ciuili alienum eſt, ut qui in rerum ſuarum adminiſtratione, alieno indigent auxilio,quique ab alijs regi debent,hi ad aliorum tutelam uel curationem uocentur. §. Itē maior

Quemadmodum autem minor uigintiquinq, annis nec uolens ad tutelam,uel curationem admittitur,ita neque miles. §. idē & in milite.

ARGVM.

Grammatici, Rhetores, ac Medici tum Romæ, tum in patria artes huiuſmodi exercentes ad numerum lege definitum ab onere tutelæ immunes ſunt.

GRāmatici, Rhetores, & Medici qui Romæ ſunt, aut qui in patria ſua has artes exercent, dum ſint intra numerum a conſtitutione, quæ hac de re loquitur, datum, §. Itē Roma

uacatio-

vacationem à tutela & curatione habent. Eſt enim conſtitutio Antonini, quæ quot medici, grammatici, aut rhetores in quaq; ciuitate eſſe debeant, declarat.

ARGVM.

Qui plures, ne tutelam ſuſcipiat, excuſationes habet, ſi quas earum probare nequeat, intra legitimum tempus reliquis vti poterit.

QVI multas habet excuſationes, ſi cum quibuſdam ex iis vteretur, probare non potuit: poteſt intra tempora excuſationis, & cæteris vti.

ARGVM.

Ad tutelam vel curationem vocatus, non ob id appellat, ſed excuſatione vti debet: qua non audita, aut reiecta appellationi locus eſt. Excuſatio autem intra quinquaginta dies continuo currentes ab eo, qui intra centeſimum eſt lapidem conſtitutus proponi debet: qui vero vltra centeſimũ eſt, ex quo ſe tutorem reſciuit, in quælibet viginti milliaria diem vnã habet, ac triginta dies, ita vt quinquaginta, pauciores non ſint, licet plures interdum eſſe queant.

IS qui ad tutelam vel curationem vocatur, & onus illud ſtudet effugere, excuſatione vti, & non appellare debet. Tunc enim appellatio neceſſaria eſt, quum is, qui excuſatione vti voluit, obtinere non potuit. Porro qui excuſatione vti vult, intra quinquaginta dies, qui continuo currunt, & vtiles non ſunt, ea vti debet. Nam ex quo die tutorem ſe datum eſſe cognouerit, incipiunt currere. Excuſatione autem hunc in modum vti debent, ſiue teſtamentarij ſint, ſiue legitimi, ſiue patroni, ſiue fiduciarij, ſiue à Magiſtratibus dati tutores, ſiue etiam curatores

ſpecialiter

ſpecialiter dati, ſiue per leges vocati, ſiue in ciuitate ſint, vbi dati ſunt, ſiue intra centeſimum milliarium ab eo loco, ſiue vltra centeſimum milliarium agant: dinumeratione facta vicenorum millium, quæ in ſingulos dies præbentur, & quæ conficere debet is, qui ad tutelã vel curationem vocatus eſt, vt in locum, vbi datus eſt tutor, veniat ad vtendum excuſatione ſua. Sic tamen vt poſtquàm venerit in ciuitatem in qua ſe velit excuſare, reliqui ſint ei triginta dies. Quod & Scæuola ſic dicebat computari debere, vt non minus quam quinquaginta dies tutor vnquam ad proponendam excuſationem haberet, ſed & plus interdum. Veluti, quum certior factus eſt, aberat CC. millibus, habet quidem in iter X. dies: ſed poſt aduentum ſuum habet XI. dies Aberat CCC. in iter quidem habet XV. dies: & poſt aduentum habebit reliquos XXXV. dies. Sin abfuit CCCC. millibus, in rationem itineris habet. XX. dies: vices enim. XX. faciunt CCCC. & quum aduenerit, habet dies XXX. Quod ſi abfuit CCCCC. millibus, dies habet XXV. itineris nomine: & XXX. poſt aduentum ſuum. Sin vero M. millibus erat diſſitus quinquaginta dies habet, quos in inter impendat: nihilominus & elapſis quinquagiuta diebus, habebit & XXX. dies integros. Et hũc in modum interdum plus habet quam dies quinquaginta, ſed nunquam minus ſit, vt dicta exempla ſingillatim oſtendunt.

ARGVMENTVM.

Datus ſimpliciter tutor, ad uniuerſum pupill

patrimo-i

patrimoniũ; nõ ad certas res datus intelligitur.

§. Datus. *Datus eſt aliquis tutor: is ad omnes pupilli res datus videtur eſſe. Nec dicendum eſt, in alijs eum eſſe tutorem, & in alijs non eſſe.*

ARGVMENTVM.

Tutelæ officio functus, ad curationem nominatus, eam ſubire non cogitur.

§. Qui tutelã. *Tutor ſui pupilli, is pubes euaſit, Nominatus ſum curator eius. Inuitus curationem ſubire non cogor. Itaque ſi pater me tutorem filio ſuo impuberi teſtamento dederit, addens ſe, me eundem ei curatorem dare: curator eius fieri non cogor. Id enim D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.*

ARGVM.

Excuſationem maritus non amittit, qui rei vxoriæ adminiſtrationi ſe immiſcuit. Nec qui falſis allegationibus excuſationem impetrauit, liberatur, quominus læſo ob non geſtionem teneatur.

§. Idẽ reſcripſerũt *Vxori ſuæ datus eſt aliquis curator. Excuſatione vti poteſt quamuis adminiſtrationi ſeſe immiſcuerit. Aliquis quum tutor nominatus eſſet, falſis vſus allegationibus excuſationem meruit. Non liberat id eum ab onere tutelæ, ſed ſi qua in re læſus fuerit pupillus, quòd ipſe res illius non geſſerit, damnum hoc præſtare cogetur.*

§. Si quis autẽ.

De

De ſuſpectis tutoribus Vel curatoribus. Tit. XXVI.

ARGVM.

Crimen ſuſpecti ex xij. Tab. lege deſcendens Romæ apud Prætorem, in prouincia apud Præſides aut legatum tractatur. Eius autem criminis rei tutores omnes omniſque generis fieri poſſunt ac remoueri, patroni tamen famæ parcitur: ne iudicio hoc lædatur.

Voniam de excuſationibus dictum eſt, dicamus quomodo tutores & curatores, ſuſpecti crimine poſtulentur. Crimen autem hoc ex lege XII. Tabul. deſcendit. Sed videamus apud quos crimen hoc intentetur, & qui vt ſuſpecti remoueantur, & qui ſuſpectos facere poſſint. Suſpecti igitur fiunt, in vrbe quidem Roma, apud Prætorem: in prouincijs autem, apud Præſides, aut legatum, qui Proconſulis perſonam ſuſtinet. Dictum eſt, qui cognoſcant, dicamus & de ſuſpectis. Et ſciendum eſt, tutores omnes ſiue teſtamentarij ſint, ſiue alterius generis ſuſpectos fieri poſſe. Vnde & legitimus, vt ſuſpectus remouetur. Sed & ſi patronus ſit, idem dicemus. hoc tamen ſciendum eſt, famæ patroni parcendum eſſe, licet vt ſuſpectus remotus fuerit. nam ſuſpecti iudicium, famoſum eſt. §. Oſtendimus.

AR-

ARGVM.

§. Cõſequẽs

Suſpecti crimen publicum ac populare eſt adeo feminæ quoq; admittantur, ſi modo pietatis, aut ſanguinis neceſsitudine ductę ad id procedant.

Nunc conſequens eſt, ut dicamus qui ſuſpectos facere poſſint. Et ſciendum eſt, ut publicam eſſe hanc accuſationem, hoc eſt, cuius homini liceret, ut eam moueat. Plus dico, & feminas admittit. Sic enim id reſcripto diuorũ Seueri. & Antonini permiſſum eſt. Sed eæ ſolæ admitti debent, quæ pietatis neceſſitudine ductę ad hoc procedunt: ueluti mater, nutrix, auna. Ne ſoror quidem prohibenda eſt. Sed & ſi qua alia mulier fuerit, quam Prętor pietatis ſtudio eo venire uiderit, ac non impudẽtia elatam, nec ſexus verecundiam egredientem, ſed pietate adductam non poſſe æquo animo iniuriam pupillorum ferre admittet & eam ad accuſationem.

ARGVMENTVM

§ Impuberes.

Impuberes tutores ſuos utſuſpectos non remouent: adulti autem de neceſſariorum conſilio curatores accuſant.

Impuberes, tutores ſuos ſuſpectos remouere non poſſunt. Sed adultę curatores ſuos accuſare poſſunt: de conſilio tamen neceſſariorum ſuorum, veluti cognatorum & qui per affinitatem ijs coniungũtur. Et ita id Seuerus & Antoninus reſcripſerunt,

ARGVMENTVM.

Suſpectus, qui mala fide gerit, licet ſoluẽdo ſit, dicitur, Ac proinde qui ob dolum ut ſuſpectus remouetur, infamis ſit: non perinde ſi ob culpam.

Suſpe-

SVSPECTVS autem eſt: & qui non ex fide tutelam gerit: licet ſoluendo ſit. Sic enim id ait Iulianus. Tutor, etiam antequam tutelam gerere incipiat, ut ſuſpectus remoueri poteſt: quemadmodum Iulianus reſpondit, cuius reſponſum, & conſtitutione quadam approbatũ eſt. Qui ut ſuſpectus remotus eſt, ſi ob dolum remotus eſt, infamis eſt; ſin ob culpam, non æque. §. Suſpect⁹ §. Suſpect⁹ aũt remot⁹.

ARGVM

Accuſatus ut ſuſpectus, iudicio pendente non adminiſtrat, eo autem mortuo perit accuſatio.

QVANDIV quis ut ſuſpectus poſtulatur, donec iudicium finem accipiat, ad adminiſtrationem accedere non debet. Eſt enim id ei interdictum, ut Papiniano uidetur. Sed ſi cognitio ſuſpecti, ſuſcepta fuerit, ac medio tempore tutor aut curator decedat, extinguitur tale iudicium. Nam qui mortuus eſt, quomodo remoueri poſſit? §. Si quis autẽ.

ARGVM

Tutor copiam ſui ſubtrahens ne pupillo alimẽta decerni queant, in bona miſsionem patitur: q̧bus curatore dato, quæ ſeruando deteriora ſunt futura, ut pupillo prouideatur, diſtrahuntur, & ut ſuſpectus remouetur. Qui ſi non latitet, at falſo non ſubeſſe ad alimenta ſubſtantiam aſtruat mendacio comperto, ad præfectum vrbis puniendus remittitur: veluti libertus, qui liberorum patroni improbe tutelam geſsit.

F SI

§. Si qs tutor. SI tutor non comparet, aut copiam ſui non facit, vt alimenta pupillo à Magiſtratu decernãtur: cautũ eſt Seueri & Antonini conſtitutione, vt in poſſeſſionem bonorum eius pupillus mittatur, & bonis tutoris curator detur, qui ea quæ tempore deteriora ſunt futura diſtrahat: veluti, iumenta, veſtes, & quæcunque talia ſunt. Ergo vt ſuſpectus remouere poterit,

§. Sed ſi quis qui non præſtat alimenta pupillo. Sed ſi quis copiam ſui faciat, & neget propter inopiã alimenta pupillo decerni poſſe, & compertum fuerit, id falſum eſſe: ad præfectum vrbis puniendus remittendus eſt: quemadmodum & is, qui data pecunia redemit, vt tutor fieret.

§. Libertus Libertus quoque ſi male tutelam filiorum vel nepotum patroni ſui geſſiſſe probetur, ad Præfectum vrbis in corpore puniendus remitti debet.

ARGVM.

Satiſdatio tutoris improbum propoſitum non mutat, quæ potius graſſandi in rebus pupilli occaſionem parat: unde qui non ex fide gerit, etſi cautionem offerat, ut ſuſpectus remouetur. Suſpectum autem mores indicãt, nõ paupertas reddit.

§. Nouiſſime. Ad extremnus & illud ſciendum eſt, eos qui per fraudes in tutelã vel curatione verſantur etiam ſi ſatiſdationem illam offerãt, quæ dicitur, Rem pupilli ſaluam fore, nihilominus remouendos eſſe à tutela. Quia ſatidatio maleuolum tutoris propoſitum non mutat: ſed diutius in rebus pupilli, graſſandi facultatem præbet.

§. Suſpectũ Suſpectum enim & eum putamus, qui tam peruerſis

uerſis eſt moribus, ut vel ex iis oſtendi poſsit, ſuſpectum eum eſſe. Enimuero tutor aut curator, quamuis pauper ſit, dum & fidus ſit, & diligens, eo nomine quaſi ſuſpectus remouẽdus non eſt.

Primi libri Finis.

ANNOTATIONVM IVRIS CIVILIS,

A THEOPHILO ANTECESSOre in Græcam linguam tranſlatarum,

LIBER SECVNDVS.

IACOBO CVRTIO IVRISC. Interprete.

Hæc quidem naturali ratione communia ſunt omnium: Aer, aqua profluẽs, mare, & litora maris, & ſi quid in ĳs inuenitur.

Vniuerſitatis autem: Theatra, Stadia, & quęcunque ſunt generis eiuſdem.

Hæc vero in nullius dominio ſunt: Res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ.

Ea vero ſingulorũ ſunt, quę modis quam plurimis noſtri fiunt dominĳ, ac dicuntur Specialia.

De-

De rerum diuiſione.

TIT. I.

ARGVM

Procemio hoc,quæ fuſius ſupra dicta ſunt ad ſolicitandam iuuenum memoriam,paucis perſtringuntur. & quæ dicturus eſt Imperator uia admodum facili,definiendo ſcilicet atque diuidendo, ſubintrat: vt primum diuiſionis finitionem apte proponat,ac mox res in ſuas ſecet partes: ponit que hoc loco huius artis ,quæ de rebus tractat,diuiſionem ſecundam.

SVPERIORE libro, enarratis ĳs, qui iura cōſtituerent,factoq́ à legū diuiſione initio, diximus, Ius ciuile Romanorum circa hæc tria verſari, Perſonas, Res, Actiones. Ac plene cumulateq́ de Perſonis tradita in eodem lib. doctrina,diximus quoſdam liberos eſſe, quoſdam ſeruos & liberorum quoſdam ingenuos, quoſdā libertinos. Alteramq́ fecimus diuiſionem, quòd hominum quidam eſſent alieni iuris. quidam ſui. Et quinam alieni iuris eſſent, ac quot modis id diſſolueretur,iterumq́ quod eorum qui ſui iuris eſſent,quidam ſub tutoribus agerent,quidam curatores haberēt. Sed & hoc intellectū eſt, quēadmodū tutores cōſtituerētur, & abſoluerentur, vel excuſarētur aut ſuſpecti poſtularentur. Nūc ad ſecūdū ordine veniamus tractatū: & de re-

rum diuiſione dicamus. Eſt autem diuiſio compendiaria infinitæ materiæ comprehenſio. Porro ſumma rerum diuiſio eſt hæc, quòd quædam in dominio ſeu patrimonio noſtro ſint, quædam extra dominium ſeu patrimonium noſtrũ habeantur. Namq; alia, iure naturali, ſiue gentium cõmunia ſunt omnium. alia publica, alia uniuerſitatis, alia nullius, pleraq; in ſingulorum dominio: quæ variis ex cauſis cuique acquiruntur, ſicut ex ijs, quæ ſequuntur apparebit.

ARGVM.

Communia quæ nam ſint: & quæ publica, recte atque ordine traditur.

§. Et quidẽ naturali.

Naturali ergò Iure, communia omnium hominum hæc ſunt: aer, aqua perenniter fluens, & mare, eoq; etiam litora maris. Nemo igitur ad litora maris accedere prohibebitur: ueluti pro deambulandi, aut nauis adaptandæ gratia. Si tamen, vt a villis ſiue domicilijs, monumentisq; ibi poſitis, & ab ædificiis abſtineat, nec ijs negotium faciat. Hæc enim omnium communia, aut iuris gentium non ſunt, ſicut & mare eſt. Flumina autem omnia, & portus, publica ſunt, hoc eſt populi Romani. Quapropter & ius piſcandi omnibus commune eſt, in fluminibus & portubus. Quoniam vero dixi, litora vt mare, iuris gentium eſſe, definiendum eſt, quid ſit litus. Litus eſt quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Vnde & æſtate, vſq; ad eum locum litus definimus.

§. Flumina.

ARGVM

Publicus Riparum uſus eſt, ſicut & fluminis: at proprietas eorum eſt, quorum prædijs adiunctæ ſunt; unde & eorum quoque arbores ibidem na-

tæ, eſſe intelliguntur: cum ſubiecto ſolo ſuperficies cedat.

Riparum quoque uſus publicus eſt, vt volunt iura gentium, ſicut & ipſius fluminis vſus publicus eſt. Itaq; verbi gratia, & nauigium ad ripas appellere, & funes de arboribus ibi natis religare, & nauis onera in his locis reponere, liberum cuiq; eſt: ſicuti nec per flumen ipſum nauigare, quiſquam prohibetur. Vſus igitur riparum, vt dictum eſt, publicus, aut Iuris gentium eſt: ſed proprietas ipſarum eorum eſt, quorum prædiis adiuncta ſunt, vel adhærent. Qua de cauſa, & arbores in iis ripis natæ, eorũ ſunt, quorum & proprietas riparum. Subiecto enim ſolo, cedit ſuperficies. §. Riparũ.

ARGVM.

Litorum etſi publicus uſus eſt, proprietas tamen eorum dominum agnoſcit neminem, cuius iuris & mare quoque eſt, & quæ mari ſubiacet terra uel arena.

Litorum quoq; vſus publicus eſt vt & ipſius maris: & ob id data eſt facultas volentibus caſas ibi ſibi componere, in quas ſe recipere poſſint, vt & retia ſiccare, & ex mari deducere. Sed proprietas eorum, proprium non capit dominum: eiuſdem enim iuris eſt & mare, & quæ ſubiacet mari terra uel arena. §. Litorũ.

ARGVM.

Vniuerſitatis, non ſingulorum propria ſunt, quæ hic enumerantur.

Vniuerſitatis ſunt, non ſingulorum ueluti quæ in ciuitatibus ſunt, theatra, ſtadia, publica balnea, porticus, & ſi qua alia ſunt cõmunia ciuitatum. §. Vniuerſitatis.

ARGVM.

Res ſacræ ac Deo dicatæ in nullius bonis eſſe poſſunt. Nam quod iuris eſt diuini, nullius ſubeſt dominio. Sacræ autem res quid ſint, hîc dicitur. Eas tamen aut alienari, aut obligari, conſtitutione principali prohibitum eſt.

§. Nullius. §. Sacræ.

NVLLIVS autem ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ. Quod enim diuini iuris eſt, id nullius in dominio eſt. Sacræ res ſunt, quæ rite & per Pontifices Deo conſecratæ ſunt, veluti Eccleſiæ, ſacella martyrum oratoriaque, & dona, quæ rite ad miniſterium Dei deſtinata ſunt: quod genus fuerint et prætioſa Ceimelia. Hæc autem Imperatoris noſtri conſtitutio alienari, et obligari prohibuit, excepta cauſa redemptionis captiuorum. Nam ſi quem à barbaris capi contingat, nec pecuniam habeat ſanctiſſima eius ciuitatis Eccleſia: datur ciuitatis epiſcopo vel œconomo facultas ea diſtrahendi, aut acceptis nummis in cauſam pignoris dandi: vnde ſcilicet captiui redimantur. Quod ſi quis authoritate propria, quaſi ſacrum ſibi locum conſtituerit, nemo eum ſacrum dixerit. Semel enim dictum eſt, qualiter res ſacræ fieri conſueuerint: ſed dicimus locum hūc prophanum eſſe, ſiue priuatum. Sed & ſi contingerit, ut ædes ſacræ terræmotu ſubſiderent, aut vetuſtate collaberentur, nihilominus locus in quo fuerint, ſacer eſt, nec ullius in bonis, ut Papinianus ait. Qui enim ſacer factus eſt, nullo modo ſacer eſſe deſinit.

* Ceimelia Intelligere uidetur res prętioſas in eccleſiarū theſauris, ſ. poſitas, ac recōditas.

ARGVM.

Locum religioſum quiuis propria authoritate facit, dum in ſuum, non communem locum, mortuum

tuum infert. Nam inuito ſocio in fundum commu nem nec dum religioſum mortuum inferri non li cet: ſed nec proprietatis domino fructuario repu gnante inferre licebit.

Ex ijs quę nullius ſunt, ſiunt & religioſa. Porro religioſum propria ſibi vnusquisq; voluntate conſtituit, dum mortuum infert in locum ſuum. Quòd ſi locus communis fuerit, ac purus, necdum religioſus factus, inuito ſocio ac nolente, mortuum illhùc inferre, & reliquias ibi condere non licet. Si uero commune fuerit monumentum, & inuitis ſocijs reliquias ibi condere licet. At ſi loci alicuius alius habeat uſumfructum: eſt autem uſusfructus, ius quoddam certis modis conſtitutum, ſed in comprehenſione mētis conſiſtens, quod efficit ut in aliena proprietate ego vtar, & fruar re. Si igitur eiuſdem loci alius uſūmfructum habeat, alius proprietatem, proprietarius reliquias ibi condendo, niſi conſentiente uſufructuario, locum religioſum non facit. Etenim, quum iā religioſus, in nullius bonis eſſe poſſit, ac vſumfructum in alterius proprietate conſiſtere vſusfructus definitio doceat, merito neceſſarius eſt vſusfructuarij conſenſus, neq; quicquam eorum firmum erit, quæ in damnum uſufructuarij à proprietario agūtur. In alienum quoque locum conſentiente domino inferre licet, & locus religioſus efficitur. Sed & ſi quis inſcio vel inuito domino intulerit, & id ille quum reſciſſet ratum habuerit, fiet & ita locus religioſus. §. Religioſę.

ARGVM.

Sanctæ res quæ ſint exemplis notat, & etymo explicat:abs quo in Iure argumentum quandoq; ſumere licet. Et ſanctiones Iuris partes ſunt, quibus leges offendentibus pœnæ infliguuntur. Sancire autem quid ſit, & quid ſanctum dicatur, hic plane docetur.

§. Sanctæ. *Sanctæ quoque res, ut muri portæq́;, quodam modo diuini iuris ſunt, nec in ullius dominium cadunt. Ideo autem muros ſanctos diximus, quòd capitalis aduerſus eos pœna conſtituta ſit, qui aliquid in muros deliquerint, vt ſi quis inde lapides tollat, aut aliud muro damnum inferat. Vnde & legum eas partes, quibus pęnę conſcriptæ ſunt aduerſus eos qui contra leges fecerint, Sanctiones vocamus. Dicuntur autē & inde Sancti, quòd Sancire firmare ſignificet. Quando igitur muri firme nos tuētur, & firmis munitionibus tutos faciunt, ideo ſancti appellantur. Poſſumus autē & ex fabulis veterum, aliā huius appellationis cauſam afferre. Quondam enim Deos perhibent inter homines uerſatos eſſe qui et eos a malis undique immunes conſeruarent. Procedente deinde tempore, factum eſſe, vt pertæſi hominum, eos deſeruerint. Igitur homines Deorum auxilio deſtituti, ad imitationem ſimilitudinemq́; cuſtodiæ, quā ab illis habuerant, mœnia excogitarūt: quando id ergo ſanctum eſt, quod magno in pretio eſt, ideo muros portasque, vt in locum eorum quæ utique magni habenda erant, inuenta, ſancta dixerunt.*

ARGVM.

Singulorum res fieri multis contigit modis. Et

tum

tum ciuilia iura cœperunt, cum ciuitates condi, magiſtratus creari, & leges ſcribi cœptæ ſunt: at Ius naturale una cum genere humano natura in lucem prodidit.

Dicamus deinceps & de rebus, quæ ſub dominium ſingulorum rediguntur. Hæ autẽ multis modis patrimonij noſtri fiunt. Quarundã enim domini efficimur iure naturali, quod, ſicut dictum eſt, ius gentium appellatur, quarundam uero ex acta ſtrictaq; & ciuili ratione: quod ius proprie Romanorum eſt. Commodius autem eſt, a vetuſtiori iure initium docendi facere. Porro in confeſſum uenit, antiquius eſſe ius naturale, quod una cum genere humano in lucem natura produxit. Ciuilia uero iura tunc inueniri cœperunt quum & ciuitates condi, & magiſtratus actus creari, & leges cæperunt ſcribi. §. Singulorum.

ARGVM.

Feræ beſtiæ, uolucres ac piſces occupantis fiũt. Nam quod nullius fuit, naturalis ratio occupantis fieri ſuadet: ſi tamen intercipientis manus, euaſerit quod captũ eſt, priſtinæ redditur libertati.

Feræ igitur beſtiæ, & uolucres, adhæc & piſces: hoc eſt, quæcunq; animalia in terra, & in mari, & in cælo naſcuntur, ſimulatque ab aliquo capta fuerint iure gentium ſtatim in dominio illius eſſe incipiunt. Quod enim ante nullius erat, id naturali ratione occupantis fit. Nec intereſt feras beſtias, & uolucres in ſuo fundo quis capiat, an in alieno venandi aut aucupandi gratia illuc ingreſſus. Recte tamen a domino fundi prohibetur ſi illud is prouiderit. poteſt enim prohibere, ne in fundum ſuum ingrediatur. Si §. Feræ.

 quid

quid autem eorum quæ dicta ſunt, animalium ceperit quis, tantiſper ipſius eſt, dũ cuſtodia eius continetur. Simulatq; vero cuſtodiam eius euaſerit, & in naturalem libertatem ſe receperit in illius qui ante cęperat dominio eſſe deſinit, ac rurſus aucupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere animal intelligitur, quum conſpectum noſtrum effugerit, aut ita ſit in conſpectu, vt difficilis ſit eius perſequutio. Quid enim ſi in ſummum quempiam & acceſſu difficilem locum confugit?

ARGVM.

Feram beſtiam tum demum uulnerãtis fieri cũ capta fuerit. Nam inter calicem ſupremaq; labra multa intercidere poſſunt.

§. Illũ quæſitum. *Illud quęſitum eſt: Ceruus aut aper, ita a me vulneratus eſt, vt facile capi poſſit: quidã dicunt, confeſtim tale animal meum fieri aliis placet, meum quidem fieri, quod ego lethali vulnere afflixi, ſed eouſque donec perſequor animal. Quod ſi id perſequi ceſſem meum eſſe deſinit, & occupantis fit. Fuit et tertia ſentẽtia dicentium, nõ aliter me, qui vulnerauerim, dominium eius fieri, quam ſi illud ceperim. Atque hanc tertiam ſentẽtiam magis probat Imperator noſter, huiuſmodi addens rationem. Ait enim, multa interim accidere poſſe, quę me dictum animal capere nõ ſinant. Nam forte occurrens fera aliqua longius me progredi vetuit, aut eripuit quod vulneraueram. Vel denique in perſequendo, in aſpera et inculta loca incidens, inueſtigare beſtiam non potui.*

AR-

ARGVM.

Apes in arbore nidulantes occupantis, fiunt, una cum melle ac fauo:poteſt tamen fundi ingreſſus a principio prohiberi. Ac examen ab apiario euolans tandiu tuum dicitur, donec conſpectum non effugerit, nec perſecutio eius ſit difficilis.

Apium natura fera eſt. Itaque profecto, neque apes, quæ in arbore tua cõſederint tuæ fiunt antequã alueo, quam Græci & κυψέλλην vocant: includas: quemadmodum neq; volucres, quæ nidum in arbore tua fecerint, ante quam capiantur, tuæ fiunt. Vnde ſi quis præueniat, et eas in alueo ſuo recondat, dominus earum fiet. Fauos quoque, quos forte effecerunt, volenti licet auferre, quamuis in fundo meo effecti ſint. Quod ſi prius quam fauos alter contingat, ego id præuidẽs prohibuit, ne fundum meum ingrederetur (id enim iure poſſum facere) nemo obſtabit, quo minus fauos ipſe capiam. Examen quoque apiũ quòd alueis tuis relictis auolauerit, tantiſper tuum eſſe intelligitur, dum in conſpectu tuo eſt, nec difficilis eſt eius perſecutio. Quod ſi oculos tuos effugerit, occupantis fit. §. Apium.

ARGVM.

Quæ natura fera ſunt ſed caſu accidentario mãſueta, tandiu noſtra dicuntur, quoad eundi ac redeundi conſuetudinem retinent. Vnde in his quæ uere ac mere naturalia non ſunt, accidentaria magis quam orientalis natura ſiccatur.

Pauonum & columbarum natura fera eſt. Nec uero dixerit quis familiare illis eſſe, ut auolent & rurſus redeant: nam & apes idem faciunt, §. Pauonũ.

faciunt & tamen extra controuerſiam eſt, feram earum eſſe naturam. Sed et ceruos aliquis ita habet manſuetos, ut & dominos relinquãt, in ſyluas abeãt, ac rurſus redeãt. Nihilo tamẽ minus fera eorũ natura eſt. In his autem animalibus quæ ex cõſuetudine redire ſolent, quũ abierint, quod genus sũt apes, colũbę, pauones, cerui: certiſſima nobis tradita eſt talis regula. Tãtiſper.n.ea noſtra eſſe dicimus, dum animum habent ad nos redeundi. Quod ſi animum hunc habere deſinant, & noſtra eſſe deſinũt, occupantiſq; fiunt. Quoniam autem animum in brutis intelligere non poſſumus, ex reuertendi conſuetudine is accipiendus eſt. Finge enim ceruam meã me relicto ſolere in ſyluas abire, ac eodem poſterove die aut etiam tertio reuerti, neque unquam vltra tres dies extra ædes meas manſiſſe. Si ergo ea intra tertiũ diẽ, intra quem reuerti ſolita eſt, ab aliquo accepta ſit, habebo ego, vt læſus circa proprietatẽ eius, in rem aduerſus eum actionem. Quod ſi quarto die quis eam ceperit, nullam aduerſus eum actionẽ mouebo. Manifeſtum eſt enim ex eo quod reuertendi conſuetudinem non obſeruauerit, dominiũ meum aſpernatam eſſe.

ARGVMENTVM.

Gallinarum & anſerum fera non eſt natura: vnde dominum habent. Et qui eas intercipit, licet cõſpectum noſtrum effugerint, furtum committit.

§.Gallinarũ

DOmeſticarum gallinarum & anſerum nõ eſt fera natura. Quod vel ex eo intelligere eſt, quòd aliæ ſint gallinę, quas feras dicamus. Græce vocãtur αγριορνιθες, & alij item anſeres quos feros dicam9, Gręce αγριοχηναρια. Vnde ſi anſe-

ſi anſeres tui, aut gallinę aliquo modo turbati auolauerint, aut etiam conſpectum tuum effugerint, tui nihilominus ſunt, quocunque in loco, inueniantur. Et qui lucrandi cauſa, aut animo interuertendi ea animalia retinet, furari videtur, & furti in eum datur actio.

ARGVM.

Capta ab hoſtibus noſtra fiunt, ſi tamen manus noſtras euadant, priorem recipiunt libertatem. In maris litore comperta, ut gemmæ ac lapilli. Item ex animalibus noſtris nata, ut ea a quibus naſcuntur, iure naturæ noſtra ſunt.

§. Itē ea quę ex hoſtibus.

NAturalis eſt & eorum acquiſitio, quæ ex hoſtibus capiuntur: nam hoc, iure gentium comparatum eſt, vt quæcunque ex hoſtibus ceperimus, ſtatim noſtra fiant: adeo ut liberi homines capti, in ſeruitutem noſtram redigantur. Si tamen hæc mancipia a poteſtate noſtra euaſerint, & ad ſuos redire contingat, priſtinum recipiunt ſtatum.

§. Itē lapilli

§. Itē ea quę ex animalibus.

Pretioſi lapilli, gemmæq́;, & cętera quę in litore maris reperiri ſolent, naturali ratione ſtatim eius ſiunt, qui reperit. Ea quoque quæ ex animalibus dominio meo ſubiectis naſcuntur: mea ſunt, ſicut & illa, ex quibus naſcuntur.

ARGVMENTVM

Alluuione gentium iure nobis quæritur niſi ve atque impetu fluminis, ex uicini fundo noſtro adiectum ſit: quoniam uicini tunc remanet, ſed quæ in fundo noſtro arbores gerunt radices, noſtra fiunt.

§. Præterea. *IVris gentiũ eſt & acquiſitio p alluuionẽ. Alluuionẽ Græci προσηλυσιν aut προσχωσιν vocant, quaſi Latine dicas, abundationem uel adaggerationem. Quicquid enim per alluuionem flumen agro noſtro adijcit, iure gentium meum fit. Eſt autem alluuionis definitio, incrementum latens. Porro id per alluuionem videtur adijci, quod ita paulatim adijcitur, vt intelligere nemo poſſit, quantum quoque tempore proprietati noſtræ adijciatur. Finge enim duo eſſe prędia, tuum, item & meum, mediumque flumen fluere. Si flumen paulatim & ſine cuiuſquam intellectu aliquid terræ meę adiiciat, hoc per alluuionem meum fit. Sin vero, vt & impetu fluminis pars aliqua fundo tuo detracta, & prædio meo applicata ſit, dubium ea res non habet, quin quod adiectum eſt, tuum maneat: neque enim id ſine intellectu, factum eſt. Quod ſi pars, quæ fundo tuo detracta eſt, arbores habet: & prædio meo adiecta, longiori tempore ei adhæſit, & arbores quas ferebat: ita radices egerunt, vt in meum veniant, ex eo tempore meæ ficnt, ex quo terra mea ſolum ali capere, vt quæ ſcilicet radices habeant in terra mea.*

ARGVM.

Inſula medio mari innata occupantis fit, in flumine non æque, ſed eorum fit quorũ prædia vtrinque viciniora fuerint, pro modo tamen poſſeſſionis cuiuſque. At ſi extra medium mare enata ſit eius fiet, ad cuius prædium propius accedit.

Ager

Ager autem a flumine redactus in inſulam, eius remanet, cuius prius fuit.

INſula in medio maris nata eſt, quod rarius contingit: aucupantis fit inſula. Quum enim nullius ante fuerit, nunc alicuius eſſe incipit. Quod ſi in flumine naſcatur, vt frequenter accidit, & in medio fluminis conſiſtat: communis erit eorum, qui ex vtraque parte fluminis, ad ripam poſſeſſiones habent, pro modo menſuraq; latitudinis hinc & inde ſpectantium fundorum, quæ latitudo ripæ proxima ſit, veluti verbi gratia, extenditur inſula hęc in pedes centum. Et qui ex dextera parte inſulæ prædium poſſidet, latitudinem habet prope ripam pedum itidem centum, ſed alter tantum ſeptuaginta. Is ergo qui in parte dextera eſt, dominus fiet inſulæ, ad pedes vſque centum in latum: ijs vero qui in ſiniſtra eſt, ad pedes vſque ſeptuaginta in latum. Sin vero vni ripæ proximior eſt inſula, & longius abeſt, ab altera, eorum eſt tantum qui ex ea parte quæ proximior eſt, prope ripam prædia poſſident. Quod ſi flumen, quod fundum meum præterlabitur per partes diuiſum, & in duo ſciſſum, in fundum meum excurrerit, factoq; ibi circulo ſeu anfractu, deinde ad extremum, in ſeſe rediens, vnum rurſus fiat, ita ut locus, qui in medio eſt, formam inſulæ habeat, a flumine in duo ſciſſo, per circulum quendam & anfractum circundatus: id quod ita circundatum eſt, meum permanet, quia & ante meum fuerit. § Inſula

ARGVM.

Alueus prior flumine deſtitutus, eorum fit, qui

prædia

prædia ripæ propinquiora habent: ac nouus publicus fit, vt flumen ipſum: Vbi autem in priſtinum alueum reducat flumen, nouus alueus eis accedet, quorum propiores ripæ fundi ſunt. fluminis tamen impetu ager inundatus eius eſſe non de
§. Qđ ſi naturali finit, cuius & prius fuit.

SIn autem naturali alueo, ideſt, ventre illo, aut cubili, in vniuerſum relicto, per aliam partem fluere flumen cœperit: prior quidem alueus eorum erit qui prope ripam eius prædia poſſident pro modo ſcilicet latitudinis vtriuſq; eorum, qui vtrinque prædia habent, prædij: quæ tamen latitudo ripæ ſit proxima. Nouus autem alueus, eius eſſe iuris incipit, cuius erat & flumen, hoc eſt, publici. Quod ſi poſt tempus aliquod, ad priorem redierit alueum, rurſus & hic iam relictus alueus, eorum eſſe incipit, qui prope ripam eius prædia poſſident. Aliud quiddam eſt, ſi creſcẽte flumine totus ager meus inundatus fuerit: neque enim hic dicemus, totum agrum fieri publicum, aut dominium eius mutari, quoniam nihilominus meus permanet. Vnde futurum eſt vt ſi ab ijs locis, quos inundatione ſua texerat, recedat, agrum meum recepturus ſim, nullo eorum facto domino qui in vicino habent prædia: ſicut nouus alueus, publicus iam factus, receſſis fluminis eorum fit, qui prædia in propinquo habent.

ARGVM.

Confecta ſpecies, ex aliena materia, ſi talis ſit, vt in priorem materiam diſſolui queat, eius erit, cuius ipſa materia: at ſi id non fieri poſſit, facientis ſpeciem erit: Quod ſi partim ex mea, partim ex tua materia ſpecies facta ſit, facientis quoque erit.

Ex

EX aliena materia ſpeciem quis fecit. In quæſtionem cadit, vter ſpeciei futurus ſit dominus iure naturali, is ne, qui materiam in ſpeciem verterit, an vero is qui materiæ dominus fuerit. Quod genus eſt, ſi quis ex alienis medicamentis emplaſtrum aut collyrium compoſuerit, aut ex alienis vuis, vel oliuis, vel ſpicis, vinum vel oleum, vel frumentum fecerit: aut ex alieno auro argentove vel ære, vas aliquod fecerit: aut ex alieno vino & melle, mulſum: aut ex aliena lana, veſtimentum: aut ex alienis tabulis, nauem. Et magnę fuerunt hac de re inter Sabinianos & Proculianos contentiones. Nam Proculiani, dicebant eum, qui ſpeciem feciſſet, dominum eius quod feciſset, fieri. contra Sabiniani, dominum materiæ, & ſpeciei volebant eſse dominum. Extitit & tertia ſententia, medium quiddam tenens, alias Sabinianis, alias Proculianis aſſentientium, quam & religioſiſſimus noſter dominus elegit. Ea eſt, vt ſi ſpecies, quæ confecta eſt, in priorem ex qua confecta eſt, materiam reſolui poſſit, is ſpeciei ſit dominus, qui & materiæ. ſin vero ad priſtinam materiam reduci non poſſit, eius ſit ſpecies, qui eam fecerit: Quod videre eſt in exemplis relatis. Vas quod ex maſsa æris, argenti, vel auri feceris conflatum, poteſt priſtinam ęris, argenti vel auri formam induere. At vinum, oleum aut frumentum, in vuas, olinas aut ſpicas reuerti non poteſt. Imo ne mulſum quidem, in vinum & mel reſolui poteſt. §. Cũ ex aliena.

Et hæc quidem de ijs dicta ſunt, in quibus

tota

tota materia aliena fuit. Quod ſi ex mea & tua materia ſpeciem aliquam fecerim, veluti ex meo vino & tuo melle, mulſum: aut ex meis & tuis medicamentis, emplaſtrum: aut ex mea & tua lana, veſtimentum, dubium non eſt hoc caſu, eum eſſe dominum qui fecerit. Non enim operam tantum ſuam in eam ſpeciem impendit, ſed etiam partem materiam præbuit.

ARGVM.

Quod ornatus gratia alij rei adiectum eſt, ei cui adiectum eſt, quaſi acceſſio cedet: poterit tamẽ à furore cõcidere, q rei adiectæ dominus fuit.

§. Si tamen alienã *SEd ſi quis alienam purpuram veſtimento ſuo intexuerit, quamuis adiecta purpura pretioſior ſit veſtimento cui adiecta eſt, tamen acceſſionis vice accipienda eſt. Et qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum qui ſurripuerit, & hæc commiſerit, furti actionem & furti condi tionem habebit, ſiue ipſe qui ſurripuit, veſtimentum fecerit: ſiue alius ſurripuerit, & alius ſurreptam veſti adiunxerit. Nam actione in rem agere purpuræ dominus non poteſt. Videtur enim purpura quodammodo extincta eſſe, nec per ſeſe eſſe iam, ſed vna eſſe cum veſte. Omnino tamen furti condictio intentabitur. Etenim quanuis ea quæ extincta ſunt aut interuerſa, actione in rem vindicari non poſſint, aduerſus tamen fures, & quoſuis poſſeſſores, licet ij fures non ſint conditione furtiua agere poterimus. Sed ita, ſi is fuerit fur, qui veſtem cui purpura adiuncta eſt, poſſidet, & furti actio, & condi-*

& condictio, furtiua locum habent. Sin uero alius à fure ſola conditione tenetur: actione furti:nequaquam.

ARGVM.

Materiarum confeſsione ex dominorum uoluntate facta ſiue diuerſi ſint generis, ſiue eiuſdem, quod inde effectum fuerit, commune erit domini utriuſque. At ſi fortuito facta fuerit confuſio: ſiue eiuſdem generis ſint materiæ, ſiue diuerſi non idẽ eſt futurum.

MAterię duorum quorundam ax uoluntate dominorum confuſę ſunt, totum id corpus quod ex confuſione confectum eſt, utriuſque erit commune. ueluti, duo aliqui vinum ſuum confuderunt, aut maſſas argenti vel auri conflauerunt. Sed & ſi diuerſę ſint materię, & diuerſarũ materiarũ confuſiones propriã ſpeciem conſtituant, vt ex uino et melle mulſum, aut ex auro & argento electrũ: dicimus duorũ commune eſſe, quod confectũ fuerit. Atque hęc quidẽ, quũ id ex uoluntate dominorum factum eſt. Quod ſi fortuito & præter ſentẽtiam dominorum, confuſę ſunt materię, ſiue eiuſdem generis, ſiue diuerſi ſint, non idem erit. §. Si duorum.

Si Titij frumentum tuo miſtum, & vnus aceruus factus fuerit, ſiquidem ex uoluntete ueſtra, communis erit aceruus quoniam ſingula corpora, hoc eſt, ſingula grana, de conſenſu ueſtro communicata ſunt. Quod ſi caſu. facta fuerit miſtio, aut Titius præter ueluntatem tuam id miſcuerit, aceruus non erit communis, quoniam ſingula grana, in ſubſtan-

tia ſua manſerunt, nec mutata ſunt per commiſtionem. Quapropter communis nō erit aceruus tali in ſpecie, quemadmodum neque grex ouium communis fiet, ſi pecora Titij, tuis pecoribus immiſta fuerint. Quod ſi contingat vt tu aceruum frumenti, aut Titius poſſideat, aduerſus poßeßorem alteri in rem actio competit. Porro iudicis officio continetur, vt æſtimet quale cuiuſque fuerit frumentum, & ſecundum qualitatem, & menſuram poſſeſſorem actori condemnet.

ARGVM.

Quod ex aliena materia ſolo meo inædificaui meum fit. materia tamen prioris domini remanet, quam ſubſiſtente ædificio repetere nequit, diruto vero, ſi non duplum actione de tigno iniuncto, ſit conſecutus, ad illam in rem actione & ad exhibendum agere poterit. At quod in alieno ſolo ſciens extruxi, ſolo cedit, nec hoc caſu diruto ædificio materiam vindicabo.

§. Cū in ſuo

SI quis in ſuo ſolo, ex aliena materia domū conſtruat, ipſe eius quod conſtructum eſt, dominus fit. Solo enim cedit quicquid inędificatum fuerit. Illud tamen apertum eſt, dominum materiæ, non in perpetuum excidiſſe dominio eius, ſed tantiſper dum conſiſtit ædificiū, neque uindicare eam poteſt, neque ad exhibendum vt ſibi reddatur agere, propter legē XII. Tabul. qua cautum eſt, ne quis alienum tignū ædibus ſuis iniunctum eximere cogatur, ſed vt duplum eius pretium rependat propoſita in perſonam actione, quæ de tigno iniuncto dicitur. Eſt autem huic actioni locus, non tunc ſolum, quum quis lignum meum in ſuum ædificium conie-

coniecit, ſed etiam ſi lapidem, peſſulum, aut columnam. Nam tigni appellatione quæuis materia ſignificatur, ex qua ædificia fieri poſſunt. Hæc autem ideo lege XII. Tabu. cõſtituta ſunt, ne in rem agatur aut ad exhibendum, ob lignũ ædificio meo adiunctum, vti ne ſi condemnatus à iudice fuero in id quod petitur, diſſoluere cogat ædificium, prætextu ſententiæ ac iudicato ſatisfaciendi, ac bene ea in re lex duodecim Tabularum ædificijs conſuluit. Quod ſi aliqua ex cauſa eueniat, ut ædificium collabatur, dominus materiæ ſi nondum per actionem de tigno iniuncto, duplum conſequutus eſt, poterit audacter & in rem & ad exhibendum agere. Supra iam diximus de eo, qui ſuo in ſolo ex aliena materia ædificium conſtruxit. Nunc ſpeciem ex contrario fingamus. Si in tuo ſolo ex mea materia domum extruxi, tu ſoli dominus, ipſius etiam ędificij eris dominus, per regulam dictantem: Superficiem ſubiecto ſolo cedere. Vnde & in perpetuum dominium materiæ amiſi: ſciens enim prudens que in alieno ſolo ædificaui. Itaque profecto, etiam ſi contingat vt ædificium diruatur, ad materiam vindicandam, in rem actionem non habebo. §. Ex diuerſo.

ARGVM.

Poſſeſſor bonæfidei in alieno ſolo ædificans expenſas in ædificando factas exceptionis ope retinere põt: ſecus ſi malæ fidei poſſeſſor fuerit.

Illud omnino extra controuerſiam eſt. Si me ædificatorem contingat eſſe in poſſeſſione domus, & ſoli dominus, vſus regula dictante §. Certe illud.

ſuper-

ſuperficiem ſubiecto ſolo cedere, mecum velit in rem agere: ſiquidem bonæfidei poßeſſor fuerim, quia meum eſſe ſolum putarim: conſecuturum me, non tantum pretium materiæ, ſed etiam mercedes fabrorum: actorique facere id nolenti, doli exceptione, præſcripturum. Niſi bona fide ædificaui, Sin vero mala fide poſſederim, quia non ignorauerim locum eſſe alienum nullam habebo exceptionem: ſed cogar locum reſtituere, vna cum ijs quæ inædificata ſunt, quoniam illud mihi obijci poteſt, quod temere in eo, quod alienam eſſe ſciebam, ædificauerim.

ARGVM.

Quæ feruntur aut plantantur eius fiunt, cuius eſt ſolum, ſi tamen radices egerint, at qui bona fide in alieno inſerit: ſumptus quos ferendo fecerit, doli exceptione propoſita conſequitur.

§. Si Titius *SI Titius alienam arborem in ſuo fundo plãtauerit, Titij erit arbor. Sin vero is Titius arborem ſuam in fundo Mæuij plantauerit, Mæuij tantum erit arbor ſi modo vtraque in ſpecie, quod plantatum eſt, radices egerit. Nam arbor antequam radices egerit, & ſubiectam terram apprehenderit, prioris domini manet. ſed ſimulatque radices egit dicta planta, conuertitur dominium eius, ad ſoli in quo ſita eſt dominum. Qua ex re talis orta eſt quæſtio: Vicinus fundi mei, ad finem agri ſui, arborem habebat; prope terrulas meas: euenit vt paulatim huius arboris radices ſub terra latius ſerperent, ac in fundum meum ſubirent, terramque meam apprehenderent, & inde alerentur. Relata quæ-*

quæſtione, placuit meam arborem fieri, neque enim patitur naturalis ratio, vt alterius ſit arbor, quam eius in cuius fundum radices egerit. Vnde ſi in confinijs duorum fundorum naſcatur arbor, cuius radices vtrunque in fundum porrigantur, communis hæc arbor fiet. Porro, quem admodum plantæ quę in terra aluntur creſcunt que, eius fiunt, qui, & ſubiectæ terræ dominus eſt: eadem ratione & quæ ſeruntur, vt frumẽtum, hordeum, quæq; alia ijs ſimilia, ſolo cedunt. Sed & quemadmodum bonæ fidei ædificator in alieno ſolo actione in rem petitus, indemnem ſe conſeruat per exceptionem doli: ita per eandem doli exceptionem tutus erit, qui ſua impenſa fundum alienum conſeuit, dum bona fide id fecerit. §Quæ ronc.

ARGVM.

Chartis ſcriptura quamlibet pretioſa, cedit: ſi tamen qui ſcripſit, in bona fide fuit, eas reddere, non reſarcito impendio, minime tenetur.

Chartas meas aut membranas aliquis abſtulit, & aliqua in ijs ſcripſit, libellumq; compoſuit: & hic ad ſimilitudinem ſoli: ſuperficies ſubiecto cedit: etiam ſi maximæ aureæ ſint, quæ inſcriptæ ſunt, literæ: etenim dominus ego libelli fio. Neq; intereſt, carmen ſit, an hiſtoria, aut oratio rhetorica, quod inſcriptum eſt. Vnde futurũ eſt, vt ſi in rem agens aduerſus eum qui libellum fecit, refundere impendia ſcripturæ paratus non ſim, doli exceptione ſubmouear, dum bonę fidei poſſeſſor fuerit, qui ſcripſit. §. Literæ.

ARGVMENTVM.

Tabula picturæ cedit: nec ſi tabulæ dominus

picturam poſſideat, non ſoluto tabulæ pretio, picturam reddere tenetur.

§. Si quis ĩ aliena

ALiquis aliena accepta tabula, pinxit in ea imaginemq; effinxit. Quæſitum eſt, vtrius hæc imago ſit. Et exiſtimant quidam pictorem tabulæ dominum fieri, & tabulam picturæ cedere. Alij contra, eum qui tabulæ fuerit dominus, et picturæ dominũ fieri dicunt, qualiſcunq; tandem ea ſit pictura. Imperatori vero noſtro prior ſententia magis placuit: & eũ, qui pinxerit, imaginis dominum vult fieri. Ridiculum enim putabat eſſe, picturam Apellis (fuit is pictor apud Græcos præſtantiſſimus) aut Parrhaſij (magnum hic apud Romanos nomen habuit) viliſſimæ tabulæ cedere. Vnde ſi tabulæ dominus in poßeßione imaginis ſit, pictor qui actione in rem propoſita, pretium tabulę nõ vult reddere, doli exceptione ſubmouebitur. Quod ſi is qui depinxit, imaginem poſſideat, tũc dominus tabulę, directam quidem in rem actionem habere non põt: nam per impoſitionem picturę, dominio tabulę excidit: ſed datur ei vtilis in rem, qua ſe in agendo vt quaſi dominũ experiri dicat. Sed & ſi vtili in rem agens ſumptus in pingendo factos, ei qui bona fide pinxit, nolit reſtituere, doli exceptione expellitur. Procedi aũt hic tractatus, quũ de dominio imaginis quæretur.

§. Si quis a nõ domino.

Nam illud in cõfeſſum venit, ſiue is qui pinxit, ſiue alius quiſpiam tabulam furto abſtulerit, furti actionẽ aduerſus furem dari domino.

ARGVM.

Bonæ fidei poſſeſſor perceptos facit fructus

ſuos

ſuos adeo, vt ne conſumptos quidem reſtituat, quos malæ fidei reſtituere compellitur.

*Q*Vum dominum eſſe te putarem, alienum de te fundum emi aut dono, accepi, vel ex alia iuſta cauſa bona fide tamen, veluti ex permutatione. Ratio naturalis dominum eſſe me vult perceptorum fructuum, propter culturam curamq́; quam in ijs adhibui. Quapropter ſi poſtea ſuperueniens fundi dominus, fundum per in rem actionem vindicet, nullã aduerſum, me habebit actionem de fructibus illhinc perceptis, & a me conſumptis. Quod ſi ſciens alienũ fundum poſſedi, fructus non lucrabor, ſed vna cum inde perceptis fructibus reſtituere fundũ cogor, etiam ſi forte conſumpti ſint.*

ARGVM.

Fructus a ſolo non ſeparatos fructuarius ſuos non facit: idonee nec pendentes ad hæredes tranſeunt. Quod ad colonum quoque porrigitur.

*E*Iuſdem fundi ego proprietatem habeo, tu vſumfructum. Non aliter tu vſufructuarius fructuum dominus fies, quàm ſi eos à terra perceperis. Quapropter ſi maturis iam fructibus, & terræ adhuc adhærentibus, mori te contingat, non capiet eos hæres tuus, ſed proprietario acquirentur. Eadem fere & de colono dicuntur, hoc eſt, de eo qui mercede conducit. Nã ſi tibi fundum mercede locauerim, non ante fructuum qui inde percipiuntur dominus fies, quã eos a terra ſeparaueris. Quod autem dictũ eſt, Fere, pareleon eſt, et explendæ orationis gratia additum. Quoniam vero nonnihil de vſufructu fundi diſſerui, ſcire debes, in pecudum vſu* §. Is uero ad quem. §. In pecudum.

fructu eſſe fœtum ipſarum, vt & lac, pilos & lanã. Quocirca & agri, hædi, vituliq́; & equuli, ſimulatque æditi ſunt, naturali iure vſufructuarij ſiunt. Ancillarum autem partus non ſunt in fructu. Vnde ſi tibi ego ancillæ meæ vſumfructum concedam, tu quidem pro fructu miniſterium eius habebis, & manus operam: quod vero natum ex ea fuerit, proprietario acquiretur. Abſurdum enim viſum eſt, hominem connumerari inter fructus, quum hominum cauſa, fructus omnes rerum natura comparauerit.

§. Sed ſi gregis. *Quod ſi quis gregis habeat vſumfructum in locum demortuorum capitũ, ex fœtu vſufructuarius ſubmittere, & numerũ implere debet. Sic enim id Iuliano videtur. Verbi gratia, conceſſi tibi vſumfructũ gregis centũ ouium, euenitque vt triginta oues morerentur, & quinquaginta naſcerentur. triginta ex his prioribus debes addere, vt datum tibi numerũ conſerues, & ita reliquas viginti, tuas facies. Sin vero vineæ tibi, aut etiam fundi vſumfructum conceſſi, in locũ demortuarum, vel ſenio confectarum vitium, & in locum laborantium vel deiectarum arborum, alias ſubſtituere debes. Oportet enim tecte, & vt uirum integrum decet, fundum colere, cuius tibi vſusfructus conceſſus eſt, & ita verſari, vt optimus paterfamilias verſaretur.*

ARGVM.

Theſaurum, ſiue in ſuo, ſiue in ſacro ac religioſo loco qui inuenit, eius dominus efficitur: in alieno vero & fortuito inuentus, pro dimidia tantum inuentori cedit, reſiduo ſoli domitio ſaluo remanente. quod locum quoque obtinebit

in eo

in eo qui in Cæſaris, fiſcali & publico loco inuentus fuerit.

QVidam theſaurum in fundo ſuo reperit: diuus Hadrianus naturale ius ſequutus repertori theſaurum conceſſit: idemq; ſtatuit, ſi quis in ſacro aut religioſo loco, fortuito caſu repererit. §. theſauros.

Quod ſi quis in alieno fundo non data ad hoc opera, ſed fortuito theſaurũ repererit, dimidiũ eius, domino ſoli conceſſit Hadrianus. Per conſequens igitur, ſi quis in Cæſaris loco theſaurum repererit, dimidium theſauri Cæſari præſtabit, dimidium ſibi repertor retinebit. Sed & ſi quis publico in loco, aut fiſcali, repererit, eodem modo repertor dimidium lucrabitur, & dimidium fiſcus aut ciuitas accipiet.

ARGVM.

Traditione nobis naturaliter quæritur, ac domini rei traditæ efficimur modo ex cauſa ad dominij tranſlationem apta, & ab eo qui dominus ſit facta ſit traditio, ſublata Italicorum & ſtipendiariorum differentia.

EST & naturalis acquirendi modus per traditionem. Et quid eſt traditio? eſt de manu in manũ tranſlatio, naturalem quendam minimeq; multæ ſolemnitatis actum, et qui facile abſolui poſſit, continens. Neq; enim aliud tã naturæ conuenit, quàm domini voluntatem in alterum rem ſuam transferentis, ratam haberi. Vt aũt traditione dominiũ transferatur, hęc neceſſe eſt ut concurrant. Nã & eum qui tradit, dominũ eſſe oportet: & animo volentis dominiũ transferre, traditionẽ facere: & corporale eſſe §. Per traditionẽ.

id quod traditur. Corporale ideo dico, quod incorporalia, quum tactum fugiant, traditionẽ nõ recipiant. Ideo quoque dixi tradentem eſſe dominum debere, propterea quod is qui dominus non eſt, dominiũ quod non habet, transferre non poſſit. Sed & hoc adiectum eſt, animo volentis eum dominum facere, qui accepit, vt cõmodatũ & depoſitum exciperẽ. nam his in rebus & corporale eſt, quod traditur: & qui tradit, dominus eſt: ſed tradit paulo poſt ſe ſperans recepturum. Nec referre opinor, quale ſit id quod a domino traditur, ſiue prædium Italicum, ſiue poſſeſſiones ſtipendiariæ, aut tributariæ. Vocamus autem ſtipendiarias & tributarias poſſeſſiones, quæ in prouincijs ſunt, principis iuſſu a populo occupatæ. Appellationis vero huius inde fluxit occaſio. Quidã apud ueteres Romanus Imperator, quum toto orbe ſubacto, virtus eius in magna Romanorum admiratione eſſet, prouincias omnes diuiſit. Et quaſdã ſibi retinuit, alias populo reliquit. Quas populus acceperat, eæ ſtipẽdiariæ inde appellatæ ſunt, quod ſtips, ἔρανον ſiue collationem ſignificet, & particulatim argenti aliarumque rerum factam collectionem. Quum igitur minutula quædam prouinciales ex ijs, quæ apud ipſos naſcebatur, collectione facta, mitterent populo, vt ea in vſus ſuos & voluptates impenderet: factum eſt, vt prouinciæ ſtipendiariæ dicerentur, & deinde conſequenter, domus quoque & prædia ſtipendiaria. Imperatoris vero ꝓuinciæ dictæ ſunt tributariæ, quoniã tributum eſt graue illud vectigal, quod

princeps

princeps prouincialibus ſuis indicebat, eo nomine, quòd magnos alendis exercitibus ſumptus faceret. Qui autem ex largitione populi vel principis ſtipendiaria, vel tributaria habebāt prædia, domini illorum non erant: uerum dominium aut apud populum erat, aut apud principem, ſed vſumfructum eorum habebant, & pleniſſimam detentionem, ita vt & transferre poſſent & ad hæredes tranſmitterent. Nam Italicorum fundorum dominumq; domini dominium habebant. Et hæc quidem olim. Hodie vero Imperatoris noſtri conſtitutio, nullam eſſe vult differentiam Italicorum, & ſtipendiariorum vel tributariorum. Sed ſi is qui dominus eſt, rē ſuā tradat mihi ſiue ex donatione, ſiue in dotem, aut ex alia quauis cauſa: velut ex permutatione: dominium in me ſine dubio transfert.

ARGVM.

Vendita res ac tradita, non aliter accipientis ſit, atque ſi pretium perſolutum, aut alioqui nomine eius ſatisfactum, aut de pretio fides habita ſit: quod partim & legitimo, & gentium iure nititur, ſiue per dominum ſiue per alium res agatur.

SEd & ſi quis tradat id quod vendidit, nō aliter tranſijt dominium in emptorem, quā ſi emptor venditori pretium rei ſoluerit, vel aliter de pretio ſatisfecerit. Quid ita? quoniam pro ſe Titium dedit quempiam qui pretium ſoluere repromiſerit, aut etiam pignus pro pretio præſtitit. Eſt autem hoc & lege XII. Tab. cautum, nihiloq; minus inuenitur & iuris gentiū eſſe, quoniā & naturalis iuſtitia ei adhæret, quū apud omnes gentes æque obſeruetur. In alijs igi- §. Vendita.

tur cauſis, ſemper is qui tradit, dominium transfert in emptione, non aliter quã ſi pretium accepit, aut ſatis eo nomine factum eſt. Sed & ſi venditor: neq; pretium accepit, neq; loco emptoris, expromiſſorem, neq; pignora, ſed fide emptoris contentus eſt, ſatis ſibi pollicens fore, vt pretium accipiat: dicendum & hic eſt, dominium ſtatim ad emptorem tranſire Facta aũt traditione: nihil intereſt, is ne, qui dominus eſt, tradiderit, an voluntate eius, alius. Hac ratione, ſi cui liberã poteſtatem fecero, rem meã, vt volet, adminiſtrãdi: & is ex ijs rebus aliquam vendiderit, tradideritq;: in accipientem transfert dominium. Nã voluntate domini id facere videtur.

ARGVM.

Rei venditione ſecuta quam quis eo nomine non tradidit vt tua fieret, domini nuda voluntate citra nouam traditionem, dominus efficeris: quod ad quemuis iuſtum quoq; titulũ porriges.

§. Interdũ. *Interdum etiam ſufficit nuda voluntas* — *I Nuenire eſt & ſpecies quaſdam ſeu caſus: in quibus & ſine traditione, nuda tantum voluntas dominio transferendo ſufficiat: veluti commodaui tibi librum meum: locaui tibi fundum meum: depoſui apud te menſulam meam. Si poſtea hæc tibi vendam, aut donẽ, ſimul vna cum donatione aut emptione, dominum te eorũ facio, idq; traditione non accedente. Nam quum ante apud te, naturalis dictarum rerum fuerit poßeßio detentatione, ob hoc ſolum, ꝙ rẽ meam tuã eſſe velim, ſtatim dominiũ eius tibi acquiritur perinde atq; ſi ex cauſa donationis venditionisve ſpecialis traditio intercesſiſſet. Varias in*

horreo merces repoſui, tu mecum egiſti, ut eas ti bi venderem. Contractu celebrato, ſoluiſti pretium. Si ego claues tibi horrei, quū ab eo haud lõge abeſſẽ, tradiderĩ, ſtatim fis merciũ dominus. §. Itẽ ſi quis merces:

A R G V M.

Dominium quandoque uel in incognitam perſonam domini ſola uoluntate & fortuita traditione trãsferri: quo fit ut miſsilia in uulgus proiecta, & quę pro derelicto habita ſunt: excipientis occupantiſque fiant.

INterdum uoluntate mea transfero dominiũ, & in perſonam incognitam, de qua rogatus ſi ue ante traditionem: ſiue poſt traditionem, dicere omnino non poſſim, quænam ea ſit. Id autem contingit in Prætoribus & Conſulibus qui pro more, uel in proceſſibus vel in ſpectaculis, iacere quædam ſolent in vulgus: & dominus fit ſtatim, qui acceperit. quanuis qui iacit ignoret: quid eorum quiſque ſit accepturus. Vnde & illud liquet, ſi rem meam aſperner, & ex poſſeſſione mea vel detentatione abijciam, ſtatim eam occupantis fieri. Id Veteres dixerunt, pro derelicto. Pro derelicto autẽ id habetur, quod dominus ea mente eoque animo abijcit, vt id patrimonij ſui eſſe nolit. Itaq; profecto ſtatim dominus eſſe deſinit. § Hoc amplius.

A R G V M E N T V M.

Quæ non eo animo abijciuntur, ut a nobis dominium abdicemus: ſed periculi cauſa deuitandi aut nec opinantibus excidunt in dominio noſtro permanent, nec occupantis fiunt: quinimo ad ea & in rem & ad exhibendum, furtique, & condictio furtiua competunt.

ALiud eſt in ijs rebus quas coorta inter nauigandum tempeſtate, vt onus nauis le- §. alia ſane.

nius reddatur, in mare nauigantes eÿciunt: hæc enim quanuis abiecta abÿcientium manent. Palam eſt enim, eas non hac mente eÿci, quod illi eas ſui patrimonÿ eſſe amplius nolint, ſed magis, quod cupiant vna cum naui, diſcrimen maris effugere. Quapropter, ſi quis eas res fluctibus expulſas, aut in mari natantes excipiat animo lucrandi aut interuertendi, furtum committit. Conſimiles his & illæ res ſunt, ueluti exempli cauſa. In locum quempiam proficiſci uolebam. habebas tu carruccam, qua ego iter celeriter cõficere poteram. Rogaui te ut liceret aſcendere, & res meas imponere, quo maturius, quo uolebam, venirem. Id tu mihi promiſiſti ſiue pretio, ſiue etiam ſine pretio. Res meas carruca impoſui. In itinere euenit vt aliquid rerum mearum me ignorante de carruca decideret: non fiet hoc reperientis, ſed mihi dominium ſeruatur. Datur enim mihi actio eo nomine in rẽ, ad exhibendũ, furtiq́; et cõditio furtiua: ea ãt eſt actio quedã, vendicationi ſimilis, & euictio aduerſus fures.

De rebus corporalibus & incorporalibus.
TIT. II.

ARGVM

Rhetorum more, quę fuſius ſupra tractauit, eleganti Anacephaleoſi repeti Imperator, ac mox rem deſtinatã tractatui eggreditur, diuidens res in ea, quæ corpora conſtant, & quæ minime. Ad hæc obiter multas iurium definitiones tradit, & explicat.

Dictum

DIctum eſt ſupra de rerum diuiſione, quaſdam enim eſſe naturales ſiue iuris gẽtium, quaſdam publicas, quaſdam uniuerſitatis, quaſdam nullius, pleraſq; ſingulorum. Dictum eſt etiam multis modis fieri, ut dominium rerum acquiramus. Et naturales modos enarrauimus hos uenationes, hoſtium ſpolia, repertos in maris litore lapillos aut gemmas, quæ ex animalibus noſtris naſcuntur, & alluuionem, & inſulã ſiue in mari: quod rarius eſt, ſiue in flumine, qđ frequens, enatam. Adhęc & proximũ eſſe alueo quem flumen reliquerit: & ita ſpeciem ex aliena materia conficere, vt confecta ad priſtinam materiã reduci nequeat; & ex ſua & aliena materia aliquid efficere, & alienam purpurã ſuo ueſtimento intexere: & duorum materias uel eiuſdẽ uel diuerſi generis, ex uolũtate dominorum aut fortuito miſceri: aut plurium dominorum frumenta uoluntate ipſorum in unum aceruum confundi, non item ſi uno tantum uolente aut caſu id accidat: & regulam dictantem, Subiecto cedere ſuperficiem, vt in non vna ſpecie viſum eſt. Cuiuſmodi eſt, quum ex aliena materia in ſolo meo ædificatum eſt, aut ex materia mea in alieno ſolo domum erexi: aut alienã arborem in ſuo quis agro plantauit, aut arborem ſuam in aliena terra: ita ut radices ageret. Quod obtinuit & in ſerẽdo frumẽto: & in literis, quæ chartis aut mẽbranis meis inſcribuntur. Contrariũ eſſe in imagine. Illhic enim aliena tabula picturę cedit. Eſt

& inter naturales acquiſitiones, ab eo qui dominus non ſit, bona fide fundum accepiſſe. Hæc enim bonæfidei poſſeſſio, ſufficit ut quis fructuũ conſumptorum dominus fiat. Præterea & theſauri inuentio, aut totũ aut partem inuẽtori tribuit. Per traditionem quoque ſecundum quod conſtitutum eſt, naturalis acquiſitio eſt. Sed hæc quidem nobis omnia de corporalibus dicta ſint: Porro quoniã rerum aliæ corporales ſunt, aliæ incorporales: eſt autem Corporalis quæ & nomine cognoſcitur, & ſub tactum oculosq́; recidit veluti fundus, domus, veſtis, ſeruus: Incorporalis uero quæ ſola mente intelligitur, neque ſub tactum, neque ſub oculos recidit: tractatu habito de corporalibus, dicamus & de incorporalibus. Incorporale eſt autem, quod in iure cõſiſtit, vt hæreditas. Et quid eſt Hæreditas? Eſt ius quoddã certis modis conſtitutũ, ſed intellectu cõprehenſum, qđ alieni patrimonij uniuerſalẽ dominum me efficit. Deinde & Vſusfructus. eſt autẽ vſusfructus ius quoddã certis modis conſtitutum, quod efficit ut in proprietate alterius ego utar et fruar. Ad hęc & obligationes quocunque modo contractę, multi enim ſunt contrahendæ obligationis modi, vt in ſequentibus docebimus. Et quid eſt obligatio? eſt iuris uinculum, quo quis quodque facere cogitur, quod facere debet. Neque uero dixerit quiſpiam, quod in hęreditate & res corporales inueniuntur: nam habet hæreditas & ſeruos, & fundos, & ædificia, & libros. Sed & vſusfructus habet in ſeſe fructus, qui ex fundo percipiuntur, qui utique corporales ſunt.

Ad

Ad hęc quod ex obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt: ueluti fundus, ſeruus, pecunia. Dixi plerunque, quoniam ut ex ijs quæ ſequuntur diſcemus, ſępe et incorporale eſt, quod ex obligatione petimus. Ne quis ergo dixerit, hęreditatem, vſumfructum, & obligationem, corporalia eſſe, quia res quæ in illa cadunt, corporales vt dictum eſt, ſint. Nam ius ipſum, quod mihi poteſtatẽ facit in uniuerſum alienum patrimoninm accipiendi, aut ex alieno fundo fructus colligendi, aut quod mihi debetur, exigendi ſpectandum eſt: qđ utique incorporale eſt, quãuis circa corporalia uerſetur. Inter incorporalia ſunt & Seruitutes (quę vocantur) vrbanorum, & ruſticorum prædiorum. Et quid eſt Seruitus vrbani prædij? eſt ius quoddam certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, ut vicinus vrbanus, vicini onera ſuſtineat. Seruitus ruſtici prędij eſt, ius quoddam certis modis conſtitutũ, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, vt vicinus ruſticus, vicini onera ſuſtineat. Ad hęc eſt & vſus. Et quid eſt vſus? Vſus ab vtendo dictus eſt. Et eſt ius quoddam certis modis cõſtitutum ſed intellectu comprehenſum, quod efficit vt in aliena proprietate, ego re vtar, ſed vtar tantum. Præterea & habitatio. Et quid eſt habitatio? eſt ius quoddã certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, vt libere in aliena domo habitem, ab vſu & vſufructu ſeparatum.

De

De ſeruitutibus.
TIT. III.

ARGVMENTVM.

Totus hic titulus, cum procedat per finitiones & exempla epitome magnopere non eget, ſed ocu lis & memoria.

Dicamus primo de ſeruitute ruſtici prædij. Et definitionem quidem noſtri. Neceſſarium igitur ſpecies dicere. Seruitus ruſtici prædij eſt, iter, actus, via, aquæ ductus. Et quid eſt Iter? Verbi gratia. Habebam ego fundum, habebas & tu fundum in propinquo, quum in meum ire vel lẽ, opus erat mihi magno circuitu. Rogaui te, ut mihi iter concederes, hoc eſt, vt mihi per tuũ fundum ire liceret. Nam hæc via compendio ducebat in fundum meum: tu mihi iter conceſſiſti, ut tranſire poſſim, ſed neque cum iumento, neq. cum vehiculo. Actus ab agendo iumẽto dicitur: verbi gratia, quum rogabo te; vt mihi per fundũ tuum trãſire liceat, cum iumento vel vehicu'o. Qui igitur iter habet, actum non habet. Nam cũ iumento aut vehiculo tranſire non poteſt. Qui vero actum habet, habet & iter. Poteſt enim & ſolus & cum iumento tranſire. Via eſt ius eundi & agendi iumenta. Via igitur eadem habet, quę & actus. Sed in cęteris eſt differentia, ſicut in Digeſtis docebimus. Aquæductus eſt, ius ducendi aquam per alium fundum. Verbi gratia. Habebas fundum aquis abundantem, habebam & ego fundum in vicino aquis indigentem. Rogaui

gaui te, ut mihi liceret ex fonte q in tuo oritur, aquam in fundum meum ducere. Id mihi cõceſſiſti. Hæc ſeruitus dicitur aquæductus. Nunc dicamus ſeruitutes urbanorum prædiorum. Seruitutes urbanorum prædiorum ſunt, quæ ædificijs inhærẽt. unde & Latrinæ urbanorum prædiorũ dicuntur. Aedificia enim omnia, urbana prędia appellantur, quamuis in villa ſint. Et quænam ſunt ſeruitutes urbanorum prædiorum? ut onera uicini ſuſtineam. Eę autem ſunt hę: Habebam ego domum, habebas & tu in vicino domum. Rogaui te, ut mihi liceret trabes meas in parietem tuum immittere, aut ſtillicidia mea, vel canales aquarum in tegulis meis collectarũ, in ædes tuas vel aream proijcere. Aut tu ius huiuſmodi habebas in ædes meas, & rogaui te ne ſtillicidia tua aut canales in domum vel aream meam proijceres. Aut rogaui te ut mihi tale ius concederes, ne tibi liceret domum tuam altius tollere, & ita luminibus ædium mearum officere. §. Prædiorũ

§. Inter.

Inter ſeruitutes ruſticorũ prædiorũ (nã illuc recurrendũ eſt) dicũt quidã merito numerari et ✱ Aquæ hauſtũ, ut ſcilicet mihi liceat, in fundo tuo uerſari, & ex fonte qui ibi oritur, aquam haurire. Item ut pecudes meas ad aquas tuas appellã, aut ut ibi paſcantur quoniam forte gramine fundus tuus abuñdat,

✱ Aquæ hauſtũ. [In Græcis ẽ ἀκουα δουκτουν, qđ nihil ad rẽ facit. Ideoq; aut ἀκούαιαστουν legẽdũ eſt: aut καὶ ταῦτα (quoniã nec id male cõuenit huic loco) aut tale aliquid. Curtius.

aut

§. Id-
eſt.

aut ut calcem coquam ue! aremam tollam. Porro ide◦ ſeruitutes hæ dicuntur ruſticorum & urbanorum prædiorum, quòd ſine prædijs ruſticis uel urbanis cõſiſtere non poſſint. Nec enim poteſt quiſquam ſeruitutem prædij vrbani vel ruſtici acquirere, niſi qui prædium habet urbanum aut ruſticum: neque rurſus quiſquam habere aliquã dictarum ſerui:utum, niſi qui prædium habet vrbanum vel ruſticum.

ARGVMENTVM.

Pactis, ſtipulationibus, & ex teſtamento ſeruitus conſtituitur.

§. Si quis velit.

QVod ſi quis uicino ſeruitutem velit conſtituere. pactionibus atq; ſtipulationibus id efficere poteſt. Nam vbi conuenerit de ſeruitute conſt.tuenda, ſtipulatur is, qui ex conſtitutione eã accepturus eſt. Spondes manere conſtituta ſeruitute? & ſi non maneas, ſpondes dare mihi nomine pœnæ aureos centum? Poteſt quis etiam in teſtamento hæredem ſuum damnare dicendo: Damno te hęres ne ędes altius tollas, luminibus vicinæ domus nõ officias, aut, Damno te hæres, vt vicinum patiaris tignum in parietẽ tuum immittere, aut uicinũ in tuas ædes ſtillicidium proijcere: aut, ut permittas vicinum itineris ſeruitutẽ uel actus, habere per fundum tuũ, aut ex eo aquam ducere in fundum ſuum. Sic itaque conſtituitur ſeruitus, pactis, ſtipulationibus, & in teſtamento.

De

De vſufructu.

TIT. IIII.

ARGVM.

Vſusfructus,qui ſeruitus perſonalis eſt, & ſeparationem a proprietate recipit,clare hic definitur conſtituitur autem inter uiuos, tum in ultimo morituri iudicio.Notabis igitur literam,ex qua phyſicum illud:Corpore,ſubiectoque non ſubſiſtente eius qualitatem ſubeſſe non poſſe.

POſt ſeruitutes urbanorum, & ruſticorum prędiorum, diſſeramus nunc de uſufructu. Et quidem noſti, quemadmodum in ſuperioribus definierimus, quid eſſet uſusfructus. Non abſurdum tamen fuerit, & aliam definitionem addere. Vſuſfructus eſt ius quoddam, quod efficit, ut rebus alienis utar,& fruar, quãtum tamen fieri poſſit ſalua rerum primitiuarum principaliumq́, ſubſtantia.Etenim quum uſusfructus,quamuis incorporalis ſit,de rebus tamen corporalibus prædicetur,neceſſe eſt & ipſum una cum re corporali perimi.Verbi gratia:Conceſſi ego tibi uſumfructũ ſerui mei, & tu quidem es uſusfructuarius, ego uero proprietarius: quandiu ſupereſt ſeruus,uſu §.uſuſfructus.
fructus conſiſtit:illo autem mortuo, & uſusfructus extinguitur. Separationem igitur habet uſusfructus a proprietate,multiſq; id modis accidit,veluti in hac ſpecie. Vſumfructum tibi fundi mei legaui. Hęres quidem eius habet proprietatem:legatarius uero uſumfructũ.Aut item ex cõtrario:legaui tibi fundum deducto uſufructu:

hic

hic legatarius quidem habet proprietatem, hæres uero uſumfructum. Aut iterum, alteri legaui uſumfructum, tibi proprietatem. Et hæc quidẽ in teſtamento. Porro autem ſine teſtamento, ſi quis alteri uelit uſumfructũ conſtituere, pactionibus & ſtipulationibus id efficere debet. Ne uero in uniuerſum inutiles eſſent proprietates, uſufructu ſemper ſeparato, placuit certis quibuſdã modis extingui uſumfructum et ad propietatem reuerti.

ARGVM.

Vſusfructus in his, quæ vſu non intereunt, uere conſtituitur, in alijs autem per abuſionem conſtitui dicitur, in quo vſufructuarius de tãtundẽ reſtituendo vſufructu, finito proprietatis domino, aut eius æſtimatione danda, cautionem pręſtat.

§. Cõſtituitur. *Conſtituitur autem uſuſfructus non tantum in fundo aut ædibus, ſed etiam in ſeruis, iumentis & alijs rebus, exceptis ijs, quæ ipſo uſu cõſumuntur. Harum enim neque naturali, neque ciuili ratione conſiſtere poteſt uſusfructus. Et quænam ſunt hæ res? puta uinum, oleum, frumentũ, ueſtis. Quibus conſimiles ſunt & numi, ſiue pecunia numerata. Nam & hi ipſo uſu, & aſſidua permutatione, dum ab alio in alium tranſeunt, quodam modo extinguuntur. Quoniam uero ne procedere quidem in ijs uſusfructus dicitur, factum S.C. cenſens, & earum rerum quadam ratione poſſe uſumfructum conſtitui. Etenim ſi quis moriens, hæredẽ inſtituat, legetque tibi mille ſolidos aut mille ſextarios vini vel olei, aut uiginti modios frumenti in uſumfructum tantum, tu legatarius accipiens ſolidos, uinumq́ aut oleum,*

preter

præter naturã vſusfructus, dominus eorum ſis. Nam uſusfructus in aliena proprietate eſt. Sed quoniam hiſce in rebus ſecundum leges, vſusfructus non conſiſtit, mirum non eſt, ſi neque regulę ĩ vſufructu receptę, hic obſeruãtur. Nã vſusfructus (ut dictum eſt) in aliena propri:tate eſt. Sed ſatiſdabis mihi, de tanto reſtituendo, quantum & accipis, ſi contingat ut moriaris, aut capitis diminutionem patiaris. Neque uero in ijs tantũ: quæ dicta ſunt procedunt hæc, uerum etiã in cęteris, vt in veſtimentis, in cera, aut vbi denique vſus, rem de qua agitur, conſumit. Fit autem eorum dominus legatarius, ſi & æſtimatio eorum ineatur (quod de pecunia non dico, nam pecunia non æſtimatur: per eam enim cętera æſtimationem accipiunt) cautionem præſtante legatario, vt quũ mortuus fuerit, aut capite minutus, æſtimatio earum rerum reſtituatur. Non igitur Senatus, qui hęc cenſuit, vſumfructum in his conſtituit, quoniam ne potuit quidem, ſed inuentio cautionis quendã quaſi uſumfructũ introduxit.

ARGVM

Vſusfructus, ut uarie conſtituitur, ita & uarie extinguitur, quo extincto qui proprietatis tãtum dominus fuit, plenam in re poteſtatem conſequitur, qui tum uere dominus dicitur.

Extinguitur autem uſusfructus morte uſufructuarij, & duabus capitis diminutionibus, maxima & media. Item non utendo per modum conuentum, aut tempus conſtitutum. Quę omnia Imperatoris noſtri cõſtitutio amplexa eſt. Similiter extinguitur vſusfructus, ſi uſusfructuarius § Finitur.

ſtuarius uſumfructus proprietario cedat: extraneo enim cedens nihil agit: & inefficax eſt talis ceſſio. Sed & ſi contra uſufructuarius proprietatem acquirat, ſimili modo finitur. Vocatur autem hoc, Conſolidatio: quoniam in unum conueniunt uſusfructus, & proprietas. Quod ſi quis ædium habeat uſumfructum, eæq; vel incendio cõſumptæ ſint, ut terræmotu ſubſederint, vel vetuſtate conciderint uſusfructus extinguitur, ſicut ne nudi quidem ſoli, ſiue areæ uſusfructus, uſufructuario relinquatur, quoniam ei nõ ſoli, ſed ædium uſusfructus erat conſtitutus. Extinctus autẽ uſufructus, aliquo ex dictis modis, ad proprietatem recurrit. Et ex eo tempore dominus rei plenam in ea incipit habere poteſtatem: hoc eſt, fructus capere poteſt. Nam ante quũ fructus capere non poſſet, non plenam videbatur habere in re poteſtatem.

De uſu & habitatione.

TIT. V.

ARGVM.

Vſus & habitatio, quę ſeruitutes pſonales sũt, iiſdem ſolet modis cõſtitui atque interire quibus uſusfructus conſtituitur & definit. Et in fundo qui uſum habet, domino, aut quibus res ruſtica peragitur, moleſtus aut impedimẽto eſſe non debet, alioqui vſu cadit. Sed nec alteri ipſum aut uendere, aut gratis concedere poteſt.

Poſt

POſt ſeruitutes, & uſumfructum conſequens eſt dicere de uſu, & habitatione. Vſus yſdē modis cō ſtituitur, & yſdem extinguitur, quibus vſufructus. Minus autem lucri eſt in vſu, quàm in vſufructu. Nam qui uſum fundi habet: nihil amplius habere poteſt, quam ut oleribus ibi natis, pomis, floribus, fęno, ſtramentis, & lignis quā tū vſui quotidiano ſatis eſt, vtatur. Eatenus quoque vſurario in fundo hærere licet, ut neq; fundi domino moleſtus ſit, neque yſ, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento ſit. Vſum autem vē dere, locare aut gratis alteri cedere nō licet quū vſufructuarius omnia hæc facere poſſit.

ARGVM.

Vſum domus habens cum uxore ac familia, & contra, in ea habitare poteſt: alius autem inhabitandi transferre in alium non poteſt.

ITem is qui ædium uſum habet, eatenus poteſtatem habere intelligitur, vt ipſe tantum habitet, non ut in alterum habitationem trāſferat. Vnde quæſitum eſt an amicum recipere liceat: & placuit, poſſe. Conceſſum autem ei eſt habere in habitationem, vxorem, & liberos, ſed & libertos. Quinetiam & alios quanuis eſſent liberi, quibus non minus quam ſeruis utatur, velut mercede conductos. Quod ſi mulieri uſus ędiū relictus ſit, pōt ibi ſine dubio cū uiro habitare. §. Itē is.

ARGVM.

Serui uſum qui habet, ſolus vti poteſt, idemq; in iumenti uſu ſeruandum. At qui pecoris uſum habet, eo tantum ad agrum ſtercorandum utetur

non

§. Itē : nō lacte, lana aut ignis, q̄ in fructu, nō in uſu ſūt.

§. Item ſi ad quem

ITem ſi uſus mihi ſit conceſſus ſerui, ego ſolus operis eius, & miniſterio, uti poſſim. Idéque eſt, & ſi iumenti uſum habebam. Quod ſi pecorum vel ouium mihi uſus legatus ſit, neque lacte, neque agnis, neq; lana ipſarū, uti conceſſū eſt. Hęc enim in fructu ſunt, hoc ē, uſusfructus ſunt, non uſus. Sed in hoc tantum mihi prodeſt uſus ouium, quod poſſim eas in fundū meum mittere, & eum ita ſtercorare. Nam ouium fimus fundum reddit fertilem & pinguem.

ARGVM.

Habitandi ius cui legatum eſt, eidem alteri locare licet.

§. Sed ſi cui.

SI cui habitatio legata, vel alio modo conſtituta ſit, neque uſus id videtur, neque uſuſfructus, ſed quaſi ius quoddam proprium. Quæſitum eſt autem, an qui habitationem haberet alteri eam poſſet locare: & quum multi Iuriſconſulti contradicerent, ac ſolus Marcellus locare permitteret, facta eſt religioſiſſimi Imperatoris noſtri conſtitutio, quæ hanc controuerſiam decidit: approbata Marcelli ſententia, propter utilitatem rerum, permittens non ipſum tātum habitare ſi velit, ſed etiam alteri locare.

ARGVM.

Epilogus eleganti tranſitione concluſus quo quæ ſuperius attigit plenius, paucis perſtringit legislator, atq; de quibus dicturus eſt, ad ea viā præmunit.

§. hęc de ſeruitutibus.

HAec de ſeruitutibus, uſufructus, uſuq;, & habitatione diſſeruiſſe ſufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, ſuis exponemus

ums locis. Quoniam vero dictum eſt ſummatim quibus modis naturaliter res acquiramus, neceſſarium eſt dicere nunc quibus modis legitimo ac ciuili iure aliena acquirere poſſimus.

De uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.

TIT. VI.

ARGVM.

Bona fide ac iuſto titulo res mobilis hodie trieñio: immobilis inter præſentes decennio, inter abſentes annis uiginti, ſi tamen res litigioſa aut ſacra non ſit, vſucapitur.

QVVM dictum ſit de naturalibus acquiſitionibus, tractemus et de ciuilibus. Quod igitur is, qui ſuam mihi rem tradit ad hæredes dominium transferat, in confeſſo eſt. Quid autem ſi alienam mihi quis rem, cuius non ſit dominus, tradat? an transfert hic dominium? & dicimus, quòd nequaquam. Quomodo enim, quod non habebat? Quid ergo? Poßeßionem in me aut detentionem, quam habebat, tranſtulit. Nec ea parua res eſt. Nam ſi bona fide rem accipiam (eſt autẽ bona fide accipere, ſi credã eum dominum eſſe qui vendidit, aut donauit, aut ex alia iuſta cauſa, velut ex permutatione, dedit) olim quidem: ſi res erat mobilis, anno elapſo dominus fiebam, ſiue in Italia, ſiue in prouincijs agerem. Sin vero immobilis, per bienniũ lapſum, quum fundus aut domus eſſet in Italia, uſucapiebatur a me ex lege xii. Tab. & mei dominij fiebat. Nec

vero

& inter naturales acquiſitiones, ab eo qui dominus non ſit, bona fide fundum accepiſſe. Hæc enim bonæfidei poſſeſſio, ſufficit ut quis fructuũ conſumptorum dominus fiat. Præterea & theſauri inuentio, aut totũ aut partem inuẽtori tribuit. Per traditionem quoque ſecundum quod conſtitutum eſt, naturalis acquiſitio eſt. Sed hæc quidem nobis omnia de corporalibus dicta ſint: Porro quoniã rerum aliæ corporales ſunt, aliæ incorporales: eſt autem Corporalis quæ & nomine cognoſcitur, & ſub tactum oculosq́, recidit veluti fundus, domus, veſtis, ſeruus: Incorporalis uero quæ ſola mente intelligitur, neque ſub tactum, neque ſub oculos recidit: tractatu habito de corporalibus, dicamus & de incorporalibus. Incorporale eſt autem, quod in iure cõſiſtit, vt hæreditas. Et quid eſt Hæreditas? Eſt ius quoddã certis modis conſtitutũ, ſed intellectu cõprehenſum, qđ alieni patrimonij uniuerſalẽ dominum me efficit. Deinde & Vſusfructus. eſt autẽ vſusfructus ius quoddã certis modis conſtitutum, quod efficit ut in proprietate alterius ego utar et fruar. Ad hęc & obligationes quocunque modo contractę, multi enim ſunt contrahendæ obligationis modi, vt in ſequentibus docebimus. Et quid eſt obligatio? eſt iuris uinculum, quo quis quodque facere cogitur, quod facere debet. Neque uero dixerit quiſpiam, quod in hęreditate & res corporales inueniuntur: nam habet hæreditas & ſeruos, & fundos, & ædificia, & libros. Sed & vſusfructus habet in ſeſe fructus, qui ex fundo percipiuntur, qui utique corporales ſunt.

Ad

Ad hęc quod ex obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt: ueluti fundus, ſeruus, pecunia. Dixi plerunque, quoniam ut ex ijs quæ ſequuntur diſcemus, ſępe et incorporale eſt, quod ex obligatione petimus. Ne quis ergo dixerit, hęreditatem, vſumfructum, & obligationem, corporalia eſſe, quia res quæ in illa cadunt, corporales vt dictum eſt, ſint. Nam ius ipſum, quod mihi poteſtatē facit in uniuerſum alienum patrimoninm accipiendi, aut ex alieno fundo fructus colligendi, aut quod mihi debetur, exigendi ſpectandum eſt: qđ utique incorporale eſt, quãuis circa corporalia uerſetur. Inter incorporalia ſunt & Seruitutes (quę vocantur) vrbanorum, & ruſticorum prædiorum. Et quid eſt Seruitus vrbani prædij? eſt ius quoddam certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, ut vicinus vrbanus, vicini onera ſuſtineat. Seruitus ruſtici prędij eſt, ius quoddam certis modis conſtitutũ, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, vt vicinus ruſticus, vicini onera ſuſtineat. Ad hęc eſt & vſus. Et quid eſt vſus? Vſus ab vtendo dictus eſt. Et eſt ius quoddam certis modis cõſtitutum ſed intellectu comprehenſum, quod efficit vt in aliena proprietate, ego re vtar, ſed vtar tantum. Præterea & habitatio. Et quid eſt habitatio? eſt ius quoddã certis modis conſtitutum, ſed intellectu comprehenſum, quod efficit, vt libere in aliena domo habitem, ab vſu & vſufructu ſeparatum.

De

De ſeruitutibus.

TIT. III.

ARGVMENTVM.

Totus hic titulus, cum procedat per finitiones & exempla epitome magnopere non eget, ſed oculis & memoria.

Dicamus primo de ſeruitute ruſtici prædij. Et definitionem quidem noſtri. Neceſſarium igitur ſpecies dicere. Seruitus ruſtici prædij eſt, iter, actus, via, aquæ ductus. Et quid eſt Iter? Verbi gratia. Habebam ego fundum, habebas & tu fundum in propinquo, quum in meum ire vellē, opus erat mihi magno circuitu. Rogaui te, ut mihi iter concederes, hoc eſt, vt mihi per tuũ fundum ire liceret. Nam hæc via compendio ducebat in fundum meum: tu mihi iter conceſſiſti, ut tranſire poſſim, ſed neque cum iumento, neq; cum vehiculo. Actus ab agendo iumẽto dicitur: verbi gratia, quum rogabo te, vt mihi per fundũ tuum trãſire liceat, cum iumento vel vehiculo. Qui igitur iter habet, actum non habet. Nam cũ iumento aut vehiculo tranſire non poteſt. Qui vero actum habet, habet & iter. Poteſt enim & ſolus & cum iumento tranſire. Via eſt ius eundi & agendi iumenta. Via igitur eadem habet, quę & actus. Sed in cęteris eſt differentia, ſicut in Digeſtis docebimus. Aquæductus eſt, ius ducendi aquam per alium fundum. Verbi gratia. Habebas fundum aquis abundantem, habebam & ego fundum in vicino aquis indigentem. Rogaui

gaui te, vt mihi liceret ex fonte q in tuo oritur, aquam in fundum meum ducere. Id mihi cõceſſiſti. Hæc ſeruitus dicitur aquæductus. Nunc dicamus ſeruitutes vrbanorum prædiorum. Seruitutes vrbanorum prædiorum ſunt, quæ ædificijs inhærẽt. vnde & Latrinæ vrbanorum prædiorũ dicuntur. Aedificia enim omnia, vrbana prędia appellantur, quamuis in villa ſint. Et quænam ſunt ſeruitutes urbanorum prædiorum? ut onera uicini ſuſtineam. Eę autem ſunt hę: Habebam ego domum, habebas & tu in vicino domum. Rogaui te, vt mihi liceret trabes meas in parietem tuum immittere, aut ſtillicidia mea, vel canales aquarum in tegulis meis collectarũ, in ædes tuas vel aream proijcere. Aut tu ius huiuſmodi habebas in ædes meas, & rogaui te ne ſtillicidia tua aut canales in domum vel aream meam proijceres. Aut rogaui te ut mihi tale ius concederes, ne tibi liceret domum tuam altius tollere, & ita luminibus ædium mearum officere. §. Præ diorũ

§. Inter.

Inter ſeruitutes ruſticorũ prædiorũ (nã illuc recurrendũ eſt) dicũt quidã merito numerari et * *Aquæ hauſtũ, vt ſcilicet mihi liceat, in fundo tuo uerſari, & ex fonte qui ibi oritur, aquam haurire. Item vt pecudes meas ad aquas tuas appellã, aut ut ibi paſcantur quoniam forte gramine fundus tuus abũdat, aut*

*Aquæ hauſtũ. [In Græcis ẽ ακουα δουκτυω, qđ nihil ad rẽ facit. Ideoq; aut ακούαιαστουν legẽdũ eſt: aut και ταυτα (quoniã nec id male cõuenit huic loco) aut tale aliquid. Curtius.

De vſufructu.
TIT. IIII.
ARGVM.

Vſusfructus, qui ſeruitus perſonalis eſt, & ſeparationem a proprietate recipit, clare hic definitur conſtituitur autem inter uiuos, tum in ultimo morituri iudicio. Notabis igitur literam, ex qua phyſicum illud: Corpore, ſubiectoque non ſubſiſtente eius qualitatem ſubeſſe non poſſe.

Post ſeruitutes urbanorum, & ruſticorum prędiorum, diſſeramus nunc de uſufructu. Et quidem noſti, quemadmodum in ſuperioribus definierimus, quid eſſet vſusfructus. Non abſurdum tamen fuerit, & aliam definitionem addere. Vſusfructus eſt ius quoddam, quod efficit, ut rebus alienis utar, & fruar, quātum tamen fieri poſſit ſalua rerum primitiuarum principaliumq; ſubſtantia. Etenim quum uſusfructus, quamuis incorporalis ſit, de rebus tamen corporalibus prædicetur, neceſſe eſt & ipſum una cum re corporali perimi. Verbi gratia: Conceſſi ego tibi uſumfructū ſerui mei, & tu quidem es uſusfructuarius, ego uero proprietarius: quandiu ſupereſt ſeruus, uſusfructus conſiſtit: illo autem mortuo, & uſusfructus extinguitur. Separationem igitur habet vſusfructus a proprietate, multiſq; id modis accidit, veluti in hac ſpecie. Vſumfructum tibi fundi mei legaui. Hęres quidem eius habet proprietatem: legatarius uero uſumfructū. Aut item ex cōtrario: legaui tibi fundum deducto uſufructu: §. uſuſfructus.

hic

hic legatarius quidem habet proprietatem, hæres uero uſumfructum. Aut iterum, alteri legaui uſumfructum, tibi proprietatem. Et hæc quidẽ in teſtamento. Porro autem ſine teſtamento, ſi quis alteri uelit uſumfructũ conſtituere, pactionibus & ſtipulationibus id efficere debet. Ne uero in uniuerſum inutiles eſſent proprietates, uſufructu ſemper ſeparato, placuit certis quibuſdã modis extingui uſumfructum et ad propietatem reuerti.

ARGVM.

Vſusfructus in his, quæ vſu non intereunt, uere conſtituitur, in alijs autem per abuſionem conſtitui dicitur, in quo vſufructuarius de tãtundẽ reſtituendo vſufructu, finito proprietatis domino, aut eius æſtimatione danda, cautionem prẹſtat.

§. Cõſtituitur. *Conſtituitur autem uſuſfructus non tantum in fundo aut ædibus, ſed etiam in ſeruis, iumentis & alijs rebus, exceptis ijs, quæ ipſo uſu cõſumuntur. Harum enim neque naturali, neque ciuili ratione conſiſtere poteſt uſusfructus. Et quænam ſunt hæ res? puta uinum, oleum, frumentũ, ueſtis. Quibus conſimiles ſunt & numi, ſiue pecunia numerata. Nam & hi ipſo uſu, & aſſidua permutatione, dum ab alio in alium tranſeunt, quodam modo extinguuntur. Quoniam uero ne procedere quidem in ijs uſusfructus dicitur, factum S.C. cenſens, & earum rerum quadam ratione poſſe uſumfructum conſtitui. Etenim ſi quis moriens, hæredẽ inſtituat, legetque tibi mille ſolidos aut mille ſextarios vini vel olei, aut uiginti modios frumenti in uſumfructum tantum, tu legatarius accipiens ſolidos, uinumq́; aut oleum,*

prẹter

præter naturã vſusfructus, dominus eorum fis. Nam uſusfructus in aliena proprietate eſt. Sed quoniam hiſce in rebus ſecundum leges, vſusfructus non conſiſtit, mirum non eſt, ſi neque regulę ĩ vſufructu receptę, hic obſeruãtur. Nã vſusfructus (ut dictum eſt) in aliena proprietate eſt. Sed ſatiſdabis mihi, de tanto reſtituendo, quantum & accipis, ſi continga: ut moriaris, aut capitis diminutionem patiaris. Neque uero in iis tantũ: quæ dicta ſunt procedunt hæc, uerum etiã in cęteris, vt in veſtimentis, in cera, aut vbi denique vſus, rem de qua agitur, conſumit. Fit autem eorum dominus legatarius, ſi & æſtimatio eorum ineatur (quod de pecunia non dico, nam pecunia non æſtimatur: per eam enim cętera æſtimationem accipiunt) cautionem præſtante legatario, vt quũ mortuus fuerit, aut capite minutus, æſtimatio earum rerum reſtituatur. Non igitur Senatus, qui hęc cenſuit, vſumfructum in his conſtituit, quoniam ne potuit quidem, ſed inuentio cautionis quendã quaſi uſumfructũ introduxit.

ARGVM

Vſusfructus, ut uarie conſtituitur, ita & uarie extinguitur, quo extincto qui proprietatis tãtum dominus fuit, plenam in re poteſtatem conſequitur, qui tum uere dominus dicitur.

EXtinguitur autem uſusfructus morte uſufructuarij, & duabus capitis diminutionibus, maxima & media. Item non utendo per modum conuentum, aut tempus conſtitutum. Quę omnia Imperatoris noſtri cõſtitutio amplexa eſt. Similiter extinguitur vſusfructus, ſi uſusfructuarius § Finitur.

ctuarius uſumfructus proprietario cedat: extra neo enim cedens nihil agit: & inefficax eſt talis ceſſio. Sed & ſi contra uſufructuarius proprietatem acquirat, ſimili modo finitur. Vocatur autem hoc, Conſolidatio: quoniam in unum conueniunt uſusfructus, & proprietas. Quod ſi quis ædium habeat uſumfructum, eæq; vel incendio cōſumptæ ſint, ut terrçmotu ſubſederint, vel ve tuſtate conciderint uſusfructus extinguitur, ſic ut ne nudi quidem ſoli, ſiue areæ uſusfructus, uſufructuario relinquatur, quoniam ei nō ſoli, ſed ædium uſusfructus erat conſtitutus. Extinctus autē uſufructus, aliquo ex dictis modis, ad proprietatem recurrit. Et ex eo tempore dominus rei plenam in ea incipit habere poteſtatem: hoc eſt, fructus capere poteſt. Nam ante quū fructus capere non poſſet, non plenam videbatur habere in re poteſtatem.

De uſu & habitatione.

TIT. V.

ARGVM.

Vſus & habitatio, quę ſeruitutes pſonales sūt, iiſdem ſolet modis cōſtitui atque interire quibus uſusfructus conſtituitur & deſinit. Et in fundo qui uſum habet, domino, aut quibus res ruſtica peragitur, moleſtus aut impedimēto eſſe non debet, alioqui vſu cadit. Sed neç alteri ipſum aut uendere, aut gratis concedere poteſt.

POſt ſeruitutes, & uſumfructum conſequens eſt dicere de uſu, & habitatione. Vſus yſdẽ modis cõſtituitur, & yſdem extinguitur, quibus vſufructus. Minus autem lucri eſt in vſu, quàm in vſufructu. Nam qui uſum fundi habet: nihil amplius habere poteſt, quam ut oleribus ibi natis, pomis, floribus, fęno, ſtramentis, & lignis quã tũ vſui quotidiano ſatis eſt, vtatur. Eatenus quoque vſurario in fundo hærere licet, vt neq; fundi domino moleſtus ſit, neque yſ, per quos opera ruſtica fiunt, impedimento ſit. Vſum autem vẽdere, locare aut gratis alteri cedere nõ licet quũ vſufructuarius omnia hæc facere poſſit.

ARGVM.

Vſum domus habens cum uxore ac familia, & contra, in ea habitare poteſt: ius autem inhabitandi transferre in alium non poteſt.

ITem is qui ædium uſum habet, eatenus poteſtatem habere intelligitur, vt ipſe tantum habitet, non ut in alterum habitationem trãſferat. Vnde quæſitum eſt an amicum recipere liceat: & placuit, poſſe. Conceſſum autem ei eſt habere in habitationem, vxorem, & liberos, ſed & libertos. Quinetiam & alios quanuis eſſent liberi, quibus non minus quam ſeruis utatur, velut mercede conductos. Quod ſi mulieri uſus ędiũ relictus ſit, põt ibi ſine dubio cũ uiro habitare. §. Itẽ is.

ARGVM.

Serui uſum qui habet, ſolus vti poteſt, idemq; in iumenti uſu ſeruandum. At qui pecoris uſum habet, eo tantum ad agrum ſtercorandum utetur

non

uns locis. Quoniam vero dictum eſt ſummatim quibus modis naturaliter res acquiramus, neceſſarium eſt dicere nunc quibus modis legitimo ac ciuili iure aliena acquirere poſſimus.

De uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.
TIT. VI.

ARGVM.

Bona fide ac iuſto titulo res mobilis hodie trienio: immobilis inter præſentes decennio, inter abſentes annis uiginti, ſi tamen res litigioſa aut ſacra non ſit, vſucapitur.

QVVM dictum ſit de naturalibus acquiſitionibus, tractemus et de ciuilibus. Quod igitur is, qui ſuam mihi rem tradit ad hæredes dominium transferat, in confeſſo eſt. Quid autem ſi alienam mihi quis rem, cuius non ſit dominus, tradat? an transfert hic dominium? & dicimus, quòd nequaquam. Quomodo enim, quod non habebat? Quid ergo? Poßeſſionem in me aut detentionem, quam habebat, tranſtulit. Nec ea parua res eſt. Nam ſi bona fide rem accipiam (eſt autẽ bona fide accipere, ſi credã eum dominum eſſe qui vendidit, aut donauit, aut ex alia iuſta cauſa, velut ex permutatione, dedit) olim quidem: ſi res erat mobilis, anno elapſo dominus fiebam, ſiue in Italia, ſiue in prouincijs agerem. Sin vero immobilis, per biennij lapſum, quum fundus aut domus eſſet in Italia, uſucapiebatur a me ex lege xij. Tab. & mei dominij fiebat. Nec uero

uero iniquam eſſe legem aliquis exiſtimauerit, quòd alter per vſucapionem, hoc eſt temporalem poſseſſionem dominus efficeretur, & alter dominio rerum ſuarum priuaretur. Id enim adinuentum eſt, ne res ipſę perirent. Namque unuſquiſque ignorans num uere eſſet dominus rei, quam poſſideret, nullam omnino in eam curam impendebat, ſemper timens nequando verus dominus veniret, & eam ſibi auferret. Et ea de cauſa ſocordes quoque erant mortales, & per ſocordiam ipſorum ſine cura ſolic.tudineq; res erant: quod quum eſset, illud quoque nimirum eueniebat, vt corrumperentur, & peſſum irent. Perſpecta igitur hac hominum cogitatione, lex xii. Tabu. in re mobili tempus anni ſtatuit, in immobili, bien nium: intra quod niſi dominus adeßet, res a poſ ſeßore auferri n n poſſet. Nec id admodum indignantibus dominis. Sufficiebat enim ijs anni aut biennij tempus ad inquiſitionem rerum ſuarum. Et hęc quidem lex XII Tab. Imperator vero noſter meliore & humaniore ſententia vſus ſanxit, ne tam facile tamq; celeriter, rebus ſuis domini defraudarentur. Neque iterum certo loco beneficentiam ſuam coanguſtauit, ſed generalem ea de re promulgauit conſtitutionem: qua cautum eſt, vt res quidem mobiles vbiq; elapſo triennio vſucapiantur: immobiles vero per longi temporis poſſeſſionem, id eſt, ſi preſentes ſint domini decennio: ſin abſentes, viginti annis elapſis. Verbi gratia: Fundum tradidiſti mihi, aut domum ad Titium ſpect intem, quum te dominum eius putarem, et ita bona fide rem accipienti. Si

ti. Si pręſens eſt Titius, decennium mihi ad uſu capionem ſufficit, ſin vero peregre viginti anni. Hæc autem non de ijs tantum, quę in Italia ſita ſunt immobilia, conſtituta ſunt, ſed & de ijs quę in Prouincijs: ac olim ſtipendiaria aut tributaria appellabantur, & ut breuiter dicam, in tota terra eius imperio ſubiecta, vbique tamen bonæ fidei poſſeſſione præcedente. Quoniam uero dictũ eſt, bonæ fidei poſſeſſorem vſucapere poſſe: inuenire eſt caſus, in quibus vſucapio non procedat, Verbi gratia: Si quis liberam perſonã poſſideat, aut rem ſacram religioſamve. Nam quia dominium addicit uſucapio, hæc autem in dominium nullius recidunt, merito nec vſucapioni ſubijciuntur.

ARGVM.

Furtiua res, vel vi expulſiua poſſeſſa, ne a bona fidei quidem poſſeſſore vllo tempore uſucapi, aut præſcribi poteſt: Et qui rem alterius ſciens vẽdit, furtum tommittit.

§. Furtiuæ.

IDem dicendum eſt, ſi quis alienum fugitiuum poſſideat: neq; enim vſucapioni ſubijcitur. Neque item res furtiuæ, neque vi poſſeſſæ: etiam ſi quis decem aut viginti annis eas bona fide poſſederit. Hæc autem ita accipe, vt furtiuas intelligas, in mobilibus: ui poſſeſſas, in immobilibus. Nam furtiuarum rerum vſucapionem inhibuit lex XII. Tab. & lex Attilia: vi poſſeßarum, lex Iulia & lex Plautia. Quum te igitur aliquis conſuluit, num ille, quod ex venditione poſſidet, vſucapere poſſit: id te ante omnia quærere oportet, bona fide an mala poſſideat. Et ubi intellexe-

ris bona fide poſſidere, ad ſecundam mox quæſtionem decurre, & roga, num ſacra ſit res, num religioſa, num libera perſona, num furtiuum, nũ vi poſſeſſum. Et ſi quid eorum inueneris, dic uſucapionem non procedere propter vitium rei inhærens, quoniam furtiua eſt, aut ui poßeßa. An igitur fur qui ve per uim poſſidet, vſucapere poteſt? Forte inconſulte proſiliens, dices nequaquã: propter uitium, quod rei adhæret: nam furtiua eſt, aut ui poſſeßa. Verum id te dicere nõ oportet. Ordinis enim es oblitus. Sed dicere debes uſucapionem non procedere, propter priorem rationem quoniam mala fide poſſidet. Nouit enim furtiuã eſſe, aut ui poßeßam. Quod ſi fur qui ve per uim poſſidet, eam rem alteri bona fide accipienti tradat tunc ex priori reſponſione, cum bona fide poſſideat, is qui rem poſſidet, uſucapio non impeditur, ſed propter uitium rei inhærens prohibebitur: nam furtiua eſt, aut vi poßeßa. Et quid eſt furtiuum? Furtiuum eſt, non ſolum, quod noctu aut interdiu clam ſurripitur, ſed etiã quæcunque res mobilis aliena, quæ inuito domino contrectatur. Cõtrectare autem eſt, vt dominum circa rem uerſari, & omnia in ea agere, quę domini ſolent. Atqui, ſi uerum eſt quod dicimus, nunquam res aliena vſucapietur. Quicunque enim rem alienam poſſidet, inuito domino eam contrectat. Sin autem inuito domino cõtrectat, furtiuã reddit. Quod ſi furtiua eſt, prohibetur uſucapio. Vitio igitur laborat definitio: & adijciendum eſt ei, Malo animo: & dicendum, Furtiuũ eſt non ſolum quod noctu uel interdiu clam ſurripitur

ripitur

ripitur,ſed omne alienũ mobile, quod malo animo,inuito domino contrectatur. Sic enim definitio,ſine defectu ac uitio eſt.

ARGVM.

Error in iure aut facto in tradente, uſucapionem rei alienæ bona fide poſſeſſæ uitioque reali carentis,non impedit,ſi modo qui accepit, bonâ fide & titulo ad transferendum dominium apto accipiat: unde non continuo rem furtiuam efficit,qui rem alienam inuito alienat domino.

ATqui,quamuis hoc addito,inuenio tamen cur uſucapio non procedat. Nam qui rẽ alienam inuito domino poſſidet, profecto malo animo eam contrectat,& furtiuam reddit. Sed uerum hoc non eſt: Fieri enim poteſt ut rem alienam quis contrectet inuito domino, & furtum tamen non cõmittat quoniã malo affectu caret. Velut in hac ſpecie: Commodaui Titio librum meum, aut ſeruum meum locaui, aut lancem meam apud eum depoſui. Defunctus eſt hic, te hærede. Tu ea in hæreditate inueniſti,& hæreditaria eſſe putaſti. vendidiſti alicui bona fide accipienti aut donaſti aut in dotem dediſti. Ecce rem alienam, & inuito domino contrectas. furtiua tamen non fit, quoniam malus animus abeſt. Quapropter is,qui accepit ſine dubio rem uſucapiet,quoniã fide poſſidet,& res abeſt à uitio. Neq;.n. dicere poſſumus, hæredẽ, qui bona fide uẽdidit,furtũ cõmittere. Id & in alia ſpecie inuenire eſt. Vſumfructũ tibi ancillæ meæ conceſſi. Vſusfructus autẽ ancillæ in opera manuum & miniſterio eius eſt. Ea apud te enixa eſt. Palã eſt partũ eius mihi dominio acquiri, §. Sed tamen id.

ut in ſuperioribus dictum eſt. Tu tamen exiſtimans partum ancillæ ad te uſuſructuariũ ſpectare, vendidiſti, aut donaſti eum. Ecce & hic inuito domino feciſti: quoniam tamẽ malo animo carebas, furtum eo facto non committitur. In uniuerſum enim id ſcire debes, furtum ſine malo animo nõ fieri. Furtum enim ſine affectu furandi non committitur. Et paucas ego tibi ſpecies enarraui: ſed rerum ipſarum uarietates atque circumſtantiæ multas alias producere poterunt, in quibus aliquis rem aliẽnã inuito domino alienabit, nec tamen furtiuam reddet.

ARGV.

Rem nõ ui poſſeſſam, vel malæ fidei poſſeſſor, bona fide accipienti tradens, vſucapiendi conditionem transfert. Et fundi aut loci furtum non cõmittit: quinetiam qui bona fide ac titulo poſſidet, principalibus iuuatur cunſtitutionibus.

§. Qđ autem *ET hæc quidẽ de furtiuis. Porro res ui poſſeſſa, ex facto uim inferentis æſtimanda eſt: ut ſi quis me aggreſſus, ut ex ædibus meis aut fundo me expellat. Nam quid furtiuum ſit ex Iuris regulis cognoſcitur. Si te igitur ui ex re immobili expellam, non poſſum eam uſucapere: quoniam mala fide poſſideo. Sed & ſi quis bona fide eam a me accipiat, non uſucapiet, propter vitium quod rei ineſt. Eſt enim ui poſſeſſa. Quod ſi nullo uis illatę vitio laboret, is qui eam bona fide accipit, uſucapere poteſt. Et qualiter id contingat, dicere neceſſe eſt. Habebat aliquis fundum, eum peregre profectus uacuum reliquit, aut etiam præſens, nullam eius curam habuit, aut mortuus eſt ſine ſucceſſore,*

neque

neque quiſquam omnino hereditatē eius adijt. Ego conſpicatus vacantem eſſe hunc fundum, nec a quoquam poſſideri, in poſſeſſionem eius intraui: uſucapere eam nullo modo potero, mala enim fide poſſideo, ſciens eſſe alienum. Quod ſi eum alteri, tradam bona fide accipiē ti procedit uſucapio: & longum tempus dominium ei, ut dictum eſt, acquirit. Quoniam neque prior reſponſio uſucapionem impedit, quippe quum bona fide poſſideat: neque rurſus poſterior: abeſt enim res a uitio. Atqui dicere poſſit aliquis, furtiuam rem eſſe factam. Nā quum ego ſciens eſſe alienum fundum, eum tamen vēdam furtiuum uideo facere. Sed falſa eſt ratio hæc quoniam rerum immobilium furtum non committitur. Sublata eſt enim & exploſa e ciuili iure ſententia quorūdam Iuriſconſultorum, exiſtimantium in rebus immobilibus furtum committi. Sed neque res ui poſſeſſa eſt, quoniam neque facinus uim inferentis conſequutum eſt. Reliquum eſt ergo, ut qui eam bona fide accepit, decem aut uiginti annis elapſis dominus fiat, quum & conſtitutionibus adiuuctur, quæ dicunt: longam & indubitatā poſſeſſionem nulli auferri debere.

ARGVMENTVM.

Quæ furtiua atque ui poſſeſſa ſunt, uitio purgato uſucapioni ſubiecta ſunt. §. Aliquando.

DIctum eſt, res furtiuas & ui poſſeſſas uſucapi nō poſſe. Aliquando tamen eę in uſucapionem cadūt: ueluti, ſi in domini poteſtatem reuerſæ fuerint. Tunc enim uitio, quo tenebantur

tur, liberantur, & in uſucapionis cauſam redeunt. Verbi gratia: Seruum tu mihi Titij, quem ſurripueras, aut fundum quem vi obtinueras, uẽdidiſti: impediebatur ius vſucapionis. Euenit, vt medio tempore poſſeſſio cuius a me ad Titium dominum tranſiret, ſtatim furtiuæ eſſe res aut ui poſſeſſæ deſinũt. Quapropter ſi poſtea ego poſ ſeſſionem earum nanciſcar, nihil obſtabit quo mi nus uſucapiantur. ARGVM.

Res fiſco addictæ vſucapi non poſſunt: nondũ ac dictæ aut denunciatæ poſſunt.

§. Res fiſci. *HAEc habeto in modum prænię inſpectionis, ueluti pro fundamẽto quodã. Si quis te ſtimonio facto moriatur, is ei ſuccedit, quem hæredem ſcripſerit. Sin uero inteſtatus, ad ſucceſſio nem eius ueniens liberi, ſi qui ſunt poſt hos, ſi nõ extent, agnati & fiunt hæredes. Si agnati deſint, cognati; & fiunt bonorum poſſeſſores. Quod ſi nul li eorum ſuperſint, aut hæreditatem non admittant, vacantia fiunt ea bona, & fiſco acquirun tur. Et quicunque actionẽ habet aduerſus defun ctum, qualiſcunq; ea ſit, ſiue in rem, ſiue in perſo nam, ſiue hypothecariam, eam intra quadrienniũ aduerſus fiſcũ proponet. His ita ueluti pro fundamento quodam præcognitis, vide deinceps cętera. Supra diximus, res furtiuas, & ui poſſeſſas, vſucapi non poſſe. Inuenias & aliud, quod vſu non capiatur: veluti, res fiſcalis vſucapi non po teſt. Scribit tamen Papinianus ſi quis ſine ſucceſ ſore moriatur, bonaq; eius fiant uacantia, et aliquis antequam bona fiſco denuntientur, quędam ex ijs mihi uendat & tradat bona fide ementi,*

procedere

procedere vſucapionem . Nondum enim res fiſcales fuerunt , quæ in patrimonium fiſci verſæ non ſunt . Hoc nanque non ſolum prius Imperator , ſed etiam Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

ARGVMENTVM.

Res ut uſucapi queat ,uitio omnino carere , & bona fide iuſtoque titulo accipi debet. Et quid in falſa cauſa erat uſucapioni occaſionẽ nõ pręaet.

NOuiſsime autem & hoc ſcire oportet , rem vſucapiendam talem eſſe debere, ut nullũ in ſe uitium habeat , vtq; item bona fide ematur aut ex donatione capiatur, vel etiã alia ex cauſa comparetur. Sed & ueram eſſe poſſeſſionis cauſam oportet: Error enim falſæ cauſæ, locum vſucapioni non prębet: veluti, poſſidebam rem , quã emiſſe me putabam, nec emeram, aut donatam eſſe mihi, nec erat donata . Nam falſa poſſeſſionis opinio, vſucapionem impedit. §. Nouiſsime. §. Error.

ARGVM.

Poſſeſſio quæ olim profuit, & hæredi quoq; proderit. Et ut bona fides autoris , ſucceſſori prodeſt, ſic mala quoque oberit. At poſſeſſionem bona fide cœptam ſucceſſoris fides mala non uitiat. Et cõtra mala fide inchoata, ſucceſſoris bona fide non iuuãtur. Tempora autem poſſeſſionum authoris ac ſucceſſoris conſtitutionibus coniungi permittuntur.

FVndum alienum bona fide aliquis poſſidebat , opus erat longo tempore vt dominus fieret : & poſt octo forte aut nouem annos mortuus , hæredem iure ciuili , aut iure prætorio

bonorum poſſeſſorem habuit. Hæres huius aut bonorum poſſeſſor ſi reliquo tempore poſſideat, ita rem habebat, ut auferri ab eo non poſſit, etiam ſi fundum eſſe ſciuerit alienum. Nam poſſeſſionem bona fide inchoatam, mala fide ſucceſſoris non uitiat. Quod ſi contra, mala fide alienum fundum quis poſſederit, hęres eius aut bonorum poſſeſſor, etiam ſi alienum eſſe ignoret non iuuabitur, propterea quod initium poſſeſſionis cũ mala fide apud defunctum fuerit. Hæc de longo tempore dicta religioſiſſimi noſtri domini conſtitutio etiam ad uſucapionem produxit, ut a defuncto bona fide inchoata poſſeſſio in re mobili, & ſucceſſori proficiat ad implẽdam uſucapionem, & tempus eius confirmetur, quanuis ſucceſſor alienam eſſe ſciuerit. Ex contrario quoque ut mala fide inchoata poſſeſſione a defuncto hæredem bona ipſius fides in poſſidendo, non iuuet.

§. Inter uẽditorem. *Sed & ſi quis bona fide rem alienam emerit temporeq; aliquo poſſederit demum uendiderit: poſſederit & is, qui eam iterum de emptore emit: coniuncto utriuſque perſonæ emptore poſſeſſionis, ſecundo emptori dominium eius acquiritur. Sic enim Diui ſeuerus & Antoninus reſcripſerunt.*

ARGVM.

Qui a fiſco uel rem alienam emit, alioue iuſto accipit titulo, ab inde tutus eſt: at ei, qui ſe læſum putat, intra quadriennium aduerſus fiſcum de iure ſuo experiri permittitur, poſtea nequaquam. Idemq; ius in reb. ab Imperatorẽ, Auguſtaue alienatis ſeruari præcipitur:

Emiſſa

EMiſſa eſt & conſtitutio ab Imperatore D. Marco in modum edicti, qua cauetur, ut qui rem alienam a fiſco emerit elapſo quinquennio dominus eius fiat. Edictum hoc neceſſarium erat ijs, qui minore tempore, quam quinquennio domini eius, quod emerant, fieri non poterant: ue luti, qui forte furtiuum erat, & poſt tēpus quinque annorum, conuentus emptor præſcriptione repellebat agentem. Et hæc quidem Diuus Marcus. Extitit autem & D. Zenonis conſtitutio dicens eum, qui a fiſco emerit, aut dono acceperit aut ex permutatione comparauerit, ſtatim ſecurum fieri & potiorem auferre, calculum, ſiue experiatur, ſiue conueniatur. Ipſum uero rei dominum uſque ad quadriennii actionem habere aduerſus fiſcum. Atque hæc non in proprietate tantum, ſed etiam in pignore vel hypotheca, eadem conſtitutio pro lege tradidit. Itaque neque dominus rei actionem in rem, neque creditor Seruianam de rebus a fiſco alienatis, ſaluas habebant poſt quadriennium. Extat, & Principis noſtri conſtitutio, quam nuper emiſit, qua cauetur, ut eadem obſeruentur in ijs, quæ ſerenitas ipſius alienauerit, aut religioſiſſima domina noſtra, quæcunque Zenonis conſtitutio, in fiſcalibus alienationibus introduxit. §. Edicto.

De donationibus.

TITV. VII.

ARGVM.

Donationū genera duo, cauſa mortis ſcilicet,

 & in-

& inter uiuos. Donatio mortis cauſa, quæ legatorum iſtar redacta eſt, hic definitur. Ea autem tribus modis reuocatur.

Est & alius modus acquiſitionis, donatio: de qua tractare neceſſarium eſt. Meminimus eius, velut obiter & ſupra: verum nunc perfectam de ea inſtituimus doctrinã. Donationum igitur duo ſunt genera, quarum vna mortis cauſa dicitur, & altera inter viuos. Et mortis cauſa donatio eſt, quæ per mortis cogitationem fit. Veluti ſi quis periculoſam aggreſſurus nauigationẽ, aut iter infeſtum feris, latronibus, hoſtibus ve ingreſſurus, donet aliquid, ut ſi quid donanti humanitus contigerit, ei, qui accepit, extorqueri donatio non poſſit. Sin uero prior deceſſerit is, in quem donatio collata eſt, liceat donanti, quod donauit repetere. Quod ſi pœnituerit donantem, donationem ſuam recipit, quemadmodum ſi prior deceſſerit donatarius. Hæ autem mortis cauſa donationes, per omnia ad exemplum legatorum redactę ſunt. Nam olim dubium erat inter Iuriſconſultos, donationibus an legatis ſimiles eſſent: & quum vtriuſque quædam haberent inſignia donationis, inquam & legati, alij donationi eſſe ſimilem, alij legati inſtar habere dicebant donationẽ cauſa mortis. Sed prodijt cõſtitutio Principis noſtri, quæ hanc contentionem perſecuit: Sãcitum eſt enim ut per omnia fere legatis exęquaretur. Dixi Fere, quoniam à uiuente in uiuentem confertur. Conſtituatur igitur ſecundum ea, quæ diuina eius conſtitutione expreſſa ſunt. Eſt autem

tem

tem veluti in ſumma, mortis cauſa donatio, quũ ſe quis mauult habere, quàm eum cui donat: & eum cui donat, lucrari rem mauult, quàm hære dem ſuum. Huiuſmodi donationem & diuinus ille Homerus Telemachum Piræo facientem introducit, in Odyſſea, his verſibus.

Ρέιραι, οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται Od-
τάδε ἔργα yſ. ρ
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν
μεγάροισι,
Λάθρῃ κτείναντες πατρώια πάντα
δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέ
μεν, ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δὲ ἢ ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα
φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώ
ματα χαίρων.

Ideſt, ſi Latine transferas:

Piræe, incertus quoniam rerum exitus harũ eſt,
Si tacita incautum ſtolidi me forte necare.
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas:
Hęc ego te malo, quàm illorum quempiã habere.
Sin ego eos iuſta meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia lætus.

ARGVM.

Donatio inter uiuos legatis nõ omnino ex çquata, nulla mortis cogitatione facta, temere non re

uocatur,quæ ſecundum modum ſuum,aut inſinuatione eget,aut minime : quandoque etiam ſupra modum factæ inſinuationem non requirit.

§. Aliæ.

Cognita donatione cauſa mortis,dicamus de reliquis donationibus, quæ fiunt inter uiuos.Fiunt autem hæ nulla ſubſiſtente mortis cogitatione, ſicut ex quæ legatis comparantur. Porro has,ubi finem acceperint, temere non licet reuocare, Perficiuntur autem,finemq; accipiunt,quum donator voluntatem ſuam per literas, aut etiam ſine ſcripto declarauerit. Et quemadmodum venditor rem venditam tradere emptori cogitur,ita & Principis noſtri conſtitutio,eum qui donare voluit,omnino quod donauit,cogit tradere: plerumque & perfectum robur donationi tribuit,etiam ſi traditio non ſit ſequuta.Neq; vero id tantum de ijs,in quos donationes cõferuntur,ſtatuit Princeps,ſed & quiddam aliud pter hoc adinuenit. Nam quum veteres quidam Imperatores conſtituiſſent, vt donationes quæ ducentos ſolidos excederet,actis interuenientibus inſinuaretur, ipſe ſanciuit, vt vſq; ad quingentos ſolidos donatio & ſine inſinuatione,valida eſſet.Inuenit adhæc donationes quaſdam,quæ neq; ſi ſummam quingentorum ſolidorum excedant,actorum inſinuatione indigeant, ſed robur eas & vires,habere iuſſit.Multaq; ꝑterea & alia ad vlteriorem exitum, & robur donationum.Sed ea omnia facile reperiet,qui diuinas eius conſtitutiones velit euoluere.

AR-

ARGVM.

Donationem quamlibet plenam ac perfectam ingratitudinis occaſione reuocari, ne ex liberalitate ſua damnum quis experiatur. §.Sciendū.

Illud autem ſciendum eſt, quod & ſi plenæ ac perfectæ ſint donationes, ſecundum modos iam relatos, ſi tamen ingratus probatus fuerit donatarius, in eum, à quo beneficium, in ipſum collatum eſt, conſtitutio principis noſtri, poteſtatem fecit donatori, eas ex certis cauſis, quæ ingratitudini aſcribuntur, reuocandi, ne qui res ſuas liberalitatis cauſa in alterum tranſtulit, damno iniuriaq; ab eo afficiatur, cui donauit. Ingratitudinum autē modos & actiones, per quas donationes reuocantur, facile eſt diſcere, ſi quis dictam conſtitutionem legat.

ARGVM.

Donationem ante nuptias, quæ in ſe tacitam habet conditionem, ſi nuptiæ ſecutæ fuerint, non tantum matrimonio conſtante augeri poſſe, ſed etiam conſtitui, ac etiam tum initium capere: vnde & conuenientiori appellatione propter nuptias dicta eſt.

E St & alia ſpecies donationis inter uiuos, quam ueteres quidem Iuriſconſulti ignorarunt, ſed conſtitutiones Principum, qui poſt illos venere, introduxerunt. Vocatur autem Ante nuptias donatio, quam ſcilicet ſponſus in ſponſam confert. Habet autem tacitam in ſe conditionem ut, tunc demum vires habeat, & rata ſit, quum nuptiæ fuerint ſequutæ. Porro ante nuptias vocata eſt, quod ante contractum matrimonium fieri debeat: non autem poſt nuptias. Nam in uniuerſum, omnis prohibita

eſt donatio

eſt donatio conſtante matrimonio inter uirum & vxorem facta. Sed prodijt conſtitutio ſanctiſſimi Iuſtini, permittens, vt quemadmodum veteres tradunt, conſtante matrimonio dotem augeri poſſe, & ſi forte centum ſolidi in dotem dati eſſent licere mulieri poſt tempus contracti matrimonij quodcunque vellet addere, & dotem maiorem facere, nec quiſquam id donationem vocabat. Ita & vir donationem ante nuptias poſſit maiorem reddere. Ac permiſit, vt uno partem ſuam augente, & alter idem faceret. Sed quum ita conſtitutio hæc vellet, nomen donationis ante nuptias non erat non veniens, & dicebatur ante nuptias, quæ tamen poſt nuptias facta eſſet. Itaque Princeps noſter religioſiſſ. omni ex parte ius ciuile volens carere vitio, et apta rebus quibuſq; dare nomina laborans: conſtituit vt non ſolum donationes hæ conſtante matrimonio augeri, ſed etiam initium capere poſſent. Nã ſi ego vxorem duxero, nulla in eam collata ante nuptias donatione, ob inopiam forte aut aliam quam cauſam, nunc vero conſtituere ei aliquam velim, nihil obſtabit quo minus id faciam. Hoc inſuper ſancito, ne poſt hac, Ante nuptias, ſed vt, Propter nuptias vocetur donatio. In his igitur doti exæquata eſt donatio, Propter nuptias, E quemadmodum non augeri tantum ſed etiam dari dos poſt contractas nuptias poteſt, ita & donationes, quæ propter nuptias fiunt, non ſolum præcedant nuptias, ſed etiam poſt eas contractas, vel ex parte fiant, vel initium ſumant.

AR-

ARGVM.

Accreſcendi ius,acquirendi ciuilis modus , hodie in ſeruo duorum communi, ab altero dominorum manumiſſo locum nequaquam habet,ſed non manumittenti ſoluto conſulitur pretio,ſeruo autem libertas conſtitutione principali cõfirmatur.

Expoſuimus ciuiles acquiſitiones , tum eam quæ per vſucapiônem fit,tum eam quæ per longi temporis poſſeſſionem. Quod ſi quis diligẽtius inquirat, inueniet & alium antiquiorem ciuilis acquiſitionis modum. Vocatur is autem per ius accreſcendi. Et in hunc fiebat modum: Patrimus & Titius ſeruum habebant communem. Patrimus inuito Titio communem ſeruum manumiſit vindicta,ſiue apud magiſtratum. Cautũ erat iure ciuili,non ſolum Patrimũ in hac ſpecie nihil agere,neq; ſeruum ſeruitute liberare,ſed etiã partem domini,quam in eo habebat,amittere,et amiſſam iure accreſcendi ad Titium tranſire: & ita deniq; ſolum Titium fieri eius dominum. Sed quum hoc exemplo eſſet peſſimum, & ſeruum libertate defraudari, & eos qui erga ſeruũ humaniores eſſe uellent danno affici: rurſus eos, qui miſereri eius eumq; ſeruitute liberare nollẽt, lucrum,capere, parte ſerui ipſis accreſcente: religioſiſſimus noſter Imperator,inuidia id plenum indicans , diuinam ipſe viam remedij excogitauit,per quam & Patrimus,qui manumiſerit,& Titius , qui non conſenſerit , & ſeruus qui libertatem acceperit,conſtitutioni ipſius gratias agãt. Serũum enim liberum eſſe iuſſit (quando & veteres legumlatores multa & aduerſus communes regulas ſtudio & fauore libertatis) inuenerunt §. Erat olim.

runt

runt) vt & Patrimus libertatem a ſeſe datam ratam firmamque eſſe lætetur,& ſocij res in pretio ſeruetur in damnis, id ei ſecundum partem dominij quam habebat in ſeruo reſtituente manumiſſore. Sicut latius in dicta conſtitutione comprehenſum eſt.

Quibus alienare licet,uel non.

TIT. VIII.

ARGVMENTVM.

Qui dominus eſt,rem ſuam quandoque alienandi poteſtatem non habet: & contra, non dominus quandoque habet:ut,qui rei dotalis dominus eſt, eam ne vxore quidem conſentiente,alienare, aut obligare poteſt: creditor autem, qui dominus nō eſt,forma legis ſeruata,ex pacto, vel etiam nullo intercedente pacto,pignus alienat.

NVNC mirabiles quoſdam caſus enumerare eſt neceſſe:quando aut is,qui dominus eſt, rem ſuam alienare non poſſit, aut is,qui dominus non eſt rem non ſuam poſſit.Et primo de illo dicamus quando dominus alienare non poſſit:veluti mulier quædam,quum viro nuberet, varias ei res nomine dotis dedit: dedit autem & fundum. Et traditione facta, totius dotis eum dominum fecit. Vir igitur quicquid eorum, quæ in dotem accepit, alienauerit, dominium in accipientem transfert: dotalem vero fundum, id eſt,qui datus in dotem eſt, lex Iulia alienari prohibet, quamuis eius vir ſit dominus. Sed & hoc lex Iulia vetabat, ne res immobiles in Italia ſitæ, à viro, inuita vxore alienarentur, Obligare vero eas ne volente quidem

dem

de uxore poterat: Sed abſurdũ hoc videbatur eſ ſe alienationem conſentiente vxore recte fieri, vbi tamen res penitus ad alium abit: hypothecas vero, vbi res in dominio mariti manebat, nec de conſenſu vxoris concedi. Verum, dicimus ex tali cogitatione, ad hanc rationem prorupiſſe legem. Nouerat enim, vbi de alienatione fundi dotalis, quam maritus faceret, ad mulierem referretur, ipſo auditu turbatum iri mulierem, nec inductum iri vt conſentiret. Sin vero de hypotheca vxori maritus aliquid diceret, non grauatim eam conſenſum præſtaturam. Non iniuria ergo, rogatione ſua, hypotecarum cauſam ſubuertit: alienationem vero, vxorij conſenſus difficultati reliquit. Lex igitur Iulia, alienationem inuita vxore factam prohibuit, hypothecam autem, & de conſenſu vxoris factam vetuit. Et locum hæc habebant tantum in rebus immobilibus in Imperator vero noſter commodiſſima excogitatione vtrunque commutauit. Nec enim in ſolis Italicis prædijs, verum etiam in prouincialibus, prohibitam eſſe & interdictam marito voluit alienationem vel obligationem rerum dotalium etiamſi rei gerendæ mulier conſentiat: ne muliebris ſexus imbecillitas, perniciem rebus ipſis afferret Porro nunc dicere oportet, quãdo is qui dominus non eſt, alienandi habeat poteſtatem. Id autem velut in hac ſpecie contingit: Centum à te ſolidos mutuo accepi, fundumq; tibi meũ in cãm pignoris obligaui, ac cõueni, vt anno elapſo, & debito non exoluto, pignus tibi vendere liceat. Ecce hic, creditor quum dominus non ſit, §. Cõtra.

ſit, recte alienat. Si quis tamen rem diligentius inſpiciat, nihil miri contingit. Nam ei debitor ipſe, qui dominus eſt, vendere videtur: cui ex pacto ceſſatione facta in ſoluendo debito, vende re creditorem permittit. Et olim quidem formam quandam habebant creditores, qua conceſſum ijs fuerat, hypothecas aut pignora vendere. Sed emiſſa eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, quæ neque creditores indebiti ſui perſecutione impediri voluit: neque debitores temere & inexcuſſe res ſuas amittere. Elegantem igitur adinuenit alienandi modum, per quem pignorum venditio poſſit procedere. Quæ conſtitutio vtrunque beneficio affecit, tum debitorem, tum creditorem. Modos autem quibus hæc fieri poſſint, facile eſt inuenire, ſi quis ſacram hanc ſanctionem legat.

ARGVM.

Pupillus pecuniam ſuam ſiue tutoris authoritate mutuans, accipientis non facit: quo fit, vt extantes numos vindicet, conſumptos haud mala fide condicat, aut ad exhibendum, ſi mala interceſſit fides, agat.

§. nec admonendi. *SVnt et alij qui res ſuas alienare non poſſint. Vt pupillus & pupilla res ſuas alienare non poſſunt ſine authoritate tutoris: quapropter neque mutuum dant. Quid autem id ſit, dicere eſt operæpretium. Tu vero hæc habeto in modum præuiæ inſpectionis, velut pro fundamento quopiam. Definitio mutui eſt, vt accipiens dominus fiat, & vt nobis obligetur, non ad eadem illa, ſed ad alia eiuſdem ſubſtantiæ & quantitatis. Ideo autem dixi, vt accipiens dominus fiat: nempe vt commoda-*

commodatum & depoſitum vitarem: in his enim accipiens dominus non fit. Ideo rurſus dixi, Vt nobis obligetur: nempe vt uitarem donationem. In hac enim accipiens non obligatur. Ideo denique dixi, Non ad eadem illa, ſed alia eiuſdem ſubſtantiæ & quantitatis: ne ſcilicet vſum mutui tollerem. Nam ſi cogeretur is, qui mutuum accepit, ea, quæ accipit, reddere: ſuperuacuum eſset mutuari. Enimuero non quæuis res mutuo dantur ſed eæ, quæ in pondere, numero, aut menſura conſiſtunt. Et in pondere conſiſtunt, uerbi gratia, aurum, argentum, plumbum, ſtannum, cera, æs, pix, & ſi qua ſimilia. In numero, quæ per numerum dantur, vt minuti numi. In menſura, verbi cauſa, frumentum, hordeum, & reliqua talia. His ita veluti pro fundamento præcognitis, vide nunc cætera. Diximus pupillum ſine tutoris authoritate res ſuas alienare non poſſe. Quid igitur ſi mutuum dederit ſine tutoris authoritate, an valida eſt mutui datio? Et dicimus, nequaquam. Nam in mutuo, accipiens, dominus fit: id quod hic non fit, quoniam ſine tutore pupillus alienare nō poteſt. Neq; mutuum igitur conſiſtit, neque accipiens obligatur. Quid ergo? Numos à ſe mutuo datos actione in rem pupillus vindicabit, idq; ſi extant numi. Sin vero malæ fide conſumpti ſunt, id eſt, ab eo qui pupillum eſſe ſciuit, à quo mutuum accepit: actione ad exhibendum tenebitur. Nam quæ, quum extant, actione in rem uendicantur, in ijs ſi occultentur, aut mala fide conſumpta ſint; actioni ad exhibendum locus eſt. Quòd ſi bona fide conſumpti ſunt, id eſt, eo qui

eo qui mutuum accepit exiſtimante adultum eſſe qui mutuum dabat: tunc neq; actio in rem intentari poteſt, quoniam non extant numi; neque ad exhibendum, quoniã non occultantur, neq; mala fide cõſumpti ſunt. Quid ergo fiet, ne ius, quod pro pupillo introductum eſt, in damnũ ipſius vertatur? Et poſteà, quàm nulla ex Iuris regulis actio competit, reliquum eſt; vt condictionem habeat, & quod pecuniæ numeratione effectum nõ eſt, vt ſcilicet mutuum conſiſteret, & condictione teneretur accipiens: id efficiat bona fides conſumentis. Nam & hic oritur condictio.

ARGVM.

Solutio a debitore pupillo tutoris authoritate ac iudicis interpoſita, facta plenam ſoluenti parit liberationem: alioqui pecunia ſalua, aut ditiore pupillo reddito, exceptionis beneficio liberatione ſolués cõſequitur: aliter aũt minime liberatur.

§. At ex cõtrario. *QVid autem contra, ſi quis pupillo rem aliquam det ſine tutoris authoritate? Et dominus ſit pupillus. Neq; enim lex ei inuidet patrimoniũ ſuum ſine tutoris authoritate augenti. Quid ergo ſi debitor pupilli, ipſi pupillo debitum ſoluit? Et dubium non eſt, quin pupillus eorum dominus fiat, quæ ſoluuntur. An ergo debitor obligatione liberatus eſt? dicimus quod nequaquam. Nam ſi dicimus debitorem liberatum eſſe, iam reperitur pupillus accepto ſine tutoris authoritate debito obligationem alienare, quod prohibitum eſt, In ſolutione ergo debiti, opus eſt authoritate tutoris. Si quid enim ſine permiſſu illius ſolutum fuerit, non liberatur debitor. Et*

hoc apertiſſime Princeps noſter religioſiſſimus conſtituit in conſtitutione, quam ad Cæſarienſes aduocatos, ex ſuggeſtione Triboniani quæſtoris eminentiſſimi ſcripſit: qua ſancitum eſt, vt debitor pupilli, ſolutionem tutori eius aut curatori faciat (ſcit enim quando impuberi curator detur) quam ita facere debet, vt prius iudicis ſententia ſine omni ſumptu celebretur, quæ ſolutionem fieri permittat. Quo ſubſequuto, ſi & iudex pronuntiauerit, & debitor ſoluerit: plena ſecuritas ei, qui ſoluerit, parta eſt, vt pote à debito iam liberato. Quod ſi præter dictam formam ſolutio aliqua debiti facta fuerit, & ſoluta pecunia extet apud pupillum, aut acceptam vtiliter in vſus ſuos, aut patrimonium ſuum conſumpſerit, forte enim aut ædes ſuffulſit, aut fundos ſuos excultiores reddidit, aut præceptoribus mercedes præbuit, aut creditores abſoluit: nihilominus & ita ſaluam habet aduerſus debitorem actionem pupillus, ſed ſi agere cum eo nitatur & debitum petere, oppoſita doli mali exceptione ſubmouebitur. Sin vero acceptam per luxum & inutiliter conſumpſerit, aut furto amiſerit: debitum à debitore iterum repetet, nec vlla obſtabit exceptio: nam proculdubio condemnabitur debitor, quia temere ſine tutoris authoritate, & non ſecundum diſpoſitionem conſtitutionis Principis noſtri, ſolutionem fecerit.

ARGVM.

Pupillus, ſine tutore creditori debitum inutiliter ſoluit: & ideo qui extant, numos vendicãt,

ſup-

ſuppreſſos aut mala fide inſumptos ad exhibendũ actione repetit.

§. Sed ex diuerſo. *IMpuberes quoque ſine tutoris authoritate ſoluere non poſſunt, quando nec dominium in accipientem transferunt: propterea quòd nullam ſine tutoris authoritate res ſuas alienandi poteſtatem habeant. Quid ergo fiet, quum ſoluerũt, nec à debito liberantur, quaſi is cui ſolutum eſt, dominus factus non ſit? Et dicimus extantibus nummis fore, vt in rem actionẽ habeãt: ſuppreſſis aut mala fide conſumptis, ad exhibendum. Quod ſi bona fide conſumpti ſint, quia forte creditor putabat eſſe adultos, & ita conſumpſit: quoniam neque actio in rem procedit, quum non extent, inutiliſq; eſt & actio ad exhibendum: quum neque mala fide conſumpti ſint, neque ſupprimãtur: ex ipſo facto hoc liberabuntus pupilli a debito. Et quod numeratio ſine authoritate tutoris facta non fecit, id conficit bona fides conſumentis.*

Per quas perſonas nobis acquiritur.

TITVL. IX.

ARGVM.

Quæri nobis non tantum per nos poteſt, ſed & per eos, quos in poteſtate noſtra habemus liberos ac ſeruos, & eos, quorum uſusfructus nobis debetur: ad hæc per ſeruos alienos & homines liberos, quos bona fide poſſidemus.

QVæcunque dicta ſunt, ſiue in rebus, ſiue in actionibus acquiruntur nobis, non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eos, quos in poteſtate habemus. Itẽ per ſeruos alienos, in quibus vſumfructum habemus. Sed & per liberas

liberas perſonas, & ſeruos alienos, quos bona fide poſſidemus, noſtros eſſe ſeruos exiſtimantes. De ſingulis ergo diligentius uideamus.

ARGVM.

Aduentiorum bonorum filij patri uſumfructū, ſibi proprietatē acquirunt: profecticiorum autē & uſusfructus & ꝓprietas patri omnino quærūtur.

ET in primis, liberi nobis noſtri acquirunt, quos inptāte habemus, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ. Atque olim quidē, quicquid vndecunq; ad eos peruenerat, nobis, in quorum erant poteſtate, acquirebant: exceptis caſtrenſibus peculijs. & ita hæc parentum erant, quæ liberi acquiſierant, ut poteſtatē haberent qđ p unū uel unā ex liberis acquiſitum erat alteri filio, aut extraneo donare uel uendere, vel quocunq; modo applicare. Quod quum Principi noſtro inhumanū uiſum eſſet, generali ipſius conſtitutione compe tentem id curam accepit, in qua & liberis peper cit, & parentibus debitum honorem reſeruauit. Sanciuit enim vt ſi quid ex re patris filio, qui in poteſtate eius eſt, obueniat, donatum forte a patre, aliave ex cauſa ad eum trāslatum: hoc ſecundum antiquam conſeruationem, totum patri acquiratur. Nec enim vlla inuidia eſt, id, qđ ex patris occaſione ad eum profectum eſt, ad patrem reuerti. Quod uero alia ex cauſa filiusfamilias acquiſierit, eius ut uſusfructus patri acquiratur, & proprietas apud filium maneat. Iniquum enim eſt, id quod magno labore, aut proſpera fortuna cuiquam acceſſit, in alterum conferri, & ei, qui primitus acquiſierit, cauſam §. Igitur.

meroris

eſſe, * *quoniam non tam moleſtum eſt nihil acquiſiiſſe, quàm quum acquiſieris, id tibi auferri.*

* quoniam Sumptum videtur ex oratione Cyri apud Xenoph. lib. pę

ARGVM.

Filium emancipans velut in emancipationis pretium dimidiam vſusfructus aduētitiorum partem duntaxat conſequitur, quæ in tertiæ locum partis, hodie ſucceſſit.

§ Hoc quoq;

ERant ſane, & ante conſtitutionem religioſiſſimi noſtri Principis quædam, quæ patri non acquirebantur: ut bona materna, & lucra nuptialia. Erat & conſtitutio, per quam licebat patri filiū emancipanti, tertiā partē eorum, quæ acquiſitionem effugiunt, ſibi retinere, quaſi emācipationis pretium. Et inhumanum quiddam accidebat: ut emancipatio, quæ honoris cauſa filiofamilias dabatur (nam ſui iuris per eam fiebat) in damnum ipſius conuerteretur. Per dimi nutionem enim rerum fortunis ſuis ſpoliabatur. Vnde religioſiſſimus noſter Princeps conſtituit, ne poſthac tertiam partem proprietatis pater retineret in rebus filij, quæ in acquiſitionem nō ueniunt, ſed dimidiæ partis uſumfructū. Sic enim & intactum apud filium manet patrimonium ſuum, & pater dimidię partis uſumfructum accipiens: maioris honoris nomine lætatur, ut qui pro tertia dimidiam ſit habiturus.

ARGVM.

SERVVS etſi domino uel ignoranti acquirit, hęreditatem, tamen niſi eius iuſſu non adit: cui non proprietas tantum, ſed & poſſeſſio quoq; quæritur.

§. Itē vobis

NOn ſolum autem liberi noſtri, qui in poteſtate noſtra ſunt, nobis acquirunt, ſed etiā ſerui noſtri, ſiue quid ex traditione nāciſcantur, ſiue

ſiue ſtipulentur, ſiue ex alia qua cauſa acquirant. Id enim & ignorantibus, imo quod maius eſt, & nolētib. dominis acquiritur. Nam ſeruus, vt qui in aliena ſit poteſtate, nihil proprium habere poteſt, excipe hæreditatem: Si enim ab aliquo ſeruus meus, hæres: ſcribatur: haud aliter eam acquirere poteſt, quam ſi iuſſu meo adeat. Nam fieri poteſt, ut onera, quæ latent, necdum comparent longe maiora ſint lucro, quòd prima facie apparet. Porro abſurdum eſſet, ignorantes, imo & nolentes nos, damnoſam adire hæreditatem, eaq; propter, in acquiſitione hac neceſſe eſt, domini iuſſus præcedat. Et ſi voluntate mea ſeruus meus adierit, perinde hæres efficiar atque ſi ego ipſe hæres ſcriptus fuiſſem. His autem conſequens eſt, vt & legata ipſis relicta, nobis acquirantur. Porro non ſolum proprictas per eos quos in poteſtate habemus, acquiritur nobis, verum etiam poſſeſſio. Siquis enim rem non ſuam mobilem aut immobilem, ſeruo meo bona fide accipienti tradat poßeſſio eius ſiue detentio ad hoc mihi proficiet, vt rei dominus conſtituar per vſucapionem, vel longi temporis poſſeſſionem.

ARGVM.

Seruus, cuius vſusfructus nobis debetur, ex duabus cauſis, ſcilicet re noſtra, ac operibus ſuis nobis, ex reliquis proprietatis domino qnærit.

ET hæc quidem de ſeruis noſtris. Acquirunt autem nobis, vt dictum eſt, & ſerui alieni, ī quib. vſum fructū habemus. Non tamē §. De ijs autem.

I qui-

quibuſuis ex cauſis, ſed ex duabus tantum: hoc eſt, ex re mea, & ex operis ſuis. Ex re mea eſt, quando, verbi gratia, curam ei poſſeſsionum mearum credidi: aut permiſi, vt pecunijs meis mutuandis præeſset, diſpenſatoremque (vt vocatur) eum feci. Fieri enim potuit, vt ex diligentia circa rem familiarem, vel circa res ruſticas, vel in mutuum dando, extrinſecus aliquid ad ea, quæ mihi debentur, & ad me ſpectant, lucri corradat: hoc dicitur ex re mea, & mihi acquiretur. Ex operis autem ſuis, verbi gratia, aut ſutor erat, aut faber, aut pictor. Locaui eum, ut alijs operaretur, pactamque mercedem pro arte ſua acciperet. Fieri poteſt, vt hic ſupra pactam mercedem aliquid acceperit: & quod inde partum eſt, mihi acquiret, ideſt, ex operis ſuis. Si quid uero extra has duas cauſa acquiſierit, hoc ad proprietarium pertinet. Quapropter ſiue hæreditas ei relicta, ſiue legatum datum eſt, & legatum eſt conſequutus, ſiue donationem aliquis in eum contulit, proprietario id, non vſufructuario acquirit.

ARGVM.

Liber homo ac ſeruus alienus bona fide poſſeſſi, poſſeſſori ex re ipſius propria, operiſque ſuis non modo proprietatem, ſed & poſſeſſionem quoque quærunt: quod uero extra has duas cauſas partum fuerit, proprietatis domino, ſi ſeruus ſit, qui quærit, acquirit: ſi liber, lex ipſi reſeruat, quo ad fortunã conditionemque ſuã agnouerit.

§. Idẽ placet *QVæ dicta ſunt de ſeruo, in quo vsũfructũ habeo, & in eo placuerunt, quem bona fide*

ſide poßideo, ſiue liber ſit, ſiue alienus ſeruus. Nam & hi, ex duabus illis cauſis nobis acquirunt, hoc eſt, ex re mea, vel ex operis ſuis. Quod uero extra iſtas duas cauſas nanciſcũtur, id, ſi liber eſt, quem bona ſide poßideo, lex ipſi reſeruat, in illud ſcilicet tempus, quum fortunam ſuam is agnouerit: quod ſi alienus eſt ſeruus, quẽ bona ſide poßideo, domino uero acquiruntur quæcunque ille acquiſierit. præter quam ex duabus illis cauſis. Porro qui bona ſide alienum ſeruum poſsidet, tantiſper ex duabus tantum cauſis illis eorum: quæ acquiſita ſunt per ſeruum, dominus ſit, dum triennium tranſeat: hoc enim elapſo, ſeruum in poſterum vſucepit, & quacunque is aliquid ex cauſa acquirat, ipſi acquirĩt. Nam qui liberum bona ſide poſſidet, non vſucapit, vt dictum eſt. Sed neque is qui vſum fructum, habet, vſucapere vnquam poteſt. Primum quia non poſſidet: porro ſine poßeſſione uſucapio non procedit. Eſt autem poßeſſio, animo dominantis poſſidere: hic vero tantum habet ius vtendi & fruendi. Quod ſi quis nullo ad iuris regulas habito reſpectu, verum ex ijs quæ oculis videt æſtimans rem uſufructuarium poſſidere dixerit: alia, & quidem maiori ratione prohibebitur uſucapio, nimirum quod uſufructuarius mala fide poſſideat: neque enim neſcire potuit alienum eſſe. Non ſolum autem proprietas nobis per ſeruos, in quibus uſumfructum habemus, aut quos bona ſide poſſidemus, uel per liberam perſonam, quam bona iti dem fide poſſideo, ſeruum meum eſſe exiſtimans.

ſed etiam poſſeſſio acquiritur, ſecundum tamen ea, quæ paulo ante dicta ſunt hoc eſt ex re mea, uel ex operis ſuis. Nam ſi rem alienam ex duabus his cauſis, ab eo, qui dominus non fuerit aceperint tempora, quibus ipſi in poßeſſione fuerint, & mihi ad uſucapionem proficient, ſiue current.

VRGVM.

Per extraneũ prorſus, nobis omnino nihil quę ri poteſt: niſi is procurator ſit, qui non dominium modo, uerum & poſſeſſionem atque uſucapiendi conditionem nobis acquirit.

§. Ex his. *EX ijs igitur, quę dicta ſunt, apparet, per liberas perſonas, quæ nec in poteſtate noſtræ ſunt, nec bona fide nobis ſeruiunt: item per alienos ſeruos, in quibus neque uſumfructum habemus, neque poßeſſionem bonæ fidei, nulla ex cauſa quicquam nobis acquiri poſſe. Et hoc ſcilicet eſt, quod uulgo dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, excepto caſu, quem iam referam. Nam ſi quis mihi prædium, quod alio in loco ſitum eſt, uendat: neque ego illuc proficiſci poſſim, ſed procuratorem meum mittam, & hic poſſeſſionem prædiorum accipiat: poſſeſſio mihi per eum acquiretur. Nec uero ſolum ſi ſcientibus nobis id contingat, ſed etiam ſi ignorantibus, poſſeſſio eius, quod noſtro nomine ijs datum fuerit, nobis acquiritur, ut voluit conſtitutio Seueri Cæſaris Poßeſſionę uero nobis acquiſita, tacite ſequitur & dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit: quod ſi non fuerit, per uſucapionem*

capionem, aut longi temporis poſſeſſionem, dominium rei traditæ acquiro.

ARGVM.

Epilogo admodum eleganti cum venuſta tranſitione, quæ ſuperioribus titulis dicta ſunt, repetit ac concludit, quæ dicturus deinceps, paucis perſtringens.

HActenus dixiſſe ſufficit, quemadmodum ſingulæ res nobis acquirantur. Eſt & alius ciuilis acquirendi modus per legatum: quo & ipſo iure ſingulæ res nobis acquiruntur. Item per fideicommiſſa: vbi etiam ſingulæ res poſſunt relinqui. Verum hæc commodius ſuis locis infra dicentur. Acquiſitiones igitur aut Iuris gentium ſunt, aut Ciuiles. Et Iuris gentium quidem ſint quatuordecim: vt Venatio, Hoſtium ſpolia: & lapilli in littore maris inuenti, ſiue pretioſæ gemmæ. Animalium noſtrorum fætus, Alluuio: inſula in mari aut flumine enata: Et prædia ad alueum à flumine deſertum, habere: Et alienam materiam, in eam ſpeciem, quæ in priſtinam materiam redire nequeat, mutaſſe: Et ex aliena & ſua materia ſpeciem feciſſe: Duorum materias eiuſdem aut diuerſi generis voluntate dominorum, aut fortuito commiſtas eſſe. Regula, quæ dicit ſuperficiem ſubiecto cedere, vt in multis caſibus viſum eſt: veluti qũ ex aliena materia domum in ſolo meo conſtruxit: aut ex meo, in alieno. Alienam arborem in ſuo plantaſſe fundo, & contra ſuam arborem in alieno fundo plantaſſe ſic vt radices §. hactenus.

egerit. Literas chartis aut membranis meis inſcriptas eſſe. Porro in imagine uitiabatur regula: nam tabulam uincebat pictura. Bona fide alienum fundum poſſidere, & hunc conſueuiſse Theſaurum in ſuo leco, aut in ſacro religioſoue ex caſu reperiſse. Si enim in alieno, pro dimidio tantum dominus fiet, ſiue priuati, ſiue Principis ſiue Fiſci, ſiue Ciuitatis is locus fuerit. Ad hæc & traditio. Porro autem Ciuiles acquiſitiones olim quinque erant, hodie quatuor. Veluti uſucapio, longa poſseſſio, & apud ueteres ius accreſcendi, eo quòd temere in ſeruum communem libertas eſſet collata. Et legatum. Ad extremum & fideicommiſſum. Sed hæ ſingulares acquiſitiones ſunt: quoniam & una res eſt, quæ geritur, & una res nobis acquiritur. Sunt autem & aliæ acquiſitiones, quæ dicuntur per uniuerſitatem. In quibus una quidem res eſt, quæ geritur, ſed multa nobis ſub uno acquiruntur. Porro acquiſitiones vniuerſales ſunt hæ: Hæreditas, Bonorum poßeſſio, Abrogatio, Et aliena boná libertatum conſeruandarum cauſa addici. Ac de hæreditate quidem primo oportet diſſerere: quoniam hæreditatum duplex eſt ac quiſitio (aut enim ex teſtamento, aut ab inteſtato ad nos pertinent) prius de ea tractemus, quæ ex teſtamento ad nos pertinet. Qua in re neceſſe eſt, vice præfationis exponere: quemadmodum teſtamenta fiant.

De teſta-

De teſtamentis ordinandis.

TIT. X.

ARGVM.

Teſtamentum, quod olim multiplex uariumq; fuit huic plene docetur, etymo tantum ab Imperatore declaratur, definitur autem a Iuriſconſulto. ff. eodem. l. prima. vt ſit noſtra uoluntatis ſententia iuſta de eo, quod poſt mortem noſtram fieri uolumus.

*NECESSARIVM eſt ante omnia teſtamenti dicere definitionem, aut * Etymologiam. Teſtamētum autē Latinæ dicitur, quod Græci διαθήκην uocant, inde notationem habens, quòd teſtatio mentis ſit. Habet enim teſtimonium mentis defuncti. Ne quid autem eorum, quæ olim in uſu erant, ignoretur (nam quanuis in horum ignorantia nihil ſit periculi, tamen ad cognitionem hiſtorię, & ut intelligatur, quemadmodum paulatim temporis proceſſu hęc mutata ſunt, haud abſurdum erit aliquid dicere) teſtamentorum duo erant olim genera. Et alterum quidem Calatis comitijs dicebatur: alterum uero Procinctum. Teſtamentum Calatis comitijs tempore paucis fiebat bis in anno, hunc in modũ. Pręco uniuerſam circuibat ciuitatem conclamans, & totus populus congregabatur, & ita qui uolebat, teſte populo teſtamētum ſcribebat. Inde Calatis comitijs dictum eſt. Nã Calare uocare eſt: Comitia, congregatio: quoniam igitur uocati congregabantur, appellatum eſt teſtamentum Calatis comitijs * Procinctum uero teſtamentum eſt, quod fiebat, quum in prælium*

* Etymologiam. Hinc apparet nõ iniuria a Valla reprehenſũ eſſe hunc locũ.

* Procinctum Hoc ĩ procinctu tantũ Latini uocant.

lium eſſent extituri, nomenque ab habitu, in quo teſtamenta faciebant ſortitum eſt. Procinctus.n. dicitur qui accinctus eſt & paratus ad confligẽdum cum hoſte. Nam quum in incerto eſſet, an redituri eſſent teſtamento prius facto in præliũ exibant. Porro quum hæ duę tantum ſpecies in uſu eſſent, eueniebat vt nonnulli ſubitaneo morbo correpti, inteſtati morirentur, neque.n. Calatis comitijs teſtabantur, quia nondum inſtaret tẽpus: neque item in Procinctu, quia bellum non eſſet. Deinde & illud mali ominis videbatur, ſano quempiam & ualente corpore teſtamentum facere. Ob hæc igitur tertia ſpecies inuenta eſt, quę dicebatur Per æs & libram. Fiebat autem per emancipationem. Porro emancipatio eſt imaginaria uenditio. In hunc. vero modum vendebatur. Quinque aderant teſtes, & libripens, ciues Romani, ijq; puberes. Atque ijs præſentibus, is qui ſucceſſor defuncti erat futurus, patrimonium morituri emebat, verba quædam dicens ſolẽnia, quæ nunc fruſtra ſit referre: & imaginarij prętij nomine, numũ rerũ domino dabat, appellabaturq; is, qui emebat, Familiæ emptor, Deinde ordinabat moriens, quid poſt mortem ſuã fieri uellet. dicebat.n. familiæ emptori, ſiue hæredi: Huic uolo dari fundũ, illi domũ, alij centũ ſolidos. Hoc teſtamenti genere inuenio, priora illa Calatis Comitijs & in Procinctu iam longo tempore in deſuetudinẽ abierãt. Sed & tertiũ genus per æs & libram, paulatim ſperni cæperat. Nam, quũ idẽ familiæ emptor eſſet, & hæres, pro certo habẽs is ſe hęredem futurum, in dominũ hæreditatis inſi-

dias

dias cõparabat: unde complures pro ueteri more familiæ emptorem adhibebant, qui imaginaria emptione patrimonium morituri emeret: ſed teſtatur ſeorſum in tabulis aut chartis, quem ſibi hæredem eſſe vellet ſcribebat. Et prædicta quidem teſtamentorum genera, ſolo Iure ciuili cognita erant. Poſtea uero ex edicto Prætoris alia teſtamentorum faciendorum formæ inuenta eſt. Nam iure Prætorio nulla emancipatio ſine imaginaria uenditio interueniebat, ſed ſeptem teſtiũ ſigna honorario teſtamento ſufficiebant. Si quis. n. teſtamẽto facto ſeptem teſtium ſignis id feciſſet ſignari, perfectum erat iure honorario teſtamentum, cũ iure ciuili ſignis teſtium opus non eſſet.

ARGVM.

Teſtamenti (quod triplici iure ſubnixum eſt) ſolennitas in teſtium ſe ſubſcribentium ac ſignaculorum numero hæredisq; nominatione poſita eſt cum ſcripto conſtat, nihil tamen ſignaculo uno teſtes omnes uti poſſe uetat.

§. Sed quum paulatim:

SEd quum paulatim, partim ex uario uſu hominum partim ex emendationibus conſtitutionũ, in unã, cõſonantiã cõiungi cœpiſſet Ius Ciuile & prætoriũ cõſtitutũ eſt & obtẽtũ: ut uno eodẽq; tẽpore, (qđ Ius Ciuile uolebat) ſeptẽ teſtibus præſentibus & ſubſcribentibus) qđ ex conſtitutionibus inuentũ eſt (ſignisq; eorũ impreſſis) qđ prætor uolebat teſtamentũ perficeretur. Sic igitur hodie ex hoc triplici iure teſtamenta conſtant, Ciuili, Cõſtitutionum & Prætoris. Et ex Iure quidem Ciuili, deſcendit, ut teſtibus præſentibus uno contextu coniunctim teſtamentum peragatur; ex

conſtitutionibus autem teſtatoris teſtiumque ſubſcriptiones deſcendunt, porro ſignacula & teſtium numerus, ex dicto Prætoris. Omnis autem hæc obſeruatio ad hoc pertinet, vt fraudes in teſtamenti confectione remouerentur, & omnis dolus abeſſet. unde & a religioſiſſ. Principe noſtro hoc conſtitutione quadam additum eſt, vt teſtator ipſe manu ſua nomen hæredis ſcribendo exprimat, quod hunc hæredem inſtituerit. Quod ſi id ille non faciat, ſaltem teſtibus hæredis nomen dicere neceſſe eſt: &, vt rem verbo dicam, in nominibus ſecundum conſtitu-
§. Poſſunt. *tionis illius tenorem, procedi oportet. Porro quoniam dictum eſt, vt teſtes ſignacula ſua imprimant: ſcire debes eos, & vno annulo teſtamentum ſignare poſſe. Quid enim ſi ſeptem teſtes annulos habeant, qui omnes vna ſint ſculptura, hoc eſt vnum et eundem habeant characterem? Sicut Pomponio videtur. Sed & alieno annulo ſignare licet.*

ARGVMENTVM.

Teſtem eundem in teſtamento eſſe poſſe, qui & heres inſtitui poteſt, modo ex his, qui hic prohibētur, non ſit.

§. Teſtes. *HI autem demum ad teſtimonium admitti poſſunt, quibuſcum teſtamenti factionem habemus, hoc eſt qui & a nobis hæredes ſcribi poſſunt, & ipſi nos ſcribere. Sunt & alij, qui omnino a teſtamentario teſtimonio arcentur, vt mulier, impubes, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, ſeruus. Poſtremo & is, quem leges improbum inteſtabilemque eſſe iubent. Et quiſnam*

hic

hic eſt? dicam exemplo, Quum quidam teſtamentum ordinaret, vocatus eſt Titius in teſtem, & in teſtē ſeſe præbuit, hoc eſt, teſtamento ſuſcripſit & ſignauit. Mortuo teſtatore noluit adeſſe, aut loco teſtimonij ſubſcriptionem ſuam, ſignūq; agnoſcere. Hunc leges odio perſequuntur, neq; ex alieno teſtamento quicquam capere ſinunt, neque ius teſtandi concedunt, neque in alieno teſtamento teſtem eſſe permittunt. Is autem dicitur improbus inteſtabiliſque.

ARGVM.

Seruum communi errore liberum creditum, etiā ſi deinceps ſeruitus detecta fuerit, teſtamenti fa uore, in teſtamento teſtem eſſe poſſe unde elicere licet communem errorem ius facere, & ueritati opinionem præferri.

QVid ergo ſi quis? teſtium in teſtamento adhibitorum, qui tempore faciendi teſtamenti liber exiſtimabatur, poſtea ſeruus apparuerit? Videamus an teſtamentum irritum & infirmum ſint, quoniam ſeruus eſſe teſtis prohibetur, vt dictum eſt. Et quum primum hæc dubitatio orta eſſet, emiſſa eſt. Hadriani Cæ ſaris conſtitutio ad Catonium verum. Et quū iterum idem contigiſſet, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ex ſua liberalitate ſe viribus teſtamenti ſuccurrere, vt perinde id haberetur, quaſi ab initio ſine uitio omni factum fuiſſet, omnibus exiſtentibus liberis, qui pro teſtibus interueniſſent: quum eo tempore, quo teſtamentum condebatur: omnium opinione pro libero habitu ſit neque quiſquam fuerit, qui ſtatus ei quæſtionem moueret. §. Sed cū aliquis.

ARGVM.

Patrem ac filium, quinetiam fratres duos in eo dem teſtamento, ſi modo extranei ſint, teſtes eſſe poſſe, in proprio non poſſe. In eo nanque iura domeſticum teſtimonium reprobarunt. domeſticum autem non ex cognatione, ſed unitione per patriã poteſtatem ius metitur.

§. Pater.

SI teſtamentum ego faciam teſtis in eo poteſt eſſe Primus unaque filius eius. Secundus quãuis in poteſtate ipſius ſit. Sed & duo fratres, qui in eiuſdem poteſtate ſunt, teſtes eſſe non uetantur Neque enim prohibet quicquam, quo minus plures ex una familia ſeu domo teſtes alieno in teſtamento adhibeantur. Porro quum quis teſtatur, ſi teſtamentum ſuum eſſe uult perfectum & ſine uitio, uideat ante omnia, qui ſint inter teſtes futuri, et inquirat nun quis eorum in poteſtate teſtatoris ſit, et ĩuctũ a teſtimonio repellat. Illud uero amplius non quærimus, nũ quis teſtiũ ĩ poteſtate habeat teſtatorẽ, aut in eiuſdẽ poteſtate ſit: Et ratio eſt hæc: Vtrũ uis teſtatorẽ eſſe ſui iuris an in poteſtate? Si ſui iuris eſſe dixeris, nõ ꝓcedet q̃ſtio, nũ quis aut in eiuſdẽ poteſtate ſit, aut, eũ in poteſtate habeat. Quod ſi in poteſtate fingas eſſe tã maiore ratione, uim teſtamenti ſoluis: quoniam, qui in aliena poteſtate eſt teſtari non poteſt. Nam teſtamentum eſt, per quod quis de rebus ſuis diſponit: at qui in poteſtate aliena eſt, plenam rerum ſuarum adminiſtrationem non habet, ut de ijs quomodo uelit, ſtatuere poſſit. Si tamen unquam aliquis qui aliena in poteſtate eſt, teſtabitur, tunc reliquum erit uidere, num

fieri

ſieri poſſit, vt & cætera procedant. Et ſane, quũ diu quærimus inuenimus ueteranum, qui quum in patris poteſtate ſit (eſt autem Veteranus, qui alias militauit, & nunc militia ſolutus eſt) de peculio tamen caſtrenſi, teſtari poſſit. Id eſt ijs de rebus, quæ labore ſuo in bellis comparauerit. Id enim ei per Principum cõſtitutiones indultum eſt. Quãdo igitur teſtator hic in aliena eſſe poteſtate inuenitur, tractemus reliqua. An ergo ſi ueteranus filiusfamilias de peculio caſtrenſi teſtamentum faciat, pater eius, qui eum in poteſtate habet aut frater, qui in eiuſdem poteſtate eſt, in teſtem adhiberi poteſt? Et dicimus quod nequaquam. Domeſticum enim teſtimonium in teſtamento probatum non eſt. Porro domeſticum teſtimonium, non ex cognatione intelligimus, ſed ex unitione, quæ per patriam poteſtatem contingit. Etenim quamuis ei conſtitutiones Principum nec dum patria poteſtate ſoluta, permittãt teſtari, tamen ab eo et illud exigunt, ne protinus in teſtando Iuris regulas contemnat.

ARGVM.

Teſtamento nec inſcriptus hæres, ſed nec pater aut filius, nec qui in eiuſdem patris poteſtate ſit frater, in eo teſtes eſſe poſſunt: legatarij autem, & qui in eorum poteſtate ſunt, aut quorum ipſi poteſtati ſubſunt, a teſtimonio minime repelluntur.

QVidam teſtamentum faciens, hæredem me ſcripſit. In huius ego teſtamenti confectione teſtis eſſe non poſſum neque is, quem in poteſtate habeo: neque is in cuius ego poteſtate ſum: neque frater meus, qui in eiuſdem §. 8 neq

poteſtate

eſſe, quoniam non tam moleſtum eſt nihil acquiſiiſſe, quàm quum acquiſieris, id tibi auferri.*

* quoniam Sumptum videtur ex oratione Cyri apud Xenoph. lib. pę

ARGVM.

Filium emancipans velut in emancipationis pretium dimidiam vſusfructus aduẽtitiorum partem duntaxat conſequitur. quæ in tertiæ locum partis, hodie ſucceſſit.

§ Hoc quoq;

ERant ſane, & ante conſtitutionem religioſiſſimi noſtri Principis quædam, quæ patri non acquirebantur: ut bona materna, & lucra nuptialia. Erat & conſtitutio, per quam licebat patri filiũ emancipanti, tertiã partẽ eorum, quæ acquiſitionem effugiunt, ſibi retinere, quaſi emãcipationis pretium. Et inhumanum quiddam accidebat: ut emancipatio, quæ honoris cauſa filiofamilias dabatur (nam ſui iuris per eam fiebat) in damnum ipſius converteretur. Per diminutionem enim rerum fortunis ſuis ſpoliabatur. Vnde religioſiſſimus noſter Princeps conſtituit, ne poſthac tertiam partem proprietatis pater retineret in rebus filij, quæ in acquiſitionem nõ ueniunt, ſed dimidiæ partis uſumfructũ. Sic enim & intactum apud filium manet patrimonium ſuum, & pater dimidię partis uſumfructum accipiens: maioris honoris nomine lætatur, ut qui pro tertia dimidiam ſit habiturus.

ARGVM.

SERVVS etſi domino uel ignoranti acquirit, hęreditatem, tamen niſi eius iuſſu non adit: cui non proprietas tantum, ſed & poſſeſſio quoq; quæritur.

§. Itẽ vobis

NOn ſolum autem liberi noſtri, qui in poteſtate noſtra ſunt, nobis acquirunt, ſed etiã ſerui noſtri, ſiue quid ex traditione nãciſcantur, ſiue

ſiue ſtipulentur, ſiue ex alia qua cauſa acquirant. Id enim & ignorantibus, imo quod maius eſt, & nolētib. dominis acquiritur. Nam ſeruus, vt qui in aliena ſit poteſtate, nihil proprium habere poteſt, excipe hæreditatem: Si enim ab aliquo ſeruus meus, hæres ſcribatur: haud aliter eam acquirere poteſt, quam ſi iuſſu meo adeat. Nam fieri poteſt, ut onera, quæ latent, necdum comparent longe maiora ſint lucro, quòd prima facie apparet. Porro abſurdum eſſet, ignorantes, imo & nolentes nos, damnoſam adire hæreditatem, eaq; propter, in acquiſitione hac neceſſe eſt, domini iuſſus præcedat. Et ſi voluntate mea ſeruus meus adierit, perinde hæres efficiar atque ſi ego ipſe hæres ſcriptus fuiſſem. His autem conſequens eſt, vt & legata ipſis relicta, nobis acquirantur. Porro non ſolum proprietas per eos quos in poteſtate habemus, acquiritur nobis, verum etiam poſſeſſio. Siquis enim rem non ſuam mobilem aut immobilem, ſeruo meo bona fide accipienti tradat poßeſſio eius ſiue detentio ad hoc mihi proficiet, vt rei dominus conſtituar per vſucapionem, vel longi temporis poſſeſſionem.

ARGVM.

Seruus, cuius vſusfructus nobis debetur, ex duabus cauſis, ſcilicet re noſtra, ac operibus ſuis nobis, ex reliquis proprietatis domino quærit.

ET hæc quidem de ſeruis noſtris. Acquirunt autem nobis, vt dictum eſt, & ſerui alieni, ī quib. vſum fructū habemus. Non tamē §. De ijs autem.

I qui-

quibuſuis ex cauſis,ſed ex duabus tantum: hoc eſt, ex re mea, & ex operis ſuis. Ex re mea eſt, quando, verbi gratia, curam ei poſseſsionum mearum credidi: aut permiſi, vt pecuniis meis mutuandis præeſset, diſpenſatoremque (vt vocatur) eum feci. Fieri enim potuit, vt ex diligentia circa rem familiarem, vel circa res ruſticas, vel in mutuum dando, extrinſecus aliquid ad ea, quæ mihi debentur, & ad me ſpectant, lucri corradat: hoc dicitur ex re mea, & mihi acquiretur. Ex operis autem ſuis, verbi gratia, aut ſutor erat, aut faber, aut pictor. Locaui eum, ut aliis operaretur, pactamque mercedem pro arte ſua acciperet. Fieri poteſt, vt hic ſupra pactam mercedem aliquid acceperit: & quod inde partum eſt, mihi acquiret, ideſt, ex operis ſuis. Si quid uero extra has duas cauſa acquiſierit, hoc ad proprietarium pertinet. Quapropter ſiue hæreditas ei relicta, ſiue legatum datum eſt, & legatum eſt conſequutus, ſiue donationem aliquis in eum contulit, proprietario id, non vſufructuario acquirit.

A R G V M.

Liber homo ac ſeruus alienus bona fide poſseſſi, poſſeſſori ex re ipſius propria, operiſque ſuis non modo proprietatem, ſed & poſſeſſionem quoque quærunt: quod uero extra has duas cauſas partum fuerit, proprietatis domino, ſi ſeruus ſit, qui quærit, acquirit: ſi liber, lex ipſi reſeruat, quo ad fortunã conditionemque ſuã agnouerit.

§. Idẽ placet Q*Væ dicta ſunt de ſeruo, in quo vſũfructũ habeo, & in eo placuerunt, quem bona fide*

fide poßideo, ſiue liber ſit, ſiue alienus ſeruus. Nam & hi, ex duabus illis cauſis nobis acquirunt, hoc eſt, ex re mea, vel ex operis ſuis. Quod uero extra iſtas duas cauſas nanciſcũtur, id, ſi liber eſt, quem bona fide poßideo, lex ipſi reſeruat, in illud ſcilicet tempus, quum fortunam ſuam is agnouerit: quod ſi alienus eſt ſeruus, quẽ bona fide poßideo, domino uero acquiruntur quæcunque ille acquiſierit. præter quam ex duabus illis cauſis. Porro qui bona fide alienum ſeruum poſſidet, tantiſper ex duabus tantum cauſis illis eorum: quæ acquiſita ſunt per ſeruum, dominus ſit, dum triennium tranſeat: hoc enim elapſo, ſeruum in poſterum vſucepit, & quacunque is aliquid ex cauſa acquirat, ipſi acquirit. Nam qui liberum bona fide poſſidet, non vſucapit, vt dictum eſt. Sed neque is qui vſum fructum, habet, vſucapere vnquam poteſt. Primum quia non poſſidet: porro ſine poßeſſione uſucapio non procedit. Eſt autem poßeſſio, animo dominantis poſſidere: hic vero tantum habet ius vtendi & fruendi. Quod ſi quis nullo ad iuris regulas habito reſpectu, verum ex ijs quæ oculis videt æſtimans rem uſufructuarium poſſidere dixerit: alia, & quidem maiori ratione prohibebitur uſucapio, nimirum quod uſufructuarius mala fide poſſideat: neque enim neſcire potuit alienum eſſe. Non ſolum autem proprietas nobis per ſeruos, in quibus uſumfructum habemus, aut quos bona fide poſſidemus, uel per liberam perſonam, quam bona iti dem fide poſſideo, ſeruum meum eſſe exiſtimans.

ſed etiam poſſeſſio acquiritur, ſecundum tamen ea, quæ paulo ante dicta ſunt hoc eſt ex re mea, uel ex operis ſuis. Nam ſi rem alienam ex duabus his cauſis, ab eo, qui dominus non fuerit aceperint tempora, quibus ipſi in poßeſſione fuerint, & mihi ad uſucapionem proficient, ſiue current.

VRGVM.

Per extraneū prorſus, nobis omnino nihil quę ri poteſt:niſi is procurator ſit, qui non dominium modo,uerum & poſſeſſionem atque uſucapiendi conditionem nobis acquirit.

§. Ex his. *EX ijs igitur, quę dicta ſunt, apparet, per liberas perſonas, quæ nec in poteſtate noſtræ ſunt, nec bona fide nobis ſeruiunt: item per alienos ſeruos, in quibus neque uſumfructum habemus, neque poßeſſionem bonæ fidei, nulla ex cauſa quicquam nobis acquiri poſſe. Et hoc ſcilicet eſt, quod uulgo dicitur, per extraneam perſonam nihil acquiri poſſe, excepto caſu, quem iam referam. Nam ſi quis mihi prædium, quod alio in loco ſitum eſt, uendat: neque ego illuc proficiſci poſſim, ſed procuratorem meum mittam, & hic poſſeſſionem prædiorum accipiat: poſſeſſio mihi per eum acquiretur. Nec uero ſolum ſi ſcientibus nobis id contingat, ſed etiam ſi ignorantibus, poſſeſſio eius, quod noſtro nomine ijs datum fuerit, nobis acquiritur, ut uoluit conſtitutio Seueri Cæſaris Poßeſſionę uero nobis acquiſita, tacite ſequitur & dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit: quod ſi non fuerit, per uſucapionem*

capionem, aut longi temporis poſſeſſionem, dominium rei traditæ acquiro.

ARGVM.

Epilogo admodum eleganti cum venuſta tranſitione, quæ ſuperioribus titulis dicta ſunt, repetit ac concludit, quæ dicturus deinceps, paucis perſtringens.

HActenus dixiſſe ſufficit, quemadmodum ſingulæ res nobis acquirantur. Eſt & alius ciuilis acquirendi modus per legatum: quo & ipſo iure ſingulæ res nobis acquiruntur. Item per fideicommiſſa: vbi etiam ſingulæ res poſſunt relinqui. Verum hæc commodius ſuis locis infra dicentur. Acquiſitiones igitur aut Iuris gentium ſunt, aut Ciuiles. Et Iuris gentium quidem ſint quatuordecim: vt Venatio, Hoſtium ſpolia: & lapilli in littore maris inuenti, ſiue pretioſæ gemmæ. Animalium noſtrorum fætus, Alluuio: inſula in mari aut flumine enata: Et prædia ad alueum à flumine deſertum, habere: Et alienam materiam, in eam ſpeciem, quæ in priſtinam materiam redire nequeat, mutaſſe: Et ex aliena & ſua materia ſpeciem feciſſe: Duorum materias eiuſdem aut diuerſi generis voluntate dominorum, aut fortuito commiſtas eſſe. Regula, quæ dicit ſuperficiem ſubiecto cedere, vt in multis caſibus viſum eſt: veluti quũ ex aliena materia domum in ſolo meo conſtruxit: aut ex meo, in alieno. Alienam arborem in ſuo plantaſſe fundo, & contra ſuam arborem in alieno fundo plantaſſe ſic vt radices §. hactenus.

 egerit.

De teſtamentis ordinandis.

TIT. X.

ARGVM.

Teſtamentum, quod olim multiplex uariumq; fuit huic plene docetur, etymo tantum ab Imperatore declaratur, definitur autem a Iuriſconſulto. ff. eodem. l. prima. vt ſit noſtra uoluntatis ſententia iuſta de eo, quod poſt mortem noſtram fieri uolumus.

*NECESSARIVM eſt ante omnia teſtamenti dicere definitionem, aut * Etymologiam. Teſtamētum autē Latinæ dicitur, quod Græci διαθήκην uocant, inde notationem habens, quòd teſtatio mentis ſit. Habet enim teſtimonium mentis defuncti. Ne quid autem eorum, quæ olim in uſu erant, ignoretur (nam quanuis in horum ignorantia nihil ſit periculi, tamen ad cognitionem hiſtorię, & ut intelligatur, quemadmodum paulatim temporis proceſſu hęc mutata ſunt, haud abſurdum erit aliquid dicere) teſtamentorum duo erant olim genera. Et alterum quidem Calatis comitijs dicebatur: alterum uero Procinctum. Teſtamentum Calatis comitijs tempore paucis fiebat bis in anno, hunc in modū. Pręco uniuerſam circuiibat ciuitatem conclamans, & totus populus congregabatur, & ita qui uolebat, teſte populo teſtamētum ſcribebat. Inde Calatis comitijs dictum eſt. Nā Calare uocare eſt: Comitia, congregatio: quoniam igitur uocati congregabantur, appellatum eſt teſtamentum Calatis comitijs * Procinctum uero teſtamentnm eſt, quod fiebat, quum in prælium*

* Etymologiam. Hinc apparet nō iniuria a Valla reprehensū eſſe hunc locū.

* Procinctum Hoc ī procinctu tantū Latini uocant.

lium eſſent extituri, nomenque ab habitu, in quo teſtamenta faciebant ſortitum eſt. Procinctus. n. dicitur qui accinctus eſt & paratus ad confligē dum cum hoſte. Nam quum in incerto eſſet, an redituri eſſent teſtamento prius facto in prælium axibant. Porro quum hæ duę tantum ſpecies in uſu eſſent, eueniebat vt nonnulli ſubitaneo morbo correpti, inteſtati morirentur, neque. n. Calatis comitiys teſtabantur, quia nondum inſtaret tēpus: neque item in Procinctu, quia bellum non eſſet. Deinde & illud mali ominis videbatur, ſano quempiam & ualente corpore teſtamentum facere. Ob hæc igitur tertia ſpecies inuenta eſt, quę dicebatur Per æs & libram. Fiebat autem per emancipationem. Porro emancipatio eſt imaginaria uenditio. In hunc. vero modum vendebatur. Quinque aderant teſtes, & libripens, ciues Romani, ÿq; puberes. Atque ÿs præſentibus, is qui ſucceſſor defuncti erat futurus, patrimonium morituri emebat, verba quædam dicens ſolēnia, quæ nunc fruſtra ſit referre: & imaginarÿ prętÿ nomine, numū rerū domino dabat, appellabaturq; is, qui emebat, Familiæ emptor, Deinde ordinabat moriens, quid poſt mortem ſuā fieri uellet. dicebat. n. familiæ emptori, ſiue hæredi: Huic uolo dari fundū, illi domū, alÿ centū ſolidos. Hoc teſtamenti genere inuenio, priora illa Calatis Comitÿs & in Procinctu iam longo tempore in deſuetudinē abierāt. Sed & tertiū genus per æs & libram, paulatim ſperni cæperat. Nam, quū idē familiæ emptor eſſet, & hæres, pro certo habēs ſe hęredem futurum, in dominū hæreditatis inſidias

dias cōparabat: unde complures pro ueteri more familiæ emptorem adhibebant, qui imaginaria emptione patrimonium morituri emeret: ſed teſtatur ſeorſum in tabulis aut chartis, quem ſibi hæredem eſſe vellet ſcribebat. Et prædicta quidem teſtamentorum genera, ſolo Iure ciuili cognita erant. Poſtea uero ex edicto Prætoris alia teſtamentorum faciendorum formæ inuenta eſt. Nam iure Prætorio nulla emancipatio ſiue imaginaria uenditio interueniebat, ſed ſeptem teſtiū ſigna honorario teſtamento ſufficiebant. Si quis. n. teſtamēto facto ſeptem teſtium ſignis id feciſſet ſignari, perfectum erat iure honorario teſtamentum, cū iure ciuili ſignis teſtium opus non eſſet.

ARGVM.

Teſtamenti (quod triplici iure ſubnixum eſt) ſolennitas in teſtium ſe ſubſcribentium ac ſignaculorum numero hæredisq; nominatione poſita eſt cum ſcripto conſtat, nihil tamen ſignaculo uno teſtes omnes uti poſſe uetat.

SEd quum paulatim, partim ex uario uſu hominum partim ex emendationibus conſtitutionū, in unā, cōſonantiā cōiungi cœpiſſet Ius Ciuile & prætoriū cōſtitutū eſt & obtētū: ut uno eodēq; tēpore, (qđ Ius Ciuile uolebat) ſeptē teſtibus præſentibus & ſubſcribentibus) qđ ex conſtitutionibus inuentū eſt (ſignisq; eorū impreſſis) qđ prætor uolebat teſtamentū perficeretur. Sic igitur hodie ex hoc triplici iure teſtamenta conſtant, Ciuili, Cōſtitutionum & Prætoris. Et ex Iure quidem Ciuili, deſcendit, ut teſtibus præſentibus uno contextu coniunctim teſtamentum peragatur; ex §. Sed quum paulatim.

conſtitutionibus autem teſtatoris teſtiumque ſubſcriptiones deſcendunt, porro ſignacula & teſtium numerus, ex dicto Prætoris. Omnis autem hæc obſeruatio ad hoc pertinet, ut fraudes in teſtamenti confectione remouerentur, & omnis dolus abeſſet. unde & a religioſiſs. Principe noſtro hoc conſtitutione quadam additum eſt, ut teſtator ipſe manu ſua nomen hæredis ſcribendo exprimat, quod hunc hæredem inſtituerit. Quod ſi id ille non faciat, ſaltem teſtibus hæredis nomen dicere neceſſe eſt: &, ut rem verbo dicam, in nominibus ſecundum conſtitu-

§. Poſſunt. *tionis illius tenorem, procedi oportet. Porro quoniam dictum eſt, ut teſtes ſignacula ſua imprimant: ſcire debes eos, & uno annulo teſtamentum ſignare poſſe. Quid enim ſi ſeptem teſtes annulos habeant, qui omnes una ſint ſculptura, hoc eſt unum et eundem habeant characterem? Sicut Pomponio videtur. Sed & alieno annulo ſignare licet.*

ARGVMENTVM.

Teſtem eundem in teſtamento eſſe poſſe, qui & heres inſtitui poteſt, modo ex his, qui hic prohibētur, non ſit.

§. Teſtes. *HI autem demum ad teſtimonium admitti poſſunt, quibuſcum teſtamenti factionem habemus, hoc eſt qui & a nobis hæredes ſcribi poſſunt, & ipſi nos ſcribere. Sunt & alij, qui omnino a teſtamentario teſtimonio arcentur, ut mulier, impubes, mutus, ſurdus, furioſus, prodigus, ſeruus. Poſtremo & is, quem leges improbum inteſtabilemque eſſe iubent. Et quiſnam*

hic

hic eſt? dicam exemplo, Quum quidam teſtamentum ordinaret, vocatus eſt Titius in teſtem, & in teſtē ſeſe præbuit, hoc eſt, teſtamento ſuſcripſit & ſignauit. Mortuo teſtatore noluit adeſſe, aut loco teſtimonij ſubſcriptionem ſuam, ſignūq; agnoſcere. Hunc leges odio perſequuntur, neq; ex alieno teſtamento quicquam capere ſinunt, neque ius teſtandi concedunt, neque in alieno teſtamento teſtem eſſe permittunt. Is autem dicitur improbus inteſtabiliſque.

ARGVM.

Seruum communi errore liberum creditum, etiā ſi deinceps ſeruitus detecta fuerit, teſtamenti fa uore, in teſtamento teſtem eſſe poſſe unde elicere licet communem errorem ius facere, & ueritati opinionem præferri.

QVid ergo ſi quis? teſtium in teſtamento adhibitorum, qui tempore faciendi teſtamenti liber exiſtimabatur, poſtea ſeruus apparuerit? Videamus an teſtamentum irritum & infirmum ſint, quoniam ſeruus eſſe teſtis prohibetur, vt dictum eſt. Et quum primum hæc dubitatio orta eſſet, emiſſa eſt. Hadriani Cæ ſaris conſtitutio ad Catonium verum. Et quū ite rum idem contigiſſet, Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ex ſua liberalitate ſe viribus teſtamenti ſuccurrere, vt perinde id habere tur, quaſi ab initio ſine uitio omni factum fuiſ ſet, omnibus exiſtentibus liberis, qui pro teſtibus interueniſſent: quum eo tempore, quo teſtamentum condebatur: omnium opinione pro libero habitu ſit neque quiſquam fuerit, qui ſtatus ei quæſtionem moueret. §. Sed cū ali quis.

ARGVM.

Patrem ac filium,quinetiam fratres duos in eo dem teſtamento,ſi modo extranei ſint, teſtes eſſe poſſe,in proprio non poſſe. In eo nanque iura do meſticum teſtimonium reprobarunt. domeſticum autem non ex cognatione,ſed unitione per patriã poteſtatem ius metitur.

§.Pater.

SI teſtamentum ego faciam teſtis in eo poteſt eſſe Primus unaque filius eius.Secundus quã uis in poteſtate ipſius ſit.Sed & duo fratres, qui in eiuſdem poteſtate ſunt,teſtes eſſe non uetantur Neque enim prohibet quicquam,quo minus plures ex una familia ſeu domo teſtes alieno in teſtamento adhibeantur. Porro quum quis teſtatur, ſi teſtamentum ſuum eſſe uult perfectum & ſine uitio, uideat ante omnia, qui ſint inter teſtes futuri,et inquirat nun quis eorum in poteſtate teſtatoris ſit, et ĩuctũ a teſtimonio repellat. Illud uero amplius non quærimus,nũ quis teſtiũ ĩ poteſtate habeat teſtatorẽ,aut in eiuſdẽ poteſtate ſit:Et ratio eſt hæc:Vtrũ uis teſtatorẽ eſſe ſui iuris an in poteſtate? Si ſui iuris eſſe dixeris,nõ ꝑcedet q̃ſtio, nũ quis aut in eiuſdẽ poteſtate ſit,aut,eũ in poteſtate habeat. Quodſi in poteſtate fingas eſſe tã maiore ratione,uim teſtamenti ſoluis:quoniam, qui in aliena poteſtate eſt teſtari non poteſt. Nam teſtamentum eſt, per quod quis de rebus ſuis diſponit: at qui in poteſtate aliena eſt, plenam rerum ſuarum adminiſtrationem non habet,ut de ÿs quomodo uelit, ſtatuere poſſit. Si tamen unquam aliquis qui aliena in poteſtate eſt,teſtabitur, tunc reliquum erit uidere,num

fieri

fieri poſſit, vt & cætera procedant. Et ſane, quũ diu quærimus, inuenimus ueteranum, qui quum in patris poteſtate ſit (eſt autem Veteranus, qui alias militauit, & nunc militia ſolutus eſt) de peculio tamen caſtrenſi, teſtari poſſit. Id eſt ijs de rebus, quæ labore ſuo in bellis comparauerit. Id enim ei per Principum cõſtitutiones indultum eſt. Quãdo igitur teſtator hic in aliena eſſe poteſtate inuenitur, tractemus reliqua. An ergo ſi ueteranus filiusfamilias de peculio caſtrenſi teſtamentum faciat, pater eius, qui eum in poteſtate habet aut frater, qui in eiuſdem poteſtate eſt, in teſtem adhiberi poteſt? Et dicimus quod nequaquam. Domeſticum enim teſtimonium in teſtamento probatum non eſt. Porro domeſticum teſtimonium, non ex cognatione intelligimus, ſed ex unitione, quæ per patriam poteſtatem contingit. Etenim quamuis ei conſtitutiones Principum nec dum patria poteſtate ſoluta, permittãt teſtari, tamen ab eo et illud exigunt, ne protinus in teſtando Iuris regulas contemnat.

ARGVM.

Teſtamento nec inſcriptus hæres, ſed nec pater aut filius, nec qui in eiuſdem patris poteſtate ſit frater, in eo teſtes eſſe poſſunt: legatarij autem, & qui in eorum poteſtate ſunt, aut quorum ipſi poteſtati ſubſunt, a teſtimonio minime repelluntur.

QVidam teſtamentum faciens, hæredem me ſcripſit. In huius ego teſtamenti confectione teſtis eſſe non poſſum neque is, quem in poteſtate habeo: neque is in cuius ego poteſtate ſum: neque frater meus, qui in eiuſdem §. 5 neq

poteſtate

poteſtate eſt. Quia totum hoc negotium, quod teſtamēti ordinādi gratia geritur, hodie inter hæredē & teſtatorē geri creditur. Etenī, quãuis hoc ius maxime apud veteres inordinatū & conturbatū fuerit, quum ſolennis ille familiæ emptor in uſu eſſet: (quia enim ipſe hæres eſſe prima facie videbatur, non poterant ij, qui per patriam poteſtatem familiæ emptori coniũgebantur, in teſtes adhiberi. Eos uero, qui hæredi clam ſcripto, ſicut iam ante diximus, per patriam poteſtatem erant coniuncti, imo hæredem ipſum, nihil vetabat teſtes eſſe: quaſi nihil obſtarent Iuris regulæ, propterea quod lucrum omne uideretur in familiæ emptorem conferri & clam ſcriptus hæres rerum omnium eſſ ignarus) tamen ij ipſi ueteres, qui id permiſerant, nec vetabant quo minus ſcriptus hæres, & ſi quis ei per patriam poteſtatem coniungebatur, teſtimonia in teſtamento præſtaret: admonebant teſtatores, ne facile hac ſibi conceſſa licentia abuterentur. Et hæc quidem apud antiquiores. At Imperator noſter, hac confuſione tam incompoſita correcta (quid.n. minus compoſitum, quam licentiam cõcedere & admonere ne quis ea vteretur?) quod veteres ꝑ conſilio reſpondebant, ipſe in legis neceſſitatem tranſtulit. Et quemadmodum in uetere illo familiæ emptore, nullus in teſtem admittebatur, qui per patriam poteſtatem ei coniũgeretur: ita nec hæredi, qui ueteris familię emptoris imaginem obtinet, nec alijs ei per patriã poteſtatẽ coniunctis, teſtimouia præſtare conceſſit. In rẽ.n. ſuam

lucrumq́;

lucrumq; ſuum teſtes videntur eſſe. Et quoniam vetuſtiorũ Principem conſtitutio hæredem permittebat in teſtem adhiberi, idcirco talem conſtitutionem Imperator noſter ſanctiſſimus Codici ſuo inſeri noluit Legatariis autem & fideicõmiſſarijs (quia non iuris ſucceſſores ſunt) & alijs omnibus per patriam poteſtatem is coniunctis, teſtimonium denegatum non eſt. Quinimo conſtitutio quędam eſt ſereniſſimi Principis noſtri, qua ſpecialiter id permiſſum eſt, vt legata ijs, qui teſtes in teſtõ futuri ſunt, relinqui poſſint: ac multo magis ijs, qui per patriam poteſtatem ipſis coniunguntur. §. Legatarijs.

ARGVM.

Nihil referre in qua teſtamentum materia ſcribatur: quinimo idem varijs codicibus inſcribi poteſt.

PORRO nihil intereſt, in qua materia teſtamentum ſcribatur, vtrum in tabulis, an in chartis, an in membranis, aut alia quauis materia, ut in pellibus, aut eburneis pupillaribus. Poteſt teſtator multa eiuſdem formæ teſtamenta facere, ſicut unumquodq; eorum ea obſeruatione cõficiatur, quæ in teſtamentis obtinet. Eſt autem id aliquando neceſſarium, plura eſſe teſtamentorum exemplaria. Vt ſi quis lõginquam nauigationem inſtituens, teſtamentũ ſuũ ſecũ uelit portare, & aliud itẽ domi relinquere, vnde eo defuncto conſtare poſſit mentis ipſius conteſtatio. Sed & aliæ multæ cauſæ interuenire poſſint ex uarijs rerum humanarum caſibus, quæ rem hãc maxime faciant neceſſariã. Nã et hoc interdum §. Nihil. §. Sed vnũ

accidit

accidit, vt vnum exemplar furto amittatur: aut is, apud quem depoſitũ eſt, peregrinetur, nec quiſquam ſciat vbi gentium degat.

ARGVM.

Quod nuncupatiuum dicimus, id declaratione voluntatis noſtræ coram ſeptem in hoc vocatis teſtibus facta, iuris ciuilis beneficio conficitur.

§. Sed hæc quidem.

ET hæc quidẽ omnia, de teſtamentis, quæ in ſcriptis fiũt, intelligũtur. Quod ſi quis ſine ſcriptis teſtamẽtũ facere velit, iure. ſ. ciuili: nã Prętor teſtamentũ ſine ſcriptis ignorat. q̃uo n. noſſet, qui ſigna teſtiũ ſemper requirat? ſeptẽ teſtibus adhibitis, et voluntate ſua corã eis nũcupata, pfectũ firmũq; Iure Ciuili erit hoc teſtamentũ.

De militari teſtamento.

TITVL. XI.

ARVVM.

Militibus in expeditione agentibus, exacta Iuris Ciuilis obſeruatio in cõficiẽdis ordinãdiſq; teſtamentis remiſſa eſt: quinimo vt libet, illis teſtari licet: alibi aũt non æque, poſſunt tamen licet filij familias ſint, iuris ciuilis forma ſeruata, teſtari.

IAM ſupra dictum eſt, quemadmodum teſtã ordinari debeãt. Sed eã tam diligens & exacta obſeruatio, in paganorũ teſtamentis locum habet. Verum in militaribus teſſamentis oĩs rõ hæc ceſſat. Militibus. n. ex Principũ cõſtitutionibus, pp rerũ ciuiliũ imperitiã cõceſſum eſt, teſtã ſua ſine hac obſeruatione ordinare. Proinde, & ſi vel vno teſte teſtamentum fecerint, vel ſuis manibus hæredum nomina non ſcripſerint, rata tamen eorum voluntas eſt. Et enim, quum in expeditionibus occupati ſint, nõ mirum

mirum eſt, ſi ſolennitatem huius obſeruationis ignorent. Et olim quocunque in loco agerent, militariter poterant teſtari. Sed conſtitutione Imperatoris noſtri, tum demum eis conceſſum eſt, vt voluntas ipſorum quocunque modo facta, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, firmum ex ſe robur haberet, quum in caſtris ſiue in expeditione ſunt.

Eo vero tempore, quo alijs in locis verſantur, in ijs quæ Sedeta vocantur, ideſt, vbi eos agere neceſſe eſt ſiue in ſedibus ſuis: militaribus in teſtando non fruuntur priuilegijs. Sed teſtari quidem poſſunt, & ſi filijsfamilias ſint, dum tamen in omnibus Iuris communis obſeruationem, quum extra caſtra degunt, ſequantur. §. Ilis autem

ARGVM.

Solennitas Iuris militibus in teſtando remiſſa non eo porrigitur, vt probatio eius, quod ab ipſis actum eſt non ſit neceſſaria.

Porro non abſurdum fuerit, in medium proferre, quod a Traiano de militaribus teſtamentis ſtatutum ſit, in tali fere ſpecie: Miles aliquis conuocatis quibuſdam, coram eis dixerat ſe hunc aut illum ſibi hæredem eſſe velle, & ſeruum hunc manumittit. Et hæc ſine ſcriptis omnia. Poſt mortem militis, quæſtio coorta eſt inter eos, qui ab inteſtato veniebant, & eum, qui hæres nuncupatus erat. Et hi quidem, qui ab inteſtato veniebant, negabant ea, quæ defunctus dixerat, animo teſtandi dicta eſſe. Contra hæres, propoſito militum priuilegio, ex eo teſtamentum vt validum, tuebatur. §. Plane.

Sta-

Statilius Seuerus, ad quem in ius itum fuerat, dubitationem ſuam ad D. Traianum retulit. Atque is ita reſcripſit: Id priuilegium, quod militantibus datum eſt, vt teſtamenta militum quocunque modo facta, rata ſint, ſic intelligi oportet, vt prius conſtare debeat teſtamentum factum eſſe in ſcriptis aut ſine ſcriptis. Is ergo defunctus miles de cuius bonis quæſtio mota eſt, ſi quibuſdam in hoc conuocatis, vt coram teſtibus voluntatem ſuam declararet, clare ſignificauit, quem ſibi hæredem eſſe vellet, & quem ſeruorum libertate donaret: teſtamentum hoc & ſine ſcriptura ratum eſſe dicimus. Quòd ſi (vt ſæpe numero in ſermonibus congreſſibuſque contingit) præſentibus quibuſdam, in aliquem conuerſus dixit, Ego te hæredem facio: vel, Bona mea tibi relinquo: non oportet hoc vim teſtamenti habere. Nec in vllo alio magis id diſpiciendum & cauendum eſt, quam in militibus, quibus pro priuilegio datum eſt, vt quocunque vellent modo teſtarentur, ne quæ in congreſſibus dicta fuerint, ad formam teſtamenti referantur. Alioqui non difficulter, poſt mortem cuiuſuis militis, exiſterent teſtes aſſeuerantes audiſſe ſe, defunctũ dicentem alicui. Ego te hæredem meum facio: aut, Bona mea tibi relinquo, & per hoc vera ſubuerterentur militum iudicia.

ARGVM.

Sermonis aut auditus carentia, militibus teſtandi facultatem non adimit.

§. Qui nimo. *Miles ſiue mutus ſit, ſiue ſurdus, recte teſtatur. Sed tamen finge miſſum non eſſe à militia,*

à militia, cauſaria miſſione. Hunc enim abſurdum & turpe eſſet militare. Nam alter ducis ſui mandata non exaudit: alter, ſi qua re opus ei ſit, vt armis, dicere id non poteſt.

VRGVM.

Teſtamētum militis poſt miſſionem, aut extra muros confectum non ſubſiſtit ſi iuris forma communis deſit: in caſtris confectum per annum priuilegium retinet, licet conditio adiecta poſt annum contingat.

ENimuero hactenus à principalibus conſtitutionibus militibus conceſſum eſt, vt non obſeruata ſolennitate teſtantur tantiſper dum militant & in caſtris degunt. Poſt miſſionem vero, id eſt, quum veterani facti ſunt, vel alias extra caſtra ſunt, quamuis adhuc militent, paganorum ſolennitatem obſeruare debent. Quoniam vero diximus: milites, qui in caſtris teſtantur, ſine periculo iuris obſeruationem omittere: veteranos vero cōmuni iure teſtari debere: vide quod inde quęſitum eſt, quantum inter militem & veteranum interſit: Miles in caſtris agens, quocunque volebat modo, teſtatus eſt: miſſionem accepit & obijt. Videamus num voluntas eius rata eſſe debeat. Et ſi quis tempus inquirat, quo teſtamentum factum eſt, dico valere, etiam non obſeruata ſolennitate. Sin vero tempus, quo mortuus eſt: teſtamentum, quod ſine iuris obſeruatione factum eſt, valere non oportet. Quid ergo? Tempus ipſum hanc dubitationem dirimit. Nā ſi intra annum à miſſione obijt, decimo forte, vndecimove aut duodecimo menſe, quum adhuc mili-

§. Sed hactenus.

militare teſtamentum hoc vocare poſſis, robur & vires habere opinor. Sin vero annus poſt miſſionem elapſus eſt, amplius valere non poteſt. Sufficit enim medium ei tempus, vt ſolennitatem, quæ circa teſtamenta deſideratur, obſeruare diſceret, & mutato priore teſtamento aliud conderet. Quid autem ſi quis militariter teſtatus hæredem, ſub conditione inſtituerit, & ipſe quidem intra annum a miſſione deceſſerit, ſed conditio hæredi adſcripta poſt annum extiterit? videamus an id teſtamento noceat. Et dicimus quod nequaquam. Id enim ſpectamus, vt mors intra annum poſt miſſionem contingat, non etiã vt aditio.

ARGVMENTVM.

Voluntas diſpoſitioni inefficaci ſuperueniens, ex priuilegio præſenti, eam validam ac efficacem reddit.

QVidam quum adhuc paganus eſſet, non iure fecerat teſtamentum, deinde miles factus, & in caſtris agens, reſignato teſtamento quædam adiecit, aut induxit, aut forte ſolum relegit teſtamentum, aut aliud quid fecit, vnde voluntas ipſius conſtare poſſit hoc teſtamentum vtique volentis valere. Poſtea defunctus eſt. Teſtamentum hoc, quanuis non iure factum, valet: quaſi ex noua ipſius voluntate, quam in caſtris degens, de teſtamento habuit. Item miles in caſtris degens non iure fecit teſtamentnm, deinde capitis diminutionem paſſus eſt;

eſt; aut enim quum ſui iuris eſſet, in arrogatio nem ſe dedit, aut quum in patria poteſtate eſſet, emancipatus eſt: nihilominus in robore ſuo manere debet teſtamentum, quòd poſt emancipatio nem, noua militis voluntate videatur eſſe confirmatum, quoniam hoc ipſo, quod non mutauit, valere id & vires habere voluit. Neque capitis diminutio irritum facit teſtamentum, quum mi les ſit teſtator. Quòd enim, vt infra dicemus capitis diminutio teſtatoris, teſtamenta ſubuer tit, id hic non obſeruatur. Nam abſurdum foret, teſtamentum non iure factum, quod tamen valeat, per Iuris ciuilis regulas irritum fieri.

ARGVM.

De quaſi caſtrenſibus teſtari volens, Iuris communis regulas omnino ſequi debet: niſi militiæ priuilegio iuuetur.

SVnt aliqui, qui cum in poteſtate patris ſint, peculium habeant, non caſtrenſe, ſed quaſi caſtrenſe: tam ex anterioribus legibus, quàm ex Principum conſtitutionibus. Quod genus fuerint ea, quæ vel ex aſſeſſuris, vel ex aduocationibus, vel ex magiſtratibus percipiunt, hoc eſt, annonæ, quæ ex publico eis præbentur. Et de ijs permiſſum eſt, quanuis in patria poteſtate degant, teſtari. Sed quum hac in re nonnihil eſſet dubitationis, exijt quædam generalis Imperatoris noſtri conſtitutio, dicens: quicunque in patria poteſtate conſtitutus quaſi caſtrenſe haberet peculium, eum de hoc iure communi teſtari poſſe. Quam conſtitutionem vbi legeris,

geris, nihil omnium ignorare poteris,quæ ad hoc ius pertinent.

Quibus non eſt permiſſum teſtamentum facere.

TIT. XII.

ARGVM.

Extra caſtrenſia aut quaſi, ſubditus alieno iuri nemo vtiliter,vel accedente paterno conſenſu teſtatur: in his autem vel inuito patre. At ſi ab inteſtato decedant,qui caſtrenſia aut quaſi habent, nullis relictis liberis,aut fratribus ſuperſtitibus, ius commune ad patrem huiuſmodi bona defert.

HOMINVM quidam teſtamentum faciunt,quidam nō faciunt. Et dicamus de ijs,qui teſtamenta facere poſſunt. Sed quoniam hi multi numero ſunt, dicamus de ijs,qui facere non poſſunt,quum pauci ſint,vt ex his, multos illos cognoſcamus. In primis teſtari non poteſt,qui alieno iuri ſubiectus eſt: quoniā teſtamentum eſt rerum ſuarum ordinatio ſiue diſpoſitio. At qui alieno iuri ſubiectus eſt, diſponere ſua non pōt. Adeo vero ꝓhibetur hic teſtari, vt ſi ego pater(ſicut fieri ſolet) obſecundans ei, permittam ipſi, quotacunque velit ex parte patrimonij mei teſtari,valere non poſſit,quod fecerit. Neque enim oportet priuati hominis voluntatem,plus virium habere, quàm leges. Sunt tamen, qui quanuis in poteſtate ſint, nihilominus teſtentur: veluti, qui peculium habent caſtrenſe. Et id quidem initio ſolis conceſſum erat, militibus, tū ex authoritate Auguſti, tū Neruę

nec non optimi Imperatoris Traiani. Poſtea vero conſtitutio Hadriani & veteranis id ægre ferentibus, conceſſit, vt & ipſi, in poteſtate quũ eſſent, teſtarentur. Itaque ſi omnes hi teſtamenta fecerint de caſtrenſi peculio, id is accepturus eſt, quem hæredem ſcripſerint. Sin vero inteſtati deceſſerint, nullis liberis eorum vel fratribus ſuperſtitibus, iure communi ad parentes eorum tanquam paganum ſiue profectitium peculium id abibit. Quando enim is, cui noui quidpiam conceßum eſt, eo non vtitur, locus ſit veteri legi. Et olim qualecunque eſſet peculium, mortuo filio pater accipere ſolebat. Porro multæ ſunt profectitij & caſtrenſis peculij differentiæ. Et prima quidem eſt hæc, quod de caſtrenſi filius familias teſtari poſſit: de profectitio non poſſit. Secunda differentia, quod pater iratus filio, profectitium ei peculium adimere poſſit: caſtrenſe, non poſſit. Tertia differentia. Si quis graue æs aliennm contraxerit, & bona eius à creditoribus diſtrahantur profectitium filij peculium vna vẽditur. Caſtrenſe vero nequaquam. Eſt & quarta differentia. Nam ſi quis moriens plures relinquat liberos, quorum vnus peculium habeat profectitium & caſtrenſe: profectitium omnium fratrum commune erit, caſtrenſe vero eius tantum, qui id acquiſierit. Quamuis omnia liberorum, qui in poteſtate ſunt, peculia pro parte patrimonij paterni habeantur, ſicut & ſeruorum peculia, in bonis dominorum numerantur. Quæ autem dicta ſunt in caſtrenſibus peculijs, ea & in ijs intellige, quæ per conſtitutiones prin

cipum

cipium varijs de cauſis patri nõ acquirunt. Eo igitur excepto, qui caſtrenſe aut quaſi caſtrenſe peculium habet, ſi quis alius filiusfamilias teſtamẽtum fecerit inutile eſt huius teſtamentum, quamuis ſuæ poteſtatis factus deceſſerit. Spectamus enim non ſolum mortis tempus, ſed etiam tempus confecti teſtamenti, an utroque tempore poteſtatem habuerit teſtandi

ARGVM.

Impuberis velut & furioſi teſtamentum inefficax eſt: nec, quo tempore impubes ac furioſus eſt factum, ex ſuperuenienti pubertate mentiſve ſanitate, efficaciam recipit, at quod furorem pręceſſit furor ſuperueniens non infringit. Prodigi quoque poſt interdictionem adminiſtrationis bonorum factum uiribus minime ſubſiſtit: ante uero utiliter factum, uires interdictione non perdit.

§. Præterea. *SEcundo teſtamentum facere non poſſunt impuberes. Noſti enim teſtamentum eſſe teſtationem mentis. At impubes mentem, hoc eſt, iudicium non habet. Item non teſtantur furioſi. Nam & hi mente & ratione carent. Neque igitur impubes, neque furioſus teſtatur. Prudentia enim & animi iudicium, alteri nondum adfuit, alterum autem reliquit. Porro inualida ſunt ipſorum teſtamenta, etiam ſi ante mortem alter in puberem euaſerit, & alter ad mentem redierit. Si tamen furioſus eo tempore teſtamentũ faciat, in quo furor intermiſſus fuerit, hoc eſt, in interuallis, quæritur an valeat? Et dicimus iure valere hoc teſtamentum. Quid ergo, ſi quis teſtamento condito, in furorem incidat? Et certe morbus furoris poſtea ſuperueniens, teſtamentum recte*

recte atque ordine factum non ſubuertit, quemadmodum neque alium contractum furor ſuperueniens reſcindit. Deinde neq; prodigum cui rerũ ſuarũ adminiſtratione interdictũ eſt leges teſtari permittunt. Teſtamentũ tamen quod ante fecerit: quam prodigus eſſet hoc eſt bonorum ſuorum interdictio ei fieret firmum manet & ratũ. §. Itẽ prodigus.

ARGVM.

Surdus ac mutus non ſemper quandoque tamẽ recte teſtãtur cæcus autem tum demum, cum quæ conſtitutione de hoc facta, comprehenſa ſunt obſeruat.

ITem mutus & ſurdus non ſemper teſtantur. Vtique autem de eo ſurdo loquimur, qui omnino non exaudit, nõ de eo, qui tardius exaudit, hic enim teſtatur. Nam & illum mutum dicimus, nõ qui tardius loquitur, ſed eum, qui omnino non loquitur. Quod autem dixi non, ſemper id ideo adiectum eſt, quia ſæpe etiã aliquis eruditus & qui literas norit, varijs caſibus (qui multis ex cauſis contingunt) linguæ uel aurium uſum amittat. Quoniam uero apud ueteres neque hi teſtari poterant, edita eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, qua & ijs, qui ex aduerſo caſu in hoc malum inciderint permiſſum eſt cum obſeruationibus quibuſdam teſtamẽtum facere. Normam uero ordinemque eius obſeruationis, facile eſt diſcere, ſi quis eam, quam dixi, nouam conſtitutionẽ legat. Quod ſi quis teſtamẽto cõdito, vel ex morbo aliquo & aduerſa ualetudine, aut ex ſupplicio, quo Præſes eum affecerit, vel alia quauis ex cã, mutus aut ſurdus factus fuerit, §. Itẽ ſurdus.

§. Cæcus. *teſtamentum, quod ante factum fuerit uim ſuā retinet. Cæcus teſtamentum facere poteſt, ijs obſeruatis, quæ conſtitutione quadam Diui Iuſtini cumprehenſa ſunt.*

ARGVMENTVM.

Captiuus teſtamenti faciendi facultatem nō habet: ſed quod ante captiuitatem fecit, ſiue inter hoſtes, ſiue inde reuerſus decedat, valet: illud legis Corneliæ, hoc poſtliminij beneficio.

§ eius *QVi apud hoſtes eſt, non recte apud eos teſtatur, quamuis .n. in ciuitatē noſtram redire contingat: teſtamētū uero, quod apud nos fecerit, ualere dicimus eo poſtea in hoſtium poteſtatem redacto. Nam ſi redeat, Iure poſtliminij valebit. Sin apud hoſtes moriatur, valebit ex lege Cornelia.*

De exhæredatione liberorum.

TIT. XIII.

ARGVM.

More ſuo, quæ ſuperius dixit paucis repetit: deinde qua ratione utiliter teſtari poſſimus, pulcherrime docet ut primum teſtaturus, ſi filium in poteſtate habeat, eum aut inſtituat, aut nominatim exhæredet. Nam filij præteritione, iure ipſo concidit teſtamentum: filiæfamilias uero, non æque, ſicuti nec eorum, qui ulterioris gradus ſunt: aut qui per uirilem ſexum deſcenderunt: qui licet accreſcendi ius haberent, inter cæteros tamen exhæredari poterant.

DIXIMVS ſupra, quemadmodum teſtamenta fieri debent. Veluti ut teſtator, ſua manu ſcribat nomen hæredis, aut id dicat corā teſtibus. Itē ut ſeptem ſint teſtes & ij teſtamento ſubſcribant: & id conſignent, nulla

nulla re in medio agenda. Quod ſi quid eorum omiſſum fuerit, irritum facit teſtamentum. Porro ut utiliter teſtemur, non dicta modo obſeruatione opus eſt, ſed & aliud quiddam quærimus. Id enim videdum, num quem teſtator filium habeat in poteſtate, aut emancipatum: quoniam hunc aut hæredem ſcribere, aut nominatim exhæredare neceſſe eſt. Quod ſi cum ſilentio prætereat ex ipſa ſcriptura & ordinatione ſui, non ſubſiſtet teſtamentum. Itaque & ſi filium ante patrem mori contingat, nihilominus irritum teſtamentum eſt, idque ex regula quæ dicit. Ea, quæ ab initio non ſubſiſtunt, ex poſtfacto non conualeſcere. Neque poterunt ſcripti hæredes hæreditatem defuncti ſuſcipere, quanuis filius, qui præteritione læſus eſt, non ſuperſit. Et hæc quidem, quum quis filium habet in poteſtate. Quod ſi quis filiam habeat in poteſtate, aut nepotem uel neptem, aut pronepotem vel proneptem, neque eos hæredes ſcribat, neque item exhæredet, ſed tantum ignominia præteritionis aſpergat, non eſt irritum huius teſtamentum. Verum, qui præteriti erant, ſcriptis hæredibus accreſcunt. Eſt autem ius accreſcendi: ueluti ius partis auferendæ. Sed ſi extranei ſint hęredes ſcripti, ius accreſcendi ad dimidiam uſque competit: ſin uero ſui, pro rata. exempli gratia: Tres aliquis inſtituit hæredes, filiam uero aut nepotem ſilentio præterijt. Si hæredes ſcripti extranei ſunt, filia uel nepos unum ſemiſſem accipient: & alterum ſemiſſem tres il-

li hæredes extranei. Sin uero ſui, pro rata accipiunt, hoc eſt, quadrantem ſiue tres uncias quantum accepturi erant, ſi pater inteſtatus deceſſiſſet, hoc eſt, quartam partem hæreditatis eius. Licebat autem hos non ſolum nominatim, ſed etiam inter cæteros, hoc eſt, ἀορίστος ſiue indefinite exhæredare, dicendo: Cæteri exhæredes ſunto,

§. Nominatim. *Nominatim exhæredatio hunc in modum fiebat: Titius filius meus exhæres eſto. Sed & à ſtudijs exhæredari quis poteſt, ita: Grammaticus ille exhæres eſto. Et ab arte. Excuſſor ille. Et ab ætate: Senex ille aut iuuenis. Et a colore. Albus ille aut niger. Et ut in uniuerſum dicam, Sermo omnis & loquutio, dilucide explicans perſonam, de qua quis loquitur, exhæredationem nominatim perficit.*

ARGVM.

Teſtamentum poſthumi præteritione non corruit, ſed eius natiuitate: ideo ne corruat, aut inſtitui aut exhæredari debet: at poſthuma inter cæteros olim legato aliquo exhæredari poterat maſculus nominatim.

§ Poſthumi. *Oportet autem eum, qui teſtamentum condit non liberorum tantum, qui in rerum natura ſunt, ſed & poſthumorum curam gerere, eóſque vel hæredes ſcribere, vel exhæredare. Nã ſi præteriti ſint ſimul atque nati fuerint, teſtamẽtum rumpunt. Neque eſt hic ulla differentia inter filium aut filiam aut nepotem vel neptem. Nam ſi prætereantur, valet quidem teſtamentum ex ſcriptura ſui, ſed poſthumo poſtea agnato aut poſthuma, rumpitur, & inutile redditur propter ipſorum ſcilicet præteritionem. Non*

igitur

igitur ex ſeipſo & ſcriptura ſui irritum eſt. ſed per natiuitatem rumpitur. Vnde ſi contingat ut mulier, ex qua poſthumus naſci ſperabatur, abortum faciat, nihil obſtabit quo minus hæredes ſcripti hæreditatem adire poſſint. Et fęminini quidem ſexus poſthumæ uel nominatim uel inter cæteros exhæredantur. Nam ſi dixerit teſtator. Ille mihi hæres eſto, cæteri exhæredes ſunto. per uerba hæc exhæredari uidetur poſthuma. Veruntamen ne turpiſſimo aduerſus ſcriptum hæredem iudicio, ubi nata fuerit, conſiſtat, dicens: non de me cogitauit teſtator, quippe qui & ignorauerit me: idcirco & legata ei relinqui oportet. Vt ita ſcilicet dicat teſtator: Ille mihi hæres eſto, cæteri exhæredes ſunt. poſthumæ uero meæ, ſi qua naſcetur, centum ſolidos lego. Hoc enim ita facto, dicemus ei: Teſtator de te inter cæteros exhæredationem ſcripſit: itaque profecto & legatum tibi reliquit. Poſthumos uero maſculini ſexus, ut filium, nepotem, pronepotem non aliter exhæredari placuit, quam ſi nominatim id fiat. Et quomodo nomen eius dicere poſſumus, qui necdum natus eſt? Dicimus id hunc in modum declarari poſſe, ut dicamus: Quiſquis mihi filius natus fuerit, exhæres eſto: aut: Qui ex illa uxore mea naſcetur, exhæres eſto.

ARGVM.

Poſthumorum locū ij tenere dicuntur, qui mortuo hærede ſuo gradu priore, ſuorum iura nanciſcuntur: ideo eorum inſtitutio, aut exhæredatio ex legis Velleiæ conſilio neceſſaria eſt.

§. Poſthumorum.

SVnt & alij quidem poſthumorum loco, qui ſuo hærede priore in gradus, mortuo ſui fiũt. Vt in hac ſpecie: Habebam filium in poteſtate & ex eo nepotem uel neptem. Et filius quidem mihi ſuus erat, propterea, quod nemo eum pręcederet: nepos uero uel neptis, in poteſtate quidem mea erant, ſui mihi non erant, propterea quod ante eos pater ipſorum eſſet. Si iam ego teſtamentum faciam, cuiuſnam curam mentionemque habere debeo? Et certum eſt, filij eumque aut hęredem ſcribere, aut exhæredare. Non igitur nepotis aut neptis? Non. Hi ergo quum ſui non ſint, ſi prætereantur, neque efficiant, ut teſtamentum ipſo iure non ſubſiſtat, neque ſcripto hęredi accreſcere poterunt. Hæc enim ſuorum propria ſunt. Et ſi quidem hic rerum habitus uſque ad finem ſeruetur, omnia illa recte dicta ſunt. Quod ſi fortaſſe me adhuc uiuente, media illa perſona, ex poteſtate mea abeat, uel morte uel per Patritiam forte dignitatem: iam nepos neptisve velut agnatione quadam & inſtar poſthumorum, ſuus ſuaue inuenitur. Nam quum ante ſui non fuerint, nunc ſui fiunt. Et quemadmodum poſthumi per natiuitatem, itẽ & iſti per ſucceſſionem in locum prioris teſtamenta rumpunt. Ne igitur nouus hic (ut ita dixerim) ſuus in locum prioris ſuccedens teſtamentum ruptum faciat: ſicut, filiũ ipſum, ita & nepotem neptemve hęredes ſcribere, aut nominatim exhæredare debeo. Quod ſi præteriti fuerint, media perſona exempta ſuccedendo in locum eius, teſtamentum, ut non ſatis legibus firmum, irritum & inualidum efficiunt.

unt. Idque lege Iulia Velleia prouiſum eſt. Quæ ſimilitudinẽ poſthumorum exhæredari eos docuit, hoc eſt, nepotem quidem nominatim: neptem uero uel inter cęteros, dum tamen hic legatum ei detur.

ARGVM.

Emancipatos Iure ciuili inſtituere aũt exhæredare nemo cogitur Iure Prætorio aut inſtituere, aut nominatĩ, ſi maſculi ſint, exhęredare expedit ſi fœminæ, ut iubet: alioqui bonorum poſſeſſione petita eis Prætor ſuccurrit.

Filium quis habebat aut filiam emancipatos. Hic ſi teſtamentum faciat, quantum ad ius Ciuile attinet hæredes eos ſcribere, aut exhæredare non cogitur. Nam eos propter capitis diminutionem, quam paſſi, ſunt, Lex XII. Tab. ignorat. At Prætor reſpectu ad naturalem cognationem habito, & filios hos nouit, & emancipatos quoque hærede ſcribi iubet. Quod ſi id teſtator nolit maſculi nominatim exhæredentur fęmine uel nominatim uel inter cæteros. Quod ſi neque hęredes ſcripti, neque, ut dictum eſt, exhæredati fuerint, bonorum poſſeſſionem eis Prętor contra Tabulas dat. Per quam filius aut nepos totam defuncti hæreditatem accipiet: filia uero aut neptis, quantum ſi in poteſtate eſſet, lucraretur per ius accreſcendi.

Nominatim Græca n. deprauata sũt, quę ſic emẽdo ἔγγυιον νομιναὶ τιμδὲ ἢ ĩter cęteros. (μεταδ. δ. λ.) τ. θύγατέρας ἐγγόνους.

§. Emãcipatio.

ARGVM.

Adoptiui filij, dum adoptãtis iuri ſubſunt, quaſi naturales, aut inſtituendi, aut exhæredandi ſunt: at reſoluto adoptionis uinculo, quo ad patrem naturalem uelut ab eo emancipati cenſentur, & liberi ab adoptante prætereuntur.

Hæc habeto in modum præuię cuiuſdam inſpectionis. Si quem adoptauero in filium hic mihi & lege & natura filius erit: lege quidem propter adoptionem ipſam: natura uero, propter legem. Naturam enim lex in ſeſe continet. Tantiſper autem natura huius filij pater eſſe videor, dum cauſa adoptionis durat. Quod ſi eũ emancipauero, quum hic ſit actus legitimus, legem, quæ ex adoptione conſtabat, diſſoluit. Porro lege iam extincta, ſimul diſcedit & natura tanquam eo amiſſo, quo continebatur. His ita pro fundamento quodam inſpectis, vide nunc cætera. Filiam tibi ego meam in uxorem dedi, natus eſt filius, & in tua ſcilicet erat poteſtate. Rogatus eum mihi dediſti in adoptionem. Quæſtionis eſt, uter noſtrum huius in teſtamento ſuo mentionem facere & curam gerere debeat? Et dicimus, quod ego pater adoptiuus. Per adoptionem enim hic eiuſdem iuris habetur, cuius ſunt ex iuſtis nuptijs quęſiti. Quemadmodum igitur iuſtũ filium meũ, qui in poteſtate mea eſt, hæredem cogor ſcribere, aut ſecundum ea, quæ diximus exhæredare, ita & hunc adoptiuum. Tu uero pater naturalis, ſcribere eum hęredem nõ cogeris. Nam neque lege tibi filius eſt, quoniam in poteſtate eum non habes: neque natura, quum ego per legem naturalis ei eſſe pater uidear: nec fieri poſſit ut duos patres naturales quis habeat. Quod ſi ego eum emancipauero neque Iure ciuili: neque eo Iure, quod ex edicto Prætoris uenit, inter liberos connumerandus eſt. Quapropter neq́, ego eum ſcribere hęredẽ cogor, neq́; naturalis pater

id face-

id facere cogetur. In eo enim caſu filius, hic erit quaſi a te naturali patre emancipatus fuiſſet.

ARGVMENTVM.

Sexus quo ad inſtitutionem aut exhæredationē liberorum, differentia ſublata, eadem ratione inſtitui aut exhæredari fœminæ, qua mares hodie debent ſiue poſthumi, ſiue iam nati, ſiue emancipati ſint, quod locum quoque habet, ſiue priorem, ſiue ulteriorem gradum teneant.

SEd hæc quidem olim obtinebant. Verum Imperatoris noſtri conſtitutio nullam eſſe in teſtamentis uoluit differentiam inter maſculos & fœminas: propterea quòd utranque æque perſonam ad procreationem liberorū idoneam natura produxerit. Sed & illinc apertum eſt nullum eſſe inter eos diſcrimen, quod lex duodecim Tabul. mares iuxta ac fęminas ad ſucceſſionem inteſtati uocauerit. Quin & Prætor legem duodecim Tabu. ſequutus uidetur & ideo ſimplex ac ſimile ius: in filijs & filiabus et cęteris per uirilem ſexum deſcendentibus, non natis tantum, ſed etiam poſthumis, nec ſi ijsfamilias mō, uerum & emancipatis introduxit iuſſitq; ut ſiue ſui eſſent filij, ſiue emācipati, niſi hęredes inſtituerentur, nominatim exhęredarentur. Etenim ſi prætereantur, æque teſtamenta ex ipſa ſcriptura ipſorum reddunt inutilia & iniuſta, ſiue ſui ſint, ſiue emancipati, ſiue in rerum natura, ſiue in utero cōſtituti poſteà naſcantur. Porro in adoptiuis ſpecialem quandam obſeruationem inuenit in alia quadam conſtitutione Imperator noſter ſanctiſſimus, quam de adoptiuis edidit. § Sed hæc q. dem.

ARGVM.

Militis liberos ſe habere ſcientis in expeditione agentis, liberorum præteritione teſtamentum non corruit, ſed pro exhæredatione præteritio habetur, ignorantis autem teſtamentum iure ipſo concidit.

§. Sed ni ī expeditione. *Miles in expeditione agens, teſtamentum fecit liberos ſuos iam natos poſthumos, neque hæredes ſcripſit, neque nominatim exhæredauit, ſed contumelia præteritionis affecit. Quæſitũ ẽ, an ualeat teſtamẽtũ: Et dicimus: Si liberos hos habere ſe ſciuit, nec mentionem eorum habuit, præteritionem hanc pro exhæredatione nominatim facta accipi (ſicut Principum conſtitutionibus cautum eſt) & ualere teſtamentum eius. Quod ſi neſciuit, ipſo iure teſtamentum eius non ſubſiſtit.*

ARGVM.

Matris prӕteritio, aut eorum, qui ſupra eam ſunt idem quod patris exhæredatio efficit.

§. Mater. *Mater uel auus maternus liberos ſuos hæredes inſtituere aut exhæredare neceſſe non habent, ſed ſilẽtio prӕterire poſſunt. Matris enim aut aui materni ſilentium, non minus poteſt, quã patris exhæredatio. Nam neq; mater filium aut filiam, neque auus nepotem neptemve ex filia hӕredes inſtituere coguntur aut exhæredare. Itaque præteriti, neque auxilium, a Iure Ciuili habent, neque rurſum Prætor eis bonorum poſſeſſionem contra tabulas pollicetur. Hæc enim ſuis conſtituta ſunt, nõ ijs, qui ſui eſſe deſierũt. Sed aliud eis adminiculũ ſeruatur, qđ paulo poſt dicemus.*

De hære-

De hæredibus inſtituendis.

TITV. XIIII

ARGVM.

Liberum hominem hæredem inſtitui poſſe, ſed & ſeruum quoq; tum proprium, tum alienum cum libertatis adiectione, aut ſine ea. Et ſeruo ſimpliciter inſtituto, libertas data intelligitur. Seruus tamen adulterij poſtulatus ante ſententiam manumitti, aut hæres inſtituta domina nequit.

POST traditam de inſtitutione & exhæredatione liberorum doctrinam, & illud dicere neceſſe eſt, quas alias perſonas hæredes ſcribere poſſimus. Hæredes igitur inſtituere permiſſum eſt, tum liberos tum ſeruos: nec noſtros modo ſeruos ſed & alienos. Sed noſtros quidem ſeruos olim ſecundum plurium Iuriſconſultorum ſententiam, haud aliter inſtituere licebat, quam cum libertate. Hodie uero & ſine libertate ſerui inſtitutio ualet ex conſtitutione Imperatoris noſtri, quæ ſeruos & ſine libertate inſtitutos, ad hęreditatem ſine impedimento admittit. Neq; id per innouationem introductum eſt, ſed ex ſentẽtia quorũdam ueterum. Nam & Attilicinus Iuriſcõſultus id ſequutus eſt, ut ſeruus & ſine libertate recte inſtitueretur ſicut prudẽtiſſimus Paulus, tũ in libris ad Maſſuriũ Sabinũ, tũ in libris ad Plautium refert. Seruus ãt noſter & is intelligitur cuius alij uſumfructum conceſſimus, & nos eo nudã proprietatem habemus. Inuenias autem mirabilem quendam caſum, in quo nec cum libertate ſeruus utiliter a domina hæres inſtituitur, ut cõſtitutione diuorum Seueri §. Eſt aũt caſus.

& Antonini comprehenſum eſt, quę locum habet in hac ſpecie. Quidam aduerſus Titiam accuſationem inſtituerat, dicens, eam cum ſeruo proprio Sticho adulterium cõmiſiſſe. Iudicio nondum abſoluto, dicta Titia moriens, dictum Stichum cum libertate hæredem inſtituit. Quæſitum eſt poſt mortem eius an hæredis inſtutio ualeret? Et quidem ij quos diximus diui Principes reſcripſerunt, Seruum adulterij rerum non utiliter ante finem iudicij in teſtamento manumitti ab ea domina, quæ eiuſdem illius criminis rea poſtulatur. Hæc igitur in tali ſpecie ſerui inſtitutio nullius momenti eſt.

ARGVM.

Vſusfructus in ſeruo, vſufructuarij ſeruum proprium non reddit. ideo ab eo inſtitutus, etiam cũ libertatis adiectione, libertatem minime cõſequetur. At qui a proprio domino cum libertate, aut citra libertatis expreſſionem inſtituitur, hæres domino neceſſarius fit ſimul & liber: niſi teſtamento ſuperſtes dominus aut manumiſerit, aut alienauerit. manumiſſus ex neceſſario, uoluntarius hęres fit: alienatus ſeruus manens, nouo domino hæreditatem quærit.

§. alienus. §. Seruus autem a domino.

Quoniam uero dictum eſt, & alienum ſeruum utiliter a nobis hæredẽ ſcribi: ſciẽdũ eſt & eum alienum eſſe, in quo teſtator uſumfructum habebat. Quando autem ſeruum meum hæredem inſtituo ſiue cum libertate, ſiue ſine libertate (neque enim intereſt, ut iam diximus) ſiquidem meus manſerit, liber fiet, & neceſſarius mihi hæres. ſin uero eum teſtamento meo ſuperſtes manumiſero, uoluntarius fiet hæres, & liberũ, ei erit, aut edire aut non adire. Ne-

ceſſarius enim eſſe non poteſt, dum vtrunque ex domini teſtamento non habeat, hæreditatem ſci licet & libertatem. Quod ſi cum non manumiſe ro, ſed alienauero: noui domini iuſſu adiens, il li hæreditatẽ acquirit. Alienatus enim & meus non permanens, neque liber, neque hęres eſſe po teſt, etiam ſi cum libertate hæres inſtitutus fue rit: quoniam dominus à libertatis datione deſti tiſſe videtur, propterea quod eum alienauerit. Et hęc quidem de ſeruo noſtro. Alienus autem ſeruus hæres inſtitutus, ſi eiuſdem domini per- manſerit, iuſſu illius hæreditatem adiens, ipſi eã acquirit. Sin vero alienatus fuerit, aut viuo te ſtatore, aut poſt mortem eius antequam domini iuſſu adiret: tunc noui domini iuſſu adire pote- rit. Quod ſi viuo teſtatore à domino ſuo manu- miſſus fuerit, aut poſt mortem eius ante aditionẽ: ſuo arbitrio vtpote liber, adibit. § alie nus.

ARGVM.

Serui alieni poſt domini mortem collata inſtitu tio non modo efficax eſt, ſed eius quoque, qui vel hæreditarius eſt, vel eius, qui naſciturus, nondum natus eſt. Et qui plurium ſeruus eſt, ab extraneo hæres inſtitutus, cuilibet domino pro virili hære- ditatem acquirit.

HAec habeo in modum cuiuſdam prauię ſpeculationis. Quos dominos hæredes in ſtituere poſſumus horum poſſumus & ſeruos. Nã ſeruus quum perſonam non habeat à domino ſuo deſignationem accipit. Hęc eſt pręuia ſpeculatio: vide nunc cætera. Titius ſeruum habebat, Sti- chum nomine. Nunc ego Stichũ ita hæredẽ ſcri pſi: Stichus poſt mortem Titij domini ſui, mihi §. Ser uus ãt alie- nus.

hęres

hæres eſto. Quæſitum eſt, an teſtamentum non ſubſiſtat: nam mortuo Titio, nemo eſt in rerum natura, ex cuius perſona deſignationem ſeruus habeat, Sed tamen placuit, hæredis inſtitutionem valere. Etenim vt maxime dominus eius Titius non ſuperſit, tamen in hæreditate, & hæreditarius eſt ſeruus. Porro cum ſeruis hæreditarijs teſtamenti factionem habemus: quoniam hæreditas nondum adita, perſonæ vicem ſuſtinere videtur defuncti, non hæredis futuri. Quod autẽ id verum ſit, vel hinc apparet, Si quis moriens poſthumum relinquat: nam etiam nondum nato poſthumo, defuncti ſeruum vtiliter hæredem inſtituere poßum quamuis alienum poſthumum (eſt autem alienus poſthumus, qui ſi naſcatur, ſuus mihi non eſt futurus) veteres mihi hæredẽ inſtituere non permittunt. Atqui ſi hæreditas perſonam ſuſtineret futuri hæredis, non vtiliter in hac ſpecie, hæreditarium ſeruum hæredem inſtituißem. Complures vnius erant ſerui domini. Seruum hunc ego hæredem inſtituere poſſum. Et dummodo cum ſingulis eorum teſtamenti factionem habuerim, vnicuique dominorum pro parte dominica hæreditas mea acquiritur.

ARGVM.

Hæredes quot volumus, facere poſſumus, ſi quidem hæreditas plerumque in duodecim vncias diſtributa, ex diſponentis arbitrio, aut legis interpretatione plures aut pauciores recipit partes.

§. Et vnũ. §. Hæreditas.

POſſum autem & vnum & plures, & vſque ad infinitum hæredes inſtituere. Hæreditas plerunque in duodecim diuiditur vncias. Et vniuerſa hæc hæreditas, As appellatur, habetq́;

pater

pater in ſeſe, q̃ ab vncia per ꝓpria nomina vſq; ab aſſem appellantur. Sunt autem hæ: Vncia, duodecima hæreditatis. Sextans, ideſt, duę vnciȩ, ſexta pars. Quadrans, quarta pars, hoc eſt, vnciæ tres. Triens, tertia: quæ vncias quatuor efficit. Quincunx, tertia pars & duodecima, hoc eſt, quinque vnciæ Semis, dimidia: hoc eſt, vnciæ ſex. Septunx, dimidia cum duodecima: hoc eſt, ſeptem vnciæ. Bes, duæ partes e tribus (Græce διμοιροι) ſiue octo vnciæ. Dodrans, duæ partes e tribus cum duodecima: Id valet vncias nouē. Dextans, duę partes e tribus cum ſexta, id eſt, vnciæ decem. Deunx, duæ partes e tribus cum quarta: hoc eſt, vnciæ vndecim. As, vnciȩ duodecim. Porro non vtique ſemper patrimonium, de quo teſtator teſtamentum condit, in duodecim vncias diuidi oportet: tot enim vnciæ aſsem abſoluunt quot teſtator voluerit. Si quis igitur, verbi gratia, vnum hæredem ſcripſerit in ſemiſſem, id eſt, in vncias ſex, totus as in ſex vncijs erit. Neque enim dicimus, fore, vt hæres ſcriptus ſemiſsem accipiat, & qui ab inteſtato veniet, alterum ſemiſſem. Quoniam paganus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere non poteſt: quamuis omnino miles poſſit, cuius voluntas qualiſcunque ſit, in teſtamentis pro lege habetur. Itaque ſi miles teſtamentum ordinans ita dixerit: Ille mihi ex quadrante hæres ſit, dodrantem ij qui ab inteſtato veniunt, accepturi ſunt. Porro autem quemadmodum as à teſtatore in pauciores vnicas contrahi poteſt, ita & in plures extendi poteſt. exempli gratia, dicere poteſt, Ille mihi ex

beſſe

beſſe hęres eſto, & ille ex ſeptunce.

ARGVM.

Plures non definitis partibus inſtituti, ex æquo ad hæreditatem vocati intelliguntur: proinde qui hæredes inæqualibus partibus habere vult, partes definire neceſſe habet. At partibus definitis nonnullis hæredibus factis, qui ſine parte inſtituti ſint, reliquum hęreditatis accipiunt: aſſe vero prorſus diſtributo, quibus pars definita non eſt, ſemiſſem auferunt.

§. Si plures

SI plures inſtituam hæredes, & ex æquis partibus eſſe eos hæredes velim: ſufficit eos ſine partibus inſtitui: ita, Ille & ille, & ille mihi hæredes ſunto, quamuis enim ego vncias non nominem, tamen ex æquo ſuccedent. Sin vero ex inæqualibus eos partibus eſſe velim hæredes, tunc ex certa parte inſtituero neceſſe eſt, & dicere: Ille mihi ex triente, & ille ex ſemiſſe hæredes ſunto. Quid ergo? ſi pluribus inſtitutis hæredibus, partes in quorundam perſonis expreſſi, & vnum aliquem ſine parte inſtitui, quantum accepturus eſt, qui ſine parte inſtitutus eſt? Et dicimus, ſi quidem aliqua deſit aſſi pars, forte enim Primũ inſtitui ex quincunce, Secundum ex quadrante, & tertium ex ſextante, & addidi, Quartus mihi hæres eſto: vel. Quartus & Quintus & Sextus hæredes mihi ſunto: tunc dicimus, vnum illum, aut hoſce tres, qui ſine parte inſtituti ſunt, ex duabus vncijs ſiue ex ſextante hæredes futuros. Quod ſi in tres priores totum aſſem conſumpſerim, vno ex ſemiſſe, altero ex triente, tertioque ex ſextante hæredibus inſtitutis: deinde unum aliquem aut plures ſine parte ſubiunxe-

iunxerim: tunc, quoniam nihil aſſi deeſt, in quod venire poſſint, qui ſine parte inſtituti ſunt, ſemis illi aut illis, qui ſine parte inſtituti ſunt, dabitur quaſi videatur teſtator ex vigintiquatuor vncijs hæredes inſtituiße. Qui igitur ſine parte hæres inſtitutus eſt, aut partem, quæ ad aſſem deeſt, aut ſemiſſem habebit. Neque vero intereſt, primus an poſt omnes, an in medio inſtitutus ſit is, qui ſine parte eſt: ubique enim eadem ratio & idem effectus eſt. Complures hæredes inſtitui, ex certis partibus: nec tamen aßem in eos conſumpſi: ſed pars eius adhuc aliqua reliqua eſt. Pars igitur quæ vacat, ad quem ſpectabit? Et dicimus, quod pars quæ reliqua eſt tacite ſcriptis hæredibus accreſcit. Verbi gratia: Tres ex ternis vncijs hæredes ſcripſi, vt iam quadrans vnus ſit reliquus. Quadrans hic tacite ſingulis hæredibus pro parte hæreditaria accreſcet, & in effectu vnuſquiſque eorum ex quatuor vncijs hæres eſſe inſtitutus inuenietur perinde atque ſi ſinguli in ſingulos trientes inſtituti fuiſſent. Et ex diuerſo ſi plures ex certis partibus hęredes ſcribam, & ex certa parte ſcribendo duodecim vncias excedam: tacite cuiq; id decreſcet quod ſupereſt ſ Verbi gratia: Quatuor ex quaternis vncijs hæredes ſcripſi: lex tacite ſingulis ſingulas detrahit vncias, & in effectu ſinguli ſingulos habere quadrantes deprehenduntur.

§. Et ſi plures.

Itē plures ex certis partibus hęredes īſtitui, et duodecim vncias egreſſus ſū: deinde et aliū ſine parte adiunxi: quātū habebitis, qui ſine parte eſt?

Et

Et dicimus quantum complēdo alteri aſſi defuerit. Verbi gratia: Si dixi: Primus mihi ex quincunce hæres eſto, Secundus ex ſemiſſe, Tertius ex beſſe. Porro & Quartus mihi hęres eſto. Dicimus futurum, vt quartus reliquas quinque vncias habeat. Nouemdecim enim vncię ijs qui certas partes habent, relictæ ſunt. Idemque eſt, ſi vtroque aſſe, hoc eſt dupōdio in tres illos conſumpto alium poſtea ſine parte adiungam. Nam & hic aſſem vnum habiturus eſt, vt ita triginta ſex fiant unciæ. Enimuero has viginti quatuor, aut triginta ſex vncias, ad vnum aſſem reuocare reducereque poſſum.

ARGVM.

Pure & ſub conditione hæredem inſtitui poſſe ex certo autem tempore, aut ad certum tempus nequaquam: huiuſmodi tamen temporis adiectione circunducta, qua ſi appoſita non ſit, quod ſic diſpoſitum fuerit, minime corruet.

§. Haires. *Hæres & pure & ſub conditione inſtitui poteſt. Pure, Ille mihi hæres eſto. Sub conditione, Ille mihi hæres eſto, ſi nauis ex Aſia venerit. Ex certo autem tempore, vel ad certum tempus inſtitui nemo vtiliter poteſt. Verbi gratia: ille mihi poſt quinquennium quàm moriar, hæres eſto, vel à Calendis Iannarijs. Aut ſi quis ita dixerit: Ille mihi hæres eſto vſque ad Calendas Ianuarias. Circunducto enim & pro ſuperuacuo habito tempore, quod vſque ad Calendas vel a Calendis eſt, perinde erit inſtitutio, quaſi pure fuiſſet facta.*

AR-

ARGVM.

Conditionis impoſſibilitas vltimæ voluntatis diſpoſitionem non labefacit. Et quæ ſub pluribus conditionibus coniunctim diſponuntur, omnino adimplenda ſunt: quæ ſub alternatiuis pro parte vnius tantum.

QVendam ſub conditione impoſſibili hæredem inſtitui, dicens: Ille mihi hęres eſto, ſi mare ebiberit: aut etiam legatum alicui, fideive commiſſum vel ſeruo libertatem reliqui. Conditio hæc impoſſibilis aufertur, ac pro non ſcripta habetur, et purum efficitur, quod hæredi relictum eſt. Hæredem quendam ſub pluribus conditionibus inſtitui. Quęritur, an expectandum ſit, donec omnes impletæ fuerint? Et dicimus, quòd ſi coniunctim adſcripta ſunt, (veluti ſi dixerim: Ille mihi hæres eſto, ſi Capitolium aſcenderit, & ſi nauis ex Aſia venerit, & ille Conſul factus fuerit) omnium expectandus eſt euentus. Sin vero ſeparatim & diſiunctim eas adſcripſi, dicens: Ille mihi hæres eſto, ſi Capitolium aſcenderit, aut ſi Titio dederit decem ſolidos: cuicunque volet parendo, hęres fiet. §. Impoſſibilis, § Si plures

ARGVM.

Teſtantis ignorantia quo ad hæredis inſtitutionem, diſpoſitionem inefficacem minime reddit.

VTiliter & eos quis, poteſt inſtituere hæredes, quos nunquam viderit. Verbi gratia: Fratrem aliquis habuit peregre degentem, & is ibi liberos creauit. Filios eos, quos nunquam uidit, hæredes ſcribere poteſt. Ignorantia enim teſtantis circa hæredem inſtitutionem inutilem non facit.

De

De uulgari ſubſtitutione.

TIT. XV.

ARGVM.

Hæredum gradus plures facere poſſumus, quorum à primo, qui poſteriores ſunt ſubſtitutionis nomine continentur: Eſt autem ſubſtitutio, ſecunda conditionalis inſtitutio: cuius ſpecies hic & ſequenti titulo fuſe pertractantur. Cæterum in euẽtum poſſumus & hæredem ſeruum noſtrum inſtituere, qui ſit hæredis nomen in ſubſidium neceſſario ſubiturus.

NIhil prohibet, quo minus teſtator, & inſtitutionem faciat, & ſubſtitutionem; aut denique (vt rẽ verbo abſoluam) plures hæredũ gradus. Gradus autem hæredum dicitur, qui totum aſſem, hoc eſt, duodecim habet vncias. Licet enim nobis ita teſtari: Primus hæres eſto. Si primus hæres non erit, Secundus hæres eſto. Si nec Secundus hæres erit, Tertius hæres eſto. Quod ſi Tertius non erit, Quartus hæres eſto: & ita deinceps in infinitum ſubſtituere poſſumus. Et ultimo loco ſiue gradu, tanquam in extremum ſubſidium, ſeruum noſtrum inſtituere poſſumus. Vt ſi contingat omnes recuſare,

§. Et plures *ſeruus neceſſario ſit hæres. Poſſumus autem, & vni vnum, & vni plures, & pluribus vnum, & pluribus plures ſubſtituere. Vni vnum, vt Primus mihi hæres eſto. Si primus non erit Secundus hæres eſto. Vni plures, ſic: Primus mihi hæres eſto. Si Primus non erit, Secundus & Tertius mihi hæredes ſunto. Pluribus vnũ ita: Primus, & Se-*

cundus

cundus mihi hæredes ſunto. Si ij non erunt, Tertius mihi hæres eſto. Plures pluribus, vt: Primus & Secundus mihi heres ſunto. Si ij non erunt, Tertius & Quartus mihi heres ſunto. Poſſumus ad hæc & inuicem heredes ſibi ſubſtituere. Vt: Primus mihi ex ſemiſſe heres eſto, & Secundus item ex ſemiſſe. Quod ſi Primus heres non fuerit, heres eſto. Secundus & in partem eius. Sin vero Secundus non adierit, Primus in Secundi partem ſubſtitutus eſto.

ARGVM.

Inſtitutis portionibus non æquis, mutuoque ſubſtitutis, partibus non definitis, eadẽ partes in ſubſtitutione datæ uidentur, quæ in inſtitutione.

ET ſi quis heredes ex diſparibus partibus ſcriptos, vt hunc ex ſeptunce, illum ex quincunce, inuicem ſubſtituerit, & nullam in ſubſtitutione partium mentionem habuerit: eas partes accepturus eſt ſubſtitutus, quas accepturus erat ſi adijſſet is, in cuius locum ſubſtitutus eſt. Nam ſi contingat, vt is, cui quicunx datus eſt, adeat, & is, cui ſeptunx, omittat: dicendum non eſt, Primum ex ſubſtitutione tantum quincuncem habiturum, ſed ſeptuncem. Hunc enim Secundus accepturus erat ſi adijſſet. §. Et ſi ex diſparibus.

ARGVM.

Subſtitutus ei, qui cohæredi ſubſtitutus eſt, neutro priorũ adeunte, ad vtriuſq; partes admittitur.

QVidam heredes ſcripſit. Primum ex ſemiſſe, & Secundũ ex ſemiſſe. Deinde dixit: Si Secũdũ hæres nõ erit, Primus & ex parte Secundi §. Sed ſi inſtituto.

Secundi hęres eſto. Quod ſi Primus hæres non erit, Tertius hæres eſto. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: ſine diſtinctione Tertium hæredem eſſe poſſe, ſiue Primus ſolus, ſiue Primus, & Secundus hęreditatem omittant.

ARGVM.

Subſtitutio alieno ſeruo, libero a teſtatore credito, vulgariter facta, ſubſtitutum ad hæreditatis, vel à ſeruo domini iuſſu aditæ, partem admitti facit. Verba autem hæc, Si hæres non erit, quid velint, facile explicat Imperator.

§. Si ſeruus *QVum ſeruum tuum patremfamilias eſſe putarem hęredem eum inſtitui. Et adieci: Si is mihi hæres non erit, Mæuius mihi hæres eſto. Mortuo me, ſeruus tuus quem hęredem ſcripſeram, te iubente hęreditatem adijt: quęritur, an locus ſit ſubſtitutioni? Et dicimus ſubſtitutum in partem dimidiam admitti. Sed dicat aliquis, ſubſtitutum in totum aſſem admitti debere, Nam teſtator dixit: Ille mihi hæres eſto: & ſi is non fuerit, Mæuius eſto. Quum igitur hęres inſtitutus, hæres eſſe non potuerit, vt qui ſeruus fuerit, neceſſe erat ſubſtitutum in vniuerſum ius vocari. Sed huic reſpondendum eſt, verba hæc, Si hæres non erit: in eo quidem, qui alieno iuri ſubiectus eſt, quum teſtator id non neſciret, ſic intelligi debere. Si neque ipſe inſtitutus hæres erit, neque alium hæredem fecerit, hoc eſt alij acquiſierit, vt tunc demum locus fiat ſubſtitutioni. In eo vero, quem patremfamilias eſſe putabat teſtator, hoc ſignificare verba illa, Si hæres non erit: Si neque ſibi: neque ei, cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cęperit, hæreditatem acqui-*

acquiſierit: vt in totum, locum habeat ſubſtitutio. Hic autem, quia iam alieno iuri ſubiectus eſſet, qui paterfamilias eſſe putabatur, ideo ſubſtitutus dimidiam partem accipit. Idque & diuus Pius in perſona Partheniј ſerui ſui reſcripſit. Forte enim quiſpiam quum Parthenium Cæſaris ſeruum liberum eſſe arbitraretur, heredem eum ſcripſit, & deinde ita ſubſtitutum dedit. Quod ſi Parthenius mihi heres non erit, Mæuius hæres eſto. Et tunc facta eſt conſtitutio, vt dimidia pars hereditatis per Parthenium Ceſari acquireretur; & in alteram dimidiam Mæuius ſubſtitutus vocaretur.

De pupillari ſubſtitutione.
TITV. XVI.

ARGVM.]

Quos in poteſtate habemus liberos, his non vulgariter modo ſubſtituimus, ſi modo impuberes ſed pupillariter quoque: atque ita, vt & pupillari, vulgarem coniungamus. Subſtitutione autem locum habente, ſubſtitutus pupillo hæres efficitur.

AT enim non extraneis tantum heredibus inſtitutis, ſubſtitutum dare poſſumus, ſed etiam liberis noſtris, ita dicentes: Filius ille meus heres mihi eſto: & ſi hæres non erit, ille heres eſto. Et hec vocatur vulgaris ſubſtitutio, quoniam apta idoneaque eſt vt cuiuis fiat, tum extraneo, tum filio. Sed in extraneo quidem multis caſibus accidit, vt ſubſtitutio locum habeat: Quod genus fuerit, Si inſtitu-

inſtitutus ante teſtatorem decedat; ſi repudiet aut omittat hæreditatem: aut ſi ſub conditione eo inſtituto, conditio non exiſtat. In filio vero, vno duntaxat caſu locus ſit ſubſtitutioni: videlicet ſi filiusfamilias ante patrem teſtantem decedat. Nam ſi ante filium decedat pater, ſubſtitutioni non ſit locus. Ille enim ſtatim patri ſit hæres, neque abſtinendo nomen hæredis ponit. Nam hęredis nomen ſemel alicui partum, difficulter ad alium transfertur. Eſt & alia ſubſtitutio, quę in liberis noſtris procedit: nec liberis tantum, ſed quos in poteſtate habemus: nec tantum quos in poteſtate habemus, ſed ſuis impuberibus. Vocatur autem ea Pupillaris, ab ętate, de qua fieri ſolet. Subſtitutionem igitur pupillarem ſic facere poſſumus: Ille filius meus hæres mihi eſto, & ſi hęres fuerit, ac impubes moriatur, ille hęres eſto. Et ſi filius hęres factus fuerit, & ante pubertatem deceſſerit: locus ſit ſubſtitutioni. Porro pupillari ſubſtitutioni vulgarem licet cõiungere, & facere ſubſtitutionem (vt ita dixerim) Vulgari pupillarem, hunc in modum; Filius meus hęres mihi eſto, & ſi hęres non erit, (quod eſt proprium vulgaris) aut hęres factus, intra pubertatem decedet, (quod eſt proprium pupillaris) ille hęres eſto, Quid ais? Viuo patre mortuus eſt filius: ex prioribus uerbis, uenit ſubſtitutus, & hęres ſit patris, non defuncti filij. Quod ſi uiuo filio pater deceſſit, & filius hęres factus, ante pubertatem mortuus eſt: tũc ex uerbis ſequentibus ſubſtitutio locum habet, & hęres ſit ſubſtitutus, non patris, ſed defuncti filij. Porro ius

ro ius hoc pupillaris ſubſtitutionis, nulla propria lege inuentum, ſed moribus & iure non ſcripto introductum eſt. Etenim quum pupilli teſtamentum ſibi facere non poſſent: iuſtum viſum eſt, ut patres ijs teſtamenta facerent.

ARGVM.

Exemplaris ſubſtitutio, ad pupillaris exemplũ inuenta, mentis ſanitate, vt pupillaris pubertate expirat.

HAc ratione motus & Imperator noſter ſanctiſſimus, conſtitutionem emiſit, quam & Codici ſuo uoluit inſeri: qua & tali caſui conſultum eſt. Ait enim: Si quis furioſos, aut dementes filios habeat, aut nepotes aut pronepotes, cuiuſcunque ſexus ſint & cuiuſcunque gradus, ius & poteſtas ei eſto, etiam ſi puberes ſint, ad ſimilitudinem ſubſtitutionis pupillaris, certas perſonas ſubſtituere, in caſum quo in dementiæ morbo adhuc manentes, deceßerint. Quòd ſi reſipuerint ſubſtitutionem illam infirmari ſanciuit. Id quod & ipſum ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis inuenit, quæ poſtquam pupillus adoleuerit, infirmatur. §. qua rōne.

ARGVM.

Pupillari ſubſtitutione facta, duo quodammodo teſtamenta videri: at verius duarum hæreditatum teſtamentum vnum dicetur. Cęterum, ſi timeatur de ſubſtituto, ne pupillo inſidias paret, qualiter ſit occurrendum.

PVpillari igitur ſubſtitutione in præfatum modum ordinata, duo quodammodo teſtamenta ſunt: alterum patris erga filium: alterum §. Igitur.

L filij

filij erga ſubſtitutum, quemadmodum ſi ipſe filius hæredem ſibi ſcripſiſſet. Quinimo, ſi verum dicere volumus propius eſt, ut vnum ſit teſtamentum, ſed hæreditates duæ; quarum altera ad filium a patre defertur, altera à filio ad ſubſtitutum vadit. Quæcunque enim pupillus vel ex hæreditate paterna habuerit, vel ipſe ſibi acquiſierit poſt mortem patris: ad ſubſtitutum tranſeunt. Porro vnum eſſe teſtamentum, vel eo argumento oſtenditur, quod ſolum ſeptem teſtes adhibeantur: quum, ſi duo fuiſſent teſtamenta, quatuordecim adhibendi fuerunt.

§. Sin autem quis. *Contingit ſæpe numero vt qui filio ſuo pupillariter ſubſtitutum dederit: in ſummum timorem veniat, ne qui pupillo ſubſtitutus eſt, vbi nouerit poſt mortem patris, ſe illi ſubſtitutum datum pupillo inſidias comparet (eſt autem impubes ob ætatis breuia tempora, inſidijs admodũ obnoxius) Si quis ergo pater ita formidoloſus eſt, & formidinem hanc vitare vult: pupillo hærede inſtituto, vulgarem ſubſtitutionem palam ſine timore poſt inſtitutione pupilli ſcribat. Sic enim pupillo inſidiari ſubſtitutus non poterit, neque viuo patre: quia tunc ignorat, quid in teſtamento ſcriptum ſit, neque a morte teſtatoris: quia iam pupillus hæres patris factus, locum vulgari ſubſtitutioni non facit: porro nemo ſine ſpe lucri, inſidias pupillo molitur. Et id quidem de vulgari ſubſtitutione. Pupillarem autem ſubſtitutionem, quum quis facere vult, dicat in hunc modum, Filius meus hæres mihi eſto, & ſi hæres non erit, ille mihi hæres eſto. Et quum tutores,*

legata;

legata, fideicommiſſa, & libertates dederit, in inferiore teſtamenti parte hæc verba ſcribat: Sin vero filius meus hæres factus ante puberta tem mortuus fuerit, ille ei hæres eſto. Et hanc partem proprio lino colligat, & propria cera conſignet. Sed & in priore parte teſtamenti, hæc verba ſcribat: Nolo inferiorem partẽ teſtamen ti viuo filio meo & adhuc impubere aperiri. Subſtitutione enim pupillari hunc in modum fa cta, tutus erit pupillus ab inſidijs omnibus. Nam neque viuo patre quiſquam ei inſidiabi- tur, propterea quod teſtamentum omne adhuc clauſum ſit: neque a mortis patre, propterea quod tota ſubſtitutionis pupillaris ratio ignore- tur. Quidam quum teſtamentum conderet, & filium hæredẽ ſcriberet, ſtatim ſubſtitutionem pupillarem ſubiunxit, valet nihilominus ſub- ſtitutio. Verum is, qui id conſilij cepit, & ibi filio ſubſtitutum dedit, vbi filium hæredem in- ſtituerit cum magno filij diſcrimine teſtatus eſſe videtur:

ARGVM.

Liberis impuberibus inſtitutis non ſolum pu- pillariter, ſed exhæredatis quoque ſubſtitui po teſt: in quo ſubſtitutionis genere, pupilli bona vn decunque quæſita continentur.

NOn *ſolum autem hæredibus, inſtitutis libe ris impuberibus, pupillariter ſubſtitue- re parentes poſſunt ſed etiam exhæredatis. Que- madmodum igitur propter patriam poteſtatem, non quia hæredes ſcribuntur, pupillarem habent ſubſtitutionẽ: ita & exhæredatis liberis vtiliter* §. Nõ ſolum

ſubſtituimus. Verum dixerit aliquis, Quid ergo accepturus eſt is, qui exhęredato pupillo ſubſtituitur? Dicemus, ſi quid contingat pupillum ex hęreditatibus, legatis, aut donationibus propinquorum, vel amicorum paternorum, acquirere, id omne ad ſubſtitutum tranſibit. Ea quę dicta ſunt de ſubſtitutione liberorum impuberum inſtitutorum uel exhęredatorum, etiam ad poſthumos trahuntur. Poſthumis enim uulgariter ſubſtituere poſſumus, hunc in modum: Poſthumus mihi hęres eſto: & ſi non fuerit, ille hęres eſto. Hęres autem non eſt, ſi aut non naſcatur, aut natus ante patrem decedat. Poſſumus & pupillariter, ita: Poſthumus mihi hæres eſto: & ſi hæres fuerit, et impubes deceſſerit, ille hęres eſto. Sed & illud ijs quę dicimus conſequens eſt, ut Vulgari pupillaris (quam uocant) ſubſtitutio in poſthumis procedat.

ARGVM.

Impuberi filio pater pupillariter ſubſtituere nequit, niſi pariter ſibi teſtamentũ faciat: eo corruente, concidet & ſubſtitutio. Poteſt autem huiuſmodi ſubſtitutio, vel ſingulis liberis fieri, vel ei, qui poſtremus eorum impubes decedet.

§. liberis. *HAbeto hęc pro quadam pręuia inſpectione. Pars teſtamenti, in qua pater ſibi hæredem inſtituit, dicitur principalis: ea uero in qua filio impuberi ſubſtituit, dicitur pupillaris. Pendet autem pupillaris ex principali, & ex illa uim ſuam accepit. Hoc ita pro pręuijs quibuſdam cognito, uide nunc reliqua. Diximus liberis noſtris impuberibus poſſe nos ſubſtituere. Id autem intellige, quum nobis ipſis hęredes*

des inſtituimus: hoc eſt, quum principalem partem condimus. Hac enim non condita, pupillaris non habet unde ſibi robur aſſumat. Nam pupillare teſtamentum veluti pars & ſequela eſt principalis teſtamenti. Atqui ſequelam nemo inuenire poteſt, niſi & principale ſubſiſtat. Adeo autem vim ſuam omnem pupillare teſtamentum à principali accipit, ut ſi principale non ualeat, nec pupillare valere poſſit. Finge enim exempli gratia: Teſtatorem in principali, nomen hæredis ſua manu non ſcripſiſſe, & tamen in pupillari id feciſſe: nullius momenti erit pars pupillaris, quoniam pars principalis vitio laborat. Poſſumus autem, ſi plures nobis ſint liberi impuberes, vel ſingulis pupillariter ſubſtituere, vel ei, qui eorum nouiſſimus impubes morietur. Sed ſi neminem liberorum impuberum inteſtatum velim decedere: ſingulis propria ſubſtitutione ſubſtituo. Sin vero iura ſucceſſionum ab inteſtato, ſalua & integra eſſe inter liberos malim, tunc ei, qui eorum vltimus impubes morietur, alium quempiam extraneum ſubſtituo. Et ſi alij mortui fuerint fratres ſuperſtites, ius legitimæ hæreditatis ab inteſtato habebunt. Sin vero vnus ex eis nouiſſimus impubes obierit, tunc veniet ſubſtitutus.

§. Vel ſingulis.

ARGVM.

Subſtitutio pupillaris nominatim, aut generaliter concipi poteſt. Quod ſi generaliter facta ſit, pro ea parte ſcripti hæredes ad hæreditatem ex ſubſtitutione pro qua in inſtitutione vocantur.

§.Sub ſtituitur. *PRæterea nominatim impuberi ſubſtituere poſſum, & dicere: Si filius meus hæres mihi fuerit, & impubes deceſſerit, Titius ei hæres eſto. Poſſum autem & generaliter ei ſubſtituere. Verbi gratia, multos vna cum filio meo hæredes inſtitui, aut multis inſtitutis hæredibus, filium exhæredaui. Poſſum generaliter ita ſubſtituere, dicens: Quiſquis mihi patri hæres erit, is & filio meo ante pubertatem morienti, ſubſtitutus eſto. Per quæ verba, ex ſubſtitutione ad hæreditatem impuberis venient qui & ſcripti ſunt hæredes & extiterunt. Nam ſi inſtituti, hęreditatem, ex principali parte repudiauerint, & pupillari ſubſtitutione nihil capient. Diuiditur autem inter eos pupilli hæreditas, proportione hęreditaria, id eſt pro qua parte patri hæredes facti ſunt.*

ARGVM.

Pubertate pupillaris ſubſtitutio ſiue in mare, ſiue in fœmella finitur: nec in longius porrigitur tempus.

§. Maſculo. *ET maſculis quidem uſq; ad annos quatuordecim licet ſubſtituere: fęminis vero vſque ad duodecim. Quam ætatem ſi excedant: euaneſcit ſubſtitutio.*

ARGVM.

Extraneo ac filio puberi addita ſemel hæreditate, ſubſtitui directo non poteſt, indirecte & per fideicommiſſum poteſt.

§.Extraneo. *EXtraneo autem vel filio puberi hęredibus inſtitutis, nemo ad ſimilitudinem impuberum liberorum ſubſtituit, dicens: Ille mihi hęres eſto: &, ſi hæres mihi fuerit, & intra trigeſimum*

mum (exempli gratia) annum deceſſerit, ille ei heres eſto. Sed hoc ſolum permiſſum eſt, vt eum, quem hæredem inſtituerimus, per fideicōmiſſum poſſimus obligare, alij hæreditatem noſtram vel totam, vel pro parte reſtituere. Porro ius fideicommiſſi quid & quale ſit, ſuo loco tradetur.

Quibus modis teſtamenta infirmantur.

TIT. XVII.

ARGVM.

Agnatione etiam ciuili, teſtamentum vel iure factum, concidit.

Diximus quemadmodum iure teſtamenta fiant. Sed ſi quid eorū quæ ad ſolennitatem obſeruationemque ſpectant omiſſum fuerit, dicitur teſtamentum non iure ciuili factum, aut uerbi compendio, iniuſtum. Forte enim legitimus (ideſt, a lege ſtatutus) teſtium numerus omiſſus eſt: aut adfuerunt quidem ſeptem teſtes, ſed non omnes ſubſcripſerunt: aut ſubſcripſerunt quidem omnes, ſed non conſignauerunt: aut ipſi quidem omnia hæc fecerunt, ſed teſtator manu ſua nomen hæredis non ſcripſit, neque coram teſtibus futurum ſucceſſorem nominauit: aut aliquis qui liberos habebat, ſuos neque eos inſtituit, neque exhæredauit. Omnibus his ex cauſis, teſtamentum dicitur non Iure ciuili factum. Quòd ſi nihil eorum neglectum fuerit, non tamen ſic omnino ad finem vſque vim habet teſtamentum. Nam aut rumpitur, aut irritum fit. Et rumpitur quidem hunc in modum:

Quidam ſine vitio omni teſtamentum condidit. Sed quum teſtator eodem in ſtatu non manſiſſet, ius teſtamenti minutum eſt: forte enim poſt teſtamenti confectionem, adoptauit in filium, vel eum, qui ſui iuris eſſet, apud Imperatorem, vel eum, qui alieni, apud Prætorem, ſecundum ea, quæ conſtitutione quadam piiſſimi noſtri Principis cauentur: hoc eſt, quum auus eſt, qui adoptat. tunc enim adoptio naturam ſuam explicat: & teſtamentũ eius rumpitur, per adiectionem noui huius ſui perinde atque per agnationẽ poſthumi.

ARGVM.

Teſtamento poſteriore facto, ex quo iure ciuili hæreditas adiri poteſt, licet adita non ſit, prius corruit.

§. Poſterio re.

SEd & poſterius teſtamentum quod iure perfectum eſt, ſuperius rumpere poteſt, ſiue quis ex eo hæres exiſtat, ſiue non, dum exiſtere potuerit. Id enim ſolum ſpectamus, an aliquo caſu exiſtere potuerit. Et qui fieri poteſt, ut qui exiſtere potuit, non exiſtat tamen? Finge eum qui in ſecundo teſtamento hæres inſtitutus eſt, aut repudiaſſe, aut uiuente teſtatore, vel poſt mortem eius ante aditionem mortuum eſſe, aut conditionem, ſub qua inſtitutus erat, non extitiſſe. Et in his caſibus contingit, ut is, qui duo teſtamenta fecerit, inteſtatus tamẽ moriatur, priore rupto per confectionem poſterioris, & ſecundo irrito facto, quod ex eo nemo hæres extiterit.

ARGVM.

Teſtamento poſteriore iure facto, prius iure quoque

que factum tollitur; quanquam in ipſo poſteriore in re certa facta ſit inſtitutio, niſi prius valere teſtator expreſſerit: quo caſu, qui in re certa inſtitutus eſt, omnia per fideicommiſſum reſtituit. Vnde fit, ut rupti teſtamenti vitium multis modis contingat. Quibus autem modis irriti uitium teſtamentũ ſoluat, hic conſequenter facile traditur.

QVidam teſtamento condito hæredem primum inſtituerat. Deinde poſt tempus aliquod aggreſſus eſt & ſecundum teſtamentum facere, quod & iure perfecit, hærede inſtituto ſecundo, hunc in modum: Secundus mihi ex illa & illa re hæres eſto. Nihilominus & hoc modo prius teſtamentum rumpitur. Nec enim quod ex certa parte ſecundus heres in ſecundo teſtamento inſtitutus ſit, id inſtitutionem irritam facit. Ac ita Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: Cuius conſtitutionis hæc verba ſunt: (Neque enim referre abſurdum eſt, quum & aliud quiddam non inutile, ex ea diſcere poſſimus.) Quidam teſtamento condito, pluribusq; in eo inſtitutis hæredibus, in ſecundo teſtamento alium quendam ex certis rebus hæredem ſcripſit, hoc addito, ſe nihilominus velle & prius teſtamentum valere. Deceſſit. Relata eſt ad Seuerum & Antoninum, & ab ijs Cocceio Campano reſcriptum eſt: Teſtamentum quidem ſecundo loco factum, licet in eo certarum rerũ heres ſcriptus ſit, nihilominus prius teſtamentum rumpit, perinde atq; ſi inſtitutio ſine aliqua rerũ mentione in ſecundo teſtõ facta eſſet. Verũ inſſerũt eũ, qui in ſecundo teſtõ inſtitutus erat hæredẽ quidẽ §. Sed & ſi quis.

 eſſe,

eſſe,ſed tamen teneri hæredibus in priore teſtamento inſtitutis,ad reſtitutionem hęreditatis, ijs videlicet rebus cōtentum,ex quibus hęres ſcriptus fuerat. Ita vt ſi ea,quę ipſi relicta ſunt,quadrantem legis Falcidiæ non faciunt: ſuppleri ei debeat,quod quadranti deeſt. Huius autem rei ratio in verbis ex ſecundo teſtamento inſertis: quibus,vt valeret prius teſtamentum expreſſum eſt. Rupti ergo teſtamenti vitium multis modis accidit. Nam & poſthumi natiuitas,& noui ſui agnatio, & ſecundi teſtamenti confectio, teſtamentum rumpere ſolent. Et hæc de rupto. Porro & irriti uitium teſtamenta ſoluit. Verbi gratia,quum teſtator capitis diminutionē patitur. Quod quibus modis accidat, primo libro relatū eſt. Si enim teſtator aut maximam patiatur,& fiat ſeruus: aut mediam,& ciuitatem amittat: aut minimam,& fiat alieni iuris,dando ſe in arrogationem: irritum fit teſtamentum. Quemadmodum igitur,& iam dictū eſt, tria vitia ſunt, quæ teſtamentis ſunt moleſta: non Iure ciuili factum,ruptum,& irritum. Poſſumus autem & quod irritum eſt, ruptum vocare: & quod ruptum eſt,irritum. Sed & ea quæ nec initio iure facta ſunt,irrita vocare poſſumus: & ſine differentia, his nominibus utimur. Sed ideo ſingula uitia,ſingulis appellationibus diſtinguere inſtitutum eſt,vt ex proprio cuiuſque nomine cognitis uitijs, facilius ea uitare poſſemus.

ARGVMENTVM.

Quæ ſuperius non Iure ciuili facti teſtamenti vitia tradita ſunt,ad id quod Prætorio iure conficitur

tur,nil pertinet: quinimo Iure factum, teſtatoris capitis diminutione irritum Prętoria æquitate,ſi quo tempore teſtator deceſſit, ciuis Romanus ac ſui iuris ſit,vires reſumit,hæredique ſcripto ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio conceditur. §.Nõ tamẽ.

SEd hęc tria dicta uitia, teſtamentum Iure ciuili factum infirmat, uerum ad teſtamentum Iure prętorio confectum non pertinent. Nã uitium non Iure ciuili facti, ſtultum ſit dicere in teſtamento,quod ad Ius Prætorium pertinet, locum habere. Sed neque uitium rupti id diſſoluit: neque etiam irriti, ſi contingat, ut teſtator capitis diminutionem quam ſubierat, effugiat. Prętor enim duo tempora inquirit: nempe conditi teſtamenti, & mortis: & ſi quem utroque tempore inuenerit teſtamenti factionem habuiſſe, pro ualido teſtamentum tuetur: nihil curioſius de medio tempore laborans, ſiue ciuitatém,ſiue libertatem amiſit.Omnino enim ſi ſeptẽ teſtium ſignis ſignatum ſit,& defunctus utroque tempore, teſtamenti factionem habuerit, quoniam & ciuis Romanus & ſuæ poteſtatis erat, hæredi ſcripto dat bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. Quòd ſi in capitis diminutionem deceſſerit: quum enim ſe arrogandum præbuiſſet,mortuus eſt, antequam poteſtatis ſuæ fieret; tunc & ipſe Prætor irritum eſſe nouit teſtamentum,neque hęredi ſcripto bonorum poſſeſſiones ſecundum tabulas pollicetur.

ARGVM.

Teſtamentum Iure perfectum,vltimæ uoluntatis ſequenti imperfecta, neque ſolenni diſpoſitione, minime infirmatur.

§. Ex eo autem. QVidam teſtamento condito ſuperuixit, ac dixit ſe nolle id teſtamentum valere. Ex ſolis his verbis teſtamentum non infirmatur. Nam quæ iure confecta ſunt, iure etiam ſubuerti tollique debent. Plus dico: etſi quis poſt prius teſtamentum, ſecundum facere aggreſſus ſit, & aut mortalitate preuetus aut quia eum eius rei pœnituit, id non perfecerit: Diui Pertinacis conſtitutione cautum eſt, vt prius teſtamentum firmum ratumque ſit. Ait enim, non aliter tabulas priores, quæ iure factæ ſint, per ſequentes irritas fieri, quàm ſi & ſequentes iure ordinatæ & perfectæ fuerint. Nam imperfectũ teſtamentum, ſine dubio, nullum & infirmũ eſt.

ARGVM.

Quæ aduerſarij cauſa in lite uexandi, vel de Imperatore facta eſt inſtitutio, minime uiribus conſiſtit. Nam & ſi legibus ſolutus, iuxta certe legum dignitatem ac præcepta ſibi viuendum credit. Vnde nec temere quamlibet de ſe inſtitutionem factã admittit.

§. Eadem. EAdem conſtitutione & illud expreſſum eſt, talem inſtitutionem valere non debere, quum quis litis cauſa, quam cum aliquo habet. Imperatorem hæredem inſtituit, nec firma huiuſcemodi teſtamenta vocat. Sed neque ex nuda voce ſineque ſcriptis, hæredis inſtitutionem in Imperatorem collatam admittit, neque commiſſurum ſe dicit, vt aliquid accipiat ex ulla ſcriptura, tanquam ex ultima voluntate, niſi integra ei Iuris authoritas adeſſet. Secundum hanc conſtitutionem & D. Seuerus & Antoninus ſæpe reſcripſerunt. Licet enim (inquiunt) legibus

ſolu-

ſoluti ſimus, attamen ſecundum leges uiuimus. Quam vocem adeo diuinam magnifacere oportet, & ſæpe in ore habere.

De inofficioſo teſtamento.
TIT. XVIII.
ARGVM.

Inofficioſi querelam ſolis liberis ac parentibus defuncti, item fratribus & ſororibus conſanguineis competere, colore dementiæ prætento, cæteris autem agnatis non æque.

DIximus ſupra, poße parentes in condendis teſtamentis, liberos ſuos hæredes non ſcribere, ſed uel exhæredare, uel præteritionis ignominia afficere, in quibus ſcilicet præteritio pro exhæredatione accipitur. Sed quoniam parentes hinc arrepta poteſtate, filios ſuos grauiter lædebant, relinquentes eos in inopia, nam ſi quis ex aſcendentibus per maſculos, aliquē ex liberis exhæredaſſet, neque ipſo iure inualidum erat teſtamentum, neque ab inteſtato filius uenire poterat: nam quomodo quū teſtamentum extaret neque Prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas dabat. præteritis enim non exhęredatis ea dabatur. Quod ſi mater erat teſtatrix, ne cogitare quidem poterant ij, qui per matrem deſcendebant, de bonorum poßeſſione contra tabulas: aduerſus enim teſtamentum fęminæ liberis bonorum poſſeſſio contra tabulas non datur. In extremum igitur ſubſidiū inductum eſt, ut liberi de inofficioſo teſtamento

ſtamento agere poſſint, qui quæruntur, aut dicunt, inique ſe exhæredatos, uel inique præteritos eſſe: huius coloris prætextu, quòd defunctus ſanæ mentis non fuerit, quum teſtamentum ordinaret. Id autem dicitur à liberis non quaſi uero furioſus fuerit defunctus, ſed quòd recte quidem fecerit, verum non ut ratio pietatis exigit. Nam ſi vere furioſus fuiſſet, teſtamentum facere non potuiſſet. Aut certe ideo inſaniſſe exiſtimandus eſt, quòd naturam ſine cauſa odiſſet. Non autem liberis tantum permiſſum eſt, teſtamentum parentum, vt inofficioſum accuſare: ſed etiam parentibus, vt liberorum teſtamenta impugnent. Porro ſoror & frater tum demum teſtamentum defuncti ſubuertunt, quaſi ſcriptis hæredibus à iure prælati, quum hæredes inſtitui turpes perſonas ſuſtinent, vt aurigæ, mimi, arenarij, & hi, quorum familiaritas ex turpi conſuetudine conflata eſt: ſic enim id ſacris conſtitutionibus expreſſum eſt. Parentes igitur aſcendentes & liberi deſcendentes, quum ingrati in defunctum non extiterunt, aduerſus quemuis ſcriptum hæredem, querelam inofficioſi teſtamenti intentabunt: frater autem & ſoror ſolum aduerſus turpes perſonas. Cognati vero, qui ultra fratrem & ſororem ſunt, nullum habent aditum ad querelam inofficioſi, & eam mouentes, ſuccumbent.

ARGVM.

Querelæ inofficioſi remedium, cum ſubſidiarium ſit, tum demum competit, cum nullum aliud iuris auxilium ſubeſt.

Porro

Porro de inofficioſo teſtamento agunt liberi, tum naturales, tum etiam adoptiui ſecundum ea, quæ, conſtitutione Imperatoris noſtri cauentur. Verum tunc demum querelam inofficioſi utiliter intentant, cum omni auxilio deſtituti ſunt: nam extremum ſubſidium eſt querela inofficioſi. Qui ergo aliud eius habet, quo ad hæreditatem defuncti totam, uel partem eius venire poſſit, aditum ad querelam inofficioſi non habet. Et hoc non ſolum de liberis, qui in rerum natura ſunt, ſed etiam de poſthumis intelligi oportet. §. Tū autē.

ARGVM.

Querelam quantulacunque hæreditatis portio relicta impedit, ſed ad id, quod debito iuris ſubſidio deeſt ceſſante querela, cui minus relictum eſt, agere permittitur.

Sed & hæc omnia ita accipienda ſunt, ſi nihil eis penitus a defuncto relictum eſt: id enim & conſtitutione quadam ſanctiſſimi Imperatoris, ad ſeruandam congruentem naturæ verecundiam introductum eſt. Nam olim, niſi tota debita pars relicta fuiſſet, locus querelæ de inofficioſo fiebat: veluti, ſi quis quadringentos ſolidos in bonis haberet, neceſſe erat ei omnino centum relinquere, hoc eſt, quartam partem hæreditatis, ne de inofficioſo agi poſſet. Hodie uero, & ſi unus ſolidus tantum, uel quantacunque pars hæreditatis, uel res qualiſcunque eis fuerit relicta, querela de inofficioſo quieſcit, conſtitutione id, quod eis deeſt uſque ad quartam partem legitimæ paritſ, quam ab inteſtato erant habituri, ſupplente: etiam ſi maxime §. Sed hæc ita.

xime teſtator propria manu non adſcripſit uelle ſe, ut quod quartæ deeſſet, boni uiri arbitratu compleretur. Id enim conſtitutio ipſa quamuis non adiectum, tanquam naturæ conſentaneum admittit.

ARGVM.

Tutor pupillari nomine legatum petens querelæ præiudicium non parat: ſicuti nec ſi pupillari nomine querela egerit, a legati ſibi facti petitione excidit.

§. Si tutor. *SI quis patris uoluntatem approbauerit, per querelam de inofficioſo eam ſubuertere nõ poteſt. Vnde vide quid quæſitum ſit: Is, quem ego in poteſtate habebam, pupilli cuiuſdam tutor erat: Moriens ego alium hæredem ſcripſi & filium meum exhæredaui. Porro pupillo, cuius is tutor erat, legatum dedi. Legatum filius meus, quod pupillo relictum erat, exegerat: poſtea de inofficioſo uult agere, quod ſe nihil ex paterna hæreditate habere dicat: Id ne ei licet, an nihil nocuit, quòd legato exacto videatur voluntatem defuncti approbaſſe? Et dicimus, nihil eum pati præiudicij, quoniam pupilli nomine, & ex tutoris officio, legatum exegit. Nihil igitur prohibet, quo minus ſuo nomine de inofficioſo poſſit agere. Ex contrario quoque quæritur: Impuberem ego filium in poteſtate habebam: alio quodam hærede inſtituto, impuberem nihil ei relinquens exhæredaui. Legaui autem Titio cuidam ſolidos centum, quem ego impuberi teſtamentarium tutorem dederã, aut Prætor dederat, aut fortaſſe lege ad tutelã vocabatur. Titius tutor nomine pupilli de inoffi-*

cioſo

tioſa egit, & uictus eſt: forte enim merito exhæredatus fuit impubes. Poſtea hic idem Titius legatum ſibi relictum à ſcripto hærede petijt, haud dubium eſt, quin id non amittat.

ARGVM.

Quarta hæreditatis portio quouis relicti titulo data querelam excludit, ſeu unicus, cui relinquitur, ſeu plures filij ſint quod tamen iure nouiſſimo minime receptum eſt.

QVerelam igitur de inoſficioſo excludit relicta quarta ei, qui ab inteſtato ad hæreditatem uocatur ſiue per legatum relicta ſit, ſiue per fideicommiſſum, ſiue per donationem cauſa mortis. Donatio autem inter uiuos ijs non connumeratur, niſi in hoc donatum fuerit, ut in ijs caſibus, quorum Imperatoris noſtri ſanctiſſimi conſtitutio quædam meminit. & alijs quibuſdam modis, qui ueteribus legibus, & ſacris conſtitutionibus comprehenſi ſunt. Si quarta igitur filio relinquatur querela inofficioſi quieſcit, & ſiquidem unus eſt filius. quartam ei totius hæreditatis relinqui oportet: ſin autem duo ſunt, aut etiam plures, quarta omnibus relicta pro rata, & ex æquo, efficit ut querela ſileat. Verbi gratia. Duo ſint, neceſſe eſt, ut ijs relinquam ſingulos ſeſcunces. Quòd ſi tres ſint, neceſſe eſt, ut ſingulas uncias ijs relinquam.

De hæredum qualitate & differentia.

TIT. XIX.

ARGVM.

Hæredum differentia triplex, nimirum neceſſarii, ſui ac neceſſarij, & denique extranei. At neceſſarius ſeruus a domino inſtitutus, dicitur, quod

uelit

velit nolit ei hæres ſit. Quæ tamen domino mortuo quærit, ſibi acquirit, modo hæreditatis occaſione non quæſierit.

§. Neceſſarius.

*H*Æres nomen generale eſt, in tres autem ſpecies diuiditur. Nam hæredum alij dicuntur Neceſſarij, alij Sui & Neceſſarij: quidam Extranei. Et quiſnam eſt Neceſſarius? Seruus, qui hæres inſtitutus eſt, inde ſic uocatus, quia uolens nolens omni modo poſt domini mortem, & liber ſtatim & neceſſarius fit hæres. Itaque qui de facultatibus ſuis dubitant, & ratione ſubducta uerentur fore, vt nemo propter anguſtias rei familiaris ipſorum, pro hærede ſe uelit gerere: ſeruorum aliquem in primo, ſecundo, aut tertio gradu, aut etiam inferius hæredem inſtituere ſolent, ueluti, Stichus ſeruus meus hæres eſto. Ecce in primo gradu. Aut in ſecundo ſic: Primus hæres eſto: & ſi is hæres non erit, Stichus ſeruus meus hæres eſto, aut etiam ultra. Nemine igitur ad hæreditatem accedere audente, ex neceſſitate ueniet Stichus, & hæres fiet. Ac niſi creditorum nomina, quæ defunctus contraxit, diſſoluta fuerint, aliterve eis eo nomine ſatisfactum nulla defuncti memoriæ ignominia inuritur, ſed hæreditas diſtrahitur, non tam illis dicentibus huius defuncti bona diſtrahi, ſed Stichi hæredis. Creditores igitur in bonorum poſſeſſionem miſſi, aut diſtrahunt illa, aut inter ſe diuidunt. Habet autem infamiæ huius mercede ſeruus. Primo libertatem qua nihil eſt præſtabilius neque per-

que pretioſius. Deinde & illud commodum ei præſtatur. Vt ea quæ poſt mortem patroni, Stichus ſibi ex alijs cauſis acquiſierit, hoc eſt non per occaſionem hæreditatis, ipſi reſeruentur, neque in ijs ei moleſti ſint, creditores, quamuis maxime defuncti bona æri alieno non ſufficiant. Et hi quidem ſunt neceſſarij.

ARGVM.

Quem nemo in poteſtate præcedit, ſiue filius, ſiue alius ſit, ſui ac neceſſarij hæredis nomen retinet, iureque prætorio (licet olim non æque ob ſeruatum ciuili Iure fuerit) abſtinendi beneficium ſi expediat, habet.

Porro, qui & ſui & neceſſarij ſint, uideamus. Sui & neceſſarij ſunt, uerbi gratia, filius, filia, nepos, & neptis ex filio, & deinceps liberi omnes, qui in poteſtate quum is moreretur, fuerunt. Et filius quidem & filia ex ſeſe omnino ius ſuorum hæredum habent: uerum ut nepos neptis ve ſui hæredes ſint, non ſufficit eum eamve in poteſtate aui defuncti tempore mortis fuiſſe, ſed opus eſt ad hoc ut ſui hæredes fiant, patri ipſorum, ex quo nati ſunt, in poteſtate patris ſui eſſe deſiiſſe: per mortem forte aut emancipationem, uel alios modos, quibus patria poteſtas ſoluitur. Tunc enim nepos aut neptis in locum patris ſui ſuccedit. Et Sui quidem ideo appellantur, quia domeſtici hæredes ſunt, hoc eſt, quia viuo etiamnum patre, domini quodammodo exiſtimantur. Vnde & lex. XII. Tab. Primam eorum cauſam fecit, in inteſtatorum ſucceſſionibus. Et Sui quidem ob dictas cauſas uocantur. Neceſſarij uero ideo dicuntur,

§. Sui autē.

§. Cæ. nu.

cuntur,

cuntur, quia omnimodo ſiue uelint, ſiue nolint, tum ex teſtamento, tũ ab inteſtato, hæredes ſiũt. Et iure quidem ciuili nulla eſt differentia inter Neceſſarium & Suum neceſſarium: ſed Prætor reſpiciens quid natura æquum ſit, permittit ijs, ut hæreditate paterna, ſi ſuſpectam illam habent, abſtineant. Nam inter duos ingenuos longe melius eſt, defunctum contumelia affici, quàm uiuum, quippe qui & iniuriam ſentiat. Vbi is ergo abſtinuerit, bona d functi à creditoribus poſſidebuntur, idque non ſub filij nomine.

ARGVM.

Extraneus dicitur: qui morientis poteſtati, quo tempore moritur, non ſubeſt: in quo triplicis temporis capacitas, ut hæres ſit, deſideratur, licet medii temporis inhabilitas non obſit.

§. Ceteri. *EXtranei autem ſunt omnes (ut rem uerbo abſoluam) præter hos iam dictos qui iuri defuncti ſubiecti non ſunt. Itaque & liberi noſtri emancipati, extranei uocabuntur. Sed & filius matri extraneus hæres & eſt, & uocatur. Nam fœmina liberos in poteſtate habere non poteſt. Quidam teſtamento condito ſeruũ ſuum hæredem inſtituit. Quum teſtamento facto ſuperuixiſſet, ſeruum vindicta manumiſit, & teſtamento non mutato mortuus eſt: quærimus, hic inſtitutus hæres, neceſſarius ſit, an extraneus.*

§. In extraneis. *Et dicimus eum extraneum eſſe, quoniam utrunque ex defuncti teſtamento conſequutus, non eſt, libertatem ſcilicet, & hereditatem. In extraneis hæredibus illud obſeruandum eſt, ut cum eis ſit teſtamenti factio, ſiue ipſi hæredes in-*

ſtituan-

ſtituantur, ſiue ij qui in poteſtate eorum ſunt. Hanc autem teſtamenti factionem duobus temporibus exigimus: quum teſtamentum condimus, ut tunc valeat inſtitutio: & quum morimur, ut tunc inſtitutio recte facta, utilem effectum habeat. Quod ſi quis accurate ſingula inquirat, & tertium inueniemus tempus, quo teſtamenti factionem eum habere oporteat, hoc eſt, quum hæreditatem adit. Neque ulla eſt differentia, utrum pure an ſub conditione hæres ſit inſtitutus. Nam ipſum ius hæredis, hoc eſt, an hæres eſſe poſſit, eo maxime tempore ſpectatur, quo hæreditatem adire debet. Medio autem tempore, quod eſt inter factum teſtamentum & teſtatoris mortem aut conditionem inſtitutionis exiſtentem, ſi quis conditionaliter eſt hæres inſtitutus: ius hæredis mutatum, nullum ipſi ad ſuccedendum, damnum affert. Vnde futurum eſt, ut ſi contingat eum ciuem Romanum eſſe, quem hæredem inſtitui, & is poſt factum teſtamentum ciuitatem amiſerit, & eam recuperauit ante mortem meam, aut ſi conditionaliter inſtitutus eſt, ante euentum conditionis, nihil eum prohibeat hęreditatem acquirere. Sic igitur (vt rei totius effectum in unum contraham) tria tempora inſpicimus, quibus hæredem teſtamenti factionem habere oportet, teſtamenti confectionem, mortem teſtatoris, & tempus aditionis. Et ex ijs maxime teſtamenti confectionem & aditionem.

ARGVM-

ARGVMENTVM.

Teſtamenti factionem is habere dicitur qui in teſtamento hæres inſtitui, & hæredem inſtituere poteſt.

§. Teſtamẽti. *Teſtamenti autem factionem habere intelligitur, non is tantum, qui teſtamentum facere poteſt: ſed etiam qui ex alieno teſtamento capere poteſt, uel alij acquirere, licet hic teſtamentum facere non poſſit. Qua propter & furioſus, & mutus, & pupillus, & infans, & poſthumus, & filiusfamilias, & alienus ſeruus, teſtamenti factionem habere dicuntur. Vt enim maxime teſtamentum facere non poſſint, tamen ex alieno teſtamento, uel ſibi vel alij poßunt acquirere. Niſi quòd in furioſo ſpeciem, ſeu caſum fingere oportet, ut à patre hæres eſſe inſtitutus intelligatur. Nam ab alio inſtitutus, donec reſipiſcat neque ſibi, neque alij hæreditatem acquirere poteſt.*

ARGVM.

Extraneus uoluntarius hæres eſt, ut cui adire aut hæreditatem repudiare liberum ſit: at ſemel aditam, ſi minor non ſit, repudiare nequit. Quid autem acquirendi, adeundi, immiſcendi, repudiandi ac abſtinendi verba inter ſe diſtent, hic perbelle traditur.

§. Extraneſi: *Extranei autem hæredes dicuntur & uoluntarij: quum liberum ijs ſit, ut hæredes ſint, aut non ſint: Alii uero neceſſarij dicuntur, propterea quòd ex neceſſitate ad hæreditatem ueniant. Neque in hoc ſolum differentia eſt, uerum & in illo, quòd hæreditatem acquirere, in extraneo dicatur Aditio: in neceſſarijs, Immiſtio. Et quòd hæreditatem non admittere,*

tere, in extraneo dicatur Repudiatio: in neceſſario, Abſtentio. Sed extraneus repudians perinde eſt, quaſi nunquàm ei hæreditas delata fuiſſet. Suus autem & neceſſarius quamuis abſtineat, tamen quum a morte patris protinus hæres factus ſit, nomen hæredis nihilominus retinet. Nam id tam ſæpe dictum eſt, nomen hæredis ſemel alicui partum, difficulter ad alium transferri: niſi quod Prætor (qui & ius abſtinendi inuenit) tutum eum præſtat, aduerſus moleſtias & negotia creditorum hęreditariorum. Et in his quidem differunt, in illo autem conueniunt: quod ſiue Neceſſarius immiſcuerit ſe, ſiue Extraneus adierit, poſtea omittendæ hęreditatis facultatem non habent, niſi minores ſint viginti quinque annis. Nam hanc ętatem agentibus, ſicut in cęteris omnibus cauſis, deceptis, ita & hic in eo læſis, quod temere damnoſam hæreditatem ſuſceperint, Prætor ſubuenit data ei in integrum reſtitutione ad hæreditatem omittendam. Quid ergo ſi quis magior uigintiquinque annis hæreditatem, quam opulentam eſſe putabat adierit: & poſtea ex improuiſo grande æs alienum apparuerit, quod longo interuallo hęreditatem excedat; Et exijs conſtitutio Hadriani Cęſaris. quę huic ſuccurrit, quum prima facie opulenta uideretur hæreditas, ſed ex improuiſo poſtea ęs alienum emerſiſſet, quod aditę hęreditatis tempore latebat. Sed Hadrianus quidem ex ſpeciali beneficio, certę perſonæ hanc ueniam dedit D. autem Gordianus poſtea, ad milites ſolum hoc benefi-

cium

cium extendit.

ARGVM.

Qui rerum hæreditariarum inuentarium confi cit, hoc beneficium conſequitur, ut citra formidi nem hæreditate adita, creditoribus eatenus dun taxat adſtrictus ſit, quatenus hæreditatis facultates ſinunt.

§. Sed noſtra

VErum Imperatoris noſtri beneuolentia, commune omnibus Imperio ſuo ſubiectis hoc beneficium præſtitit. Conſtitutionem enim nobiliſſimam æquiſſimamque ſcripſit, ut ante aditionem inuentarium fiat, cum certis quibuſdam obſeruationibus: quas ſi quis ſequutus fuerit, etiam ſi inopem hæreditatem adierit, in tantum duntaxat tenebitur, quantum e rerum hæreditariarum quantitate colligitur. Vt ex hac cauſa in poſterum, ius deliberandi neceſſarium non ſit futurum. Nam ad hoc inuentum eſt ius deliberandi, ut prius cognoſci poſſet, an admittenda eſſet hæreditas, & ita quiſque adiret: ne ſcilicet ex improuiſo damnoſam aliquis ſuſciperet hæreditatem. Quod ſi quis ea contemnens, quæ diuina illa Imperatoris noſtri conſtitutione cauentur, tempus ad deliberandum petierit, & deinde hæreditatem adierit, non fruetur conſtitutionis illius auxilio, ſed omne æs alienum ab eo exigetur.

ARGVM.

Quod pro hærede ſe gerit, hoc ipſo hæreditatem adit quam ob rem & eidem repudiare licebit, modo hæreditatem delatam ſibi, licet mutus ſit intelligat.

§. Itē extraneus.

EXtraneus hæres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hæreditatem uocatus,

uocatus, poteſt pro hærede gerere, ideſt, vt hæres adminiſtrare, agere, ſeu tractare, aut etiam nuda voluntate hæreditatem ſuſcipere, & ita hæres fieri. Pro hærede autem gerere videtur, qui in rebus hæreditarijs vt dominus verſatur, ſiue in vendendo, ſiue in colendis, aut locandis prædijs, &(vt rem verbo vno abſoluam) quocunque modo voluntatem ſuam declaret, vel re vel verbo de adeunda hæreditate duntaxat, ſi prius nouerit vtrum ex teſtamento, an ab inteſtato hæres ſit. Nam ſi quis hæres inſtitutus ſit, & is tanquam ab inteſtato vocatus adeat, aut ex contrario, hæres non fiet. Pro hærede gerere eſt pro domino gerere. Veteres enim nomine hæredis, pro domino vtebantur. Quemadmodum autem nuda voluntate extraneus hæres fit, dicendo hæreditatem ſe admittere: ita etiam contraria reſponſione ſtatim ab hæreditate repellitur, dicendo ſe non admittere hæreditatem. Is, qui mutus eſt, aut ſurdus, ſic natus vel poſtea ex accidentia factus, nihil prohibet, quo minus pro hærede gerere poſſit, et hæreditatē ſibi acquirere, dūmodo id ſe ſciat ꝑpter hæreditatē facere.

De legatis.
TIT. XX.
ARGVM.

Eleganti ſane occupatione diluit obiectionem tacitam, quod continenter propoſitum minime proſequatur. Nihil ſe tamen facere temere, argutule oſtendit. Quanquam enim ex cauſa materias diuerſas, non omnino pugnantes, promiſcue tractare expedit.

POſt teſtamentorum doctrinam, neceſſe eſt dicere de legatis. Sed dixerit hic aliquis, eum, qui id fecerit, docendi ſeriem continentiamque inſtitutionis ſcidiſſe. Propoſitum enim erat ordine diſſerere, de acquiſitionibus, quæ per uniuerſitatem fierent: unde oportebat eum qui de hæreditate, quę ex teſtamento defertur, dixiſſet, orationem ſuam uertere protinus ad eam, quæ ab inteſtato defertur: & ita deinde per reliqua ad legatum venire per quod ſingulæ res acquiruntur. Sed in promptu reſponſio eſt. Nam quoniam de hæreditatibus: quæ ex teſtamento deferuntur, diſſeruimus (in teſtamento autem & legata relinquuntur) non omnino ſine ratione aliqua eſt, ſequenti loco & de legatis dicere.

ARGVM.

Legatum, quod in donatione a defuncto facta ab hærede præſtanda conſiſtit, olim quadruplicis generis fuit; hodie autem omnibus natura una impoſita. Petuntur autem quæ legata ſunt, aut in rem actione, aut perſonali, aut hypothecaria.

§. Legatum itaq; . §. Sed olim . *ET ante omnia definiendum eſt, quid ſit legatum. Legatum eſt donatio à defuncto relicta. Sed legati quidem nomen primitiuum eſt, & uelut materia: procedunt autem ex eo genera quatuor. Per uindicationem, Per damnationem, Per ſinendi modum, & Per præceptionem. Sunt autem & certa quædam uerba cuique legati generi aſſignata, per quæ ſingula genera ſignificantur. Et uindicationis quidem hęc uerba ſunt: Do illi ſolidos centum. Porro uindicatio hæc dominum faciebat legatarium ſimul atque hæres adiiſſet, ita ut aduerſus quemuis actio-*

uis actione in rem uti poſſet. Et ideo referri ſolita eſt inter illa, per quæ ſingularum rerum dominia acquirimus, ut ſupra diximus. Dicta eſt autem uindicatio ab eo quod eſt Vindicare, id eſt, rem per actionem in rem auferre, Damnationis uero illa ſunt uerba. Damno te hæres illi dare ſolidos centum. Naſcebatur autem hinc legatario aduerſus hæredem actio in perſonam, quæ dicitur ex teſtamento. Sinendi modo, ſic. Damno te hæres, ut illi permittas illam rem accipere. Et hinc itidem actio ex teſtamento competebat. Præceptionis quoque illa uerba ſunt: Præcipuam ille ex parte hæres rem illam accipito. Itaque non recte ei qui ex parte hæres non eſt, per præceptionem relinquimus. Nam qui dicit Præcipito, uel Præcipuam accipito, non dubio declarat ſe præſupponere partem aliquam hæreditatis: hoc.n.dicit, Ad partem, quam ei reliqui, uolo ipſum & illud habere præcipuum. Exigebatur autem quod per præceptionem relictũ erat, iudicio familiæ erciſcundæ. Et hæc quidem olim. Nam iuniorum Principum conſtitutiones, hanc uerborum ſolennitatem, per quæ ſingula quæque genera ſignificabantur ſuſtulerũt. Emiſſa eſt autem & ſanctiſſimi noſtri Imperatoris conſtitutio, quam cum magna lucubratione fecit, ſtudio ualidiores firmioreſque defunctorum uoluntates reddendi, qua iuſſit, ut ſententiæ, non uerba morientium ſpectentur, & una omnium legati generum ſit natura: atque etiam ut quibuſcunque uerbis aliquid relictum ſit, liceat legatariis id conſequi, ſiue per actiones §. Noſtra.

 perſo-

perſonales,ſiue per actionem in rem,aut etiam hypothecariam. Multa autem & alia vtilia, eadem conſtitutione docemur: Sed longe perfectius perpenſum eius robur diſcent, qui verba eius diligenter perlegerint.

ARGVM.

Fideicommiſsis, & ſi hodie legata parem naturam habere dicantur, nihil prohibet de his facilioris inſtitutionis cauſa, ſeiunctum tractatum facere.

§. Sed nõ vſque. *AT neque ad hæc ea conſtitit conſtitutio, verumetiam maius quiddam adiecit. Quum enim videret legata in multa verſari ſolennitate, in fideicommiſſis autem magis teſtantis voluntatem fouëri, & ideo latiorem quoq; ea naturam habere: neceſſarium exiſtimauit, omnia legata fideicommiſſis exæquare, ſic vt nulla inter ea eſſet differentia: ſed vt quod legatis deeſſet, id ex natura fideicommiſſorum repleretur: & ſi quid amplius eſſet in legatis, per hoc creſcere & fideicommiſſorum natura. Verum, ne confuſe & permiſte de legatis & fideicommiſſis in proœmijs iuris differentes, teneriores adhuc adoleſcentium aures per difficiliores his traditiones offendamus in ipſis inſtitutionibus, operæpretium eſſe duximus, prius ſeparatim de legatis, deinde poſte à de fideicommiſſis tractare: vt natura vtriuſq; per ſeſe cognita, ſubtiliorem poſtea & exactiorem, eruditi iam & quodam quaſi habitu aſſumpto, doctrinam ſine perturbatione accipiant.*

ARGVM.

Legatum rei, quam etiam alienã ſciuit teſtator,

conſi-

conſiſtere poteſt:quanquam publica quæ ſunt,aut in nullius bonis poſita, ligati onus non ferant. Sciſſe autem rem alienam teſtatorem legatarius, non hæres probat.

Porro non ſolum teſtantis aut hæredis res, ſed etiam alienæ legari poſſunt. Non tamen ut domino res ſuæ auferantur. Nam hæres dominum adire cogitur,& cum eo de re emenda agere. Et ſi quidem dominus eam vendere non recuſat,emptam hæres dabit legatario. Sin vero emere eam de inuito domino non poteſt, æſtimationem legatario præſtabit. Quod ſi quis moriens mihi rem legauerit,cuius commercium non habeo,ideſt,ius eam comparandi:non ſolum non debebitur mihi, quod relictum fuerit, ſed neque æſtimationem eius petere potero. Quid enim, ſi quis mihi campum Martium legaſſet (eſt autem locus publicus non longe a Roma) vel baſilicam,vel templum, vel quæ uſibus publicis deſtinata ſunt, veluti Theatrum, Arenam, Equitium? Omnia enim huiuſcemodi legata,nullius momenti ſunt. Sed illud quod paulo ante dictum eſt,alienam rem utiliter legari poſſe, tunc intelligendum eſt,quum ego teſtator alienam rem ſciebam eſſe: ſi enim ignoraßem, non conſiſteret legatum. Nam forte ſi meam non eſſe ſciuiſſem, interdum non eam legaſſem: & hoc ita reſcripto Diui Pij cautum eſt. Si quis mihi rem alienam legauerit, neque hæres eam redimere, & mihi dare velit, neque æſtimationem eius præſtare, quod legatum dicat non conſiſtere, quia teſtator alienam rem §. Nõ ſolum auté.

eſſe neſciuerit: ego uero legatarius inſtem & ad uerſer, prot:rea quod ualidum eſſe contendem, quia defunctus alienam eſſe ſciuerit: utri tandem onus probandi incumbit? hæredine, qui ignoraſſe teſtatorem dicit, an mihi legatario, qui ſciuiſſe contendo? Et dicimus, legatario onus probandi incumbere, hæredem uero probare nō cogi. Nam legatarius, quum actor ſit, merito probandi onus ſuſtinet.

ARGVMENTVM.

Rei legatæ alii obligatæ, ſi id legans nouit, ad hæredem, non legatarium pertinet luitio: niſi aliud conſtiterit.

§. Sed & ſi rem.

Titius à Primo mutuatus, fundum & ſuū eius debiti nomine, in pignoris cauſam dederat. Titius antequam debitum ſolueret, ad mortem ueniens, fundum hunc mihi legauit. Neceſſe eſt hæredi, æs hoc alienum, quod Primo debetur, ſoluere: & mihi fundum a pignore ſiue hypotheca liberum dare. Sed tamen & hic eadem diſtinctio adhibetur, quæ in præcedente caſu, quum aliena res legata eſt. Tunc enim hæres ſoluto debito cogitur fundum ab hipotheca liberare, quum defunctus obligatam eſſe rem ſciebat. Idque Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Si tamen legatarium uoluerit defunctus rem legatam ab obligatione hipothecæ liberare, & hoc ſpecialiter expreſſerit, hæres eā luere non debet.

ARGVM.

Legatæ rei ſemel dominium legatarius gratioſo ac lucroſo adeptus titulo, amplius legatum (ſed ne eius quidem æſtimationem) petere non poteſt

oneroſo

oneroſo autem, non legatum, ſed æſtimationem poteſt. At ex uno conſecutus, alio quoque non prohibetur petere titulo.

§. Si res aliena.

REm ego tibi alienam legaui, & quum poſt teſtamentum ſuperuixiſſem, tu legatarius eius rei factus es dominus. Illud profecto extra omnem controuerſiam eſt, te eam rem ab hærede meo petere non poſſe: nam quomodo, quæ in tuo dominio eſt? An ergo neque exiſtimationem eius petere poteris? Et ita diſtinguendum eſt. Si quidem ex cauſa emptionis eam comparaueris, æſtimationem eius per actionem ex teſtamento contra hæredem intentatam, conſequeris. Sin uero ex donatione, aut ex legato dominus eius factus fueris, ne pretium quidem eius petere poteris. Idque propter regulam dicentem. Duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & eandem rem concurrere non poſſe. Hac ratione, ſi eandem mihi rem Primus & Secundus legauerint, & deinde diem ſuum obierint: quærimus, an ab utriuſque hæredibus rem legatam petere poſſim? Et dicimus: quod ſi ex unius ex teſtō rem ipſam conſequutus ſim; ex alterius teſtamento nihil conſequar: neque rem ipſam, nam quomodo, quum in bonis meis ſit: neque pretium eius, quoniam rem ipſam ex lucratiua cauſa conſecutus ſum. Sin autem ex uno teſtamento pretium rei acceperim: nihil prohibet, quo minus ex altero rem ipſam petam.

ARGVM.

Rei etiam in rerum natura non exiſtentis, futuræ tamen legatum ſubſiſtit.

§. Ea quoq; res.

NOn ſolum quæ in rerum natura ſunt, ſed etiam quæ non ſunt, ſed vt ſint ſperatur vtiliter legamus. Veluti, fructus, qui ex illo fundo naſcentur: aut quod ex illa ancilla naſcetur.

ARGVM.

Res duobus eadem coniunctim, aut diſiunctim legata, acceptantibus ex æquo legata intelligitur: altero autem, reſpuente, alteri prorſus cedit.

§. ſi ea dẽ res

SI duobus quibuſdam vnam & eandem rem legauero, ſiue coniunctim, ſiue diſiunctim, & ambo legatum petant, in duo inter eos ſcindetur legatum. Sin alter eorum deficiat, aut voluntate ſua, aut fortuna. voluntate, ut quia repudiauerit legatum. fortuna, Vt quia uiuo teſtatore deceſſerit: aut ſi quo alio modo capere non poſſit, vt quia ciuitatem amiſerit, tunc totum legatum ad collegatarium pertinet. Et coniunctim quidem eſt, ſi ita relinquam Titio & Seio Stichum ſeruum do, lego. Diſiunctim vero ſic: Titio Stichum ſeruum do, lego. Seio ſeruum Stichum do, lego. Sed & ſi adiecerim, Seio eundem ſeruum, æque diſiunctim legatum efficitur. Dixi enim Titio Stichum ſeruum lego: Seio eundem ſeruum lego. Sic igitur coniunctio illa. Et, adiecta coniunctim legatum videri facit. Quod ſi adiecta non ſit, diſiunctim.

ARGVM.

Legati fundi proprietas, ex cauſa oneroſa, ſi legatarii facta ſit. Vſusfructus autem gratioſo titulo ac lucroſo ad proprietatis duntaxat æſtimationem iudicis officium ſupereſt.

TITII fundum moriens mihi legaſti. Te

adhuc

adhuc viuente fundum ego hunc de Titio emi deducto vſufructu: hoc eſt, nudum proprietatem ſine vſu accepi, & vſusfructus apud Titium mãſit. Pauco poſt tempore mortuus eſt Titius, & ita morte ipſius extinctus vſusfructus, quem ſibi exceperat, ad proprietatem recurrit. Mortuo te, cum hærede tuo ex teſtamento volo agere. Iulianus ait, recte me per actionem in perſonam, æſtimationem proprietatis fundi petere. Nam in hac petitione vſusfructus locum ſeruitutis obtinet. Sed officium iudicis eſt, vt deducto vſufructu, æſtimationem ab hærede præſtari iubeat. Verbi gratia: Fundus cum vſufructu, centum quinquaginta ſolidis valet: ſine vſufructu, centum. Agens igitur centum quinquaginta ſolidos petam: ſed hoc officio Iudicis continetur, vt ſolius proprietatis æſtimationem accipiã. hoc eſt, ſolidos centum. Id. n. abſurdiſſimum eſt, vt vſusfructus pretium conſequar, quum vſusfructus ex cauſa lucratiua ad me peruenerit. §. Si cui fũdus.

ARGVM.

Rei, quæ legatario propria eſt, licet teſtamento facto ipſius eſſe deſierit, legatum viribus nõ ſubſiſtit. At qui rem ſuam, alienam creditam legat, non inutiliter agit: Nam veritatem opinioni præferri æquioris iuris eſt.

QVidam meum mihi fundum legauit. Inutile eſt legatum. Quod enim meum eſt, amplius meum fieri non poteſt. Et ſi maxime fundum hunc alienauerim, non debebitur mihi, neque fundus ipſe, neque æſtimatio eius. Titius ſerui dominus erat: hunc mihi legauit, quum Primi eſſe putaret: valet le- §. Sed ſi rem.

gatum. Nam ueritas opinioni præualet. Sed & ſi meum, qui ſum legatarius, ſeruum eſſe putauit: ualet & ita nihilominus: quoniam utilem exitum habet legatum. Nam & defunctus dominus eſt, & ego dominus non ſum: neque impedit quicquam quo minus in me dominium transferri poſſit.

ARGVM.

Rem a ſe legatam qui alienat, legatum non reuocat niſi adimendi mente factum conſtet.

§. Si rē tuā *REm tuam mihi legaſti, & quum ſuperuixeres: alienaſti eam. Ait Celſus, ſi adimendi animo, & quod ab amicitia mea recederes, eam alienaueris, legatum mihi non deberi. Quod ſi hunc animum in alienando non habueris, quia forte magna tibi incubuit neceſſitas ob publica aut priuata debita, & quum parata pecunia egeres, eam uendidiſti: legatum ab hærede tuo petere poſſum. Idque etiam Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Quidam mihi prædium ſuum legauit, & quum ſuperuixiſſet, pignori id dedit: ab iiſdem Principibus reſcriptum eſt, non uideri eum, qui pignori dediſſet, animo legatum adimendi id feciſſe. Vnde legatarius hæredem coget exoluto debito prædium a creditore luere, & ſibi dare. Quod ſi quis fundum mihi legauerit, & quum ſuperuixiſſet, partem eius alienauerit: pars quæ alienata non eſt, omnino mihi debebitur, pars autem alienata, tunc demū quum non animo alienauit, quod ab amicitia mea recederet.*

ARGVM.

Liberationis legatum in perpetuum & ad tem-

pus fie-

pus fieri poſſe, at debitoris legatum creditori de eo, quod debet, factum, utilitatem nullam affe rens inutile eſt.

§. Si quis debitori.

Centum mi'i ſolidos debebas. Ego tibi liberationem debiti legaui; Valet legatũ. Et neque a te hæres meus, neque ab hærede tuo petere poteſt, neque ab alio qui hæredis loco eſt, ut ab eo qui uniuerſitatis fideicommiſſum acceperit, aut a bonorum poſſeſſore. Sed etiam ex contrario cum hærede meo ex teſtamento poteris agere, ut te accepti latione liberet. Porro non tantum in perpetuum debitori meo id concedere poſſum, ne ab eo petatur, ſed etiam ad tempus dicendo: Damno te hæres, ne intra decem annos debitum petas a debitore meo. Quid autem, ſi ex contrario, debitor moriens debitum quod debet creditori ſuo legauerit, quærimus an ualeat? Et dicimus, legatum hoc inutile eſſe, ſi nihil plus eſt in legato. Nam ſi is, qui centena debet centena legarit, non ualet: igitur ut debitum petitur & quum locum habet lex Falcidia, non diminuitur ut cætera legata. Sin autem centena quinadena legata ſint, ualet legatum propter adiectionem. Quum uero ſola centena ſunt in legato, ideo legatum non ualet, quoniam ſine lucro eſt. Quod ſi tibi in diem debebam, ut quia forte ſtipulatus eras centum ſolidos tibi dari poſt annos quindecim, aut debebam tibi ſub conditione: ueluti, ſi nauis ex Aſia uenerit: & debitum tibi hoc puro legaui, Quęritur an ualeat legatum. Et dicendum eſt, ualere propter repræſentationem, id eſt, quoniam ſtatim iam ſol-

tur creditor, quod ſtatim accipiat id, quod poſt decennium, aut poſt euentum conditionis erat præſtandum. Aut etiam interdum quod nunquam daretur, ſi forte conditio non extitiſſet. Quid ergo, ſi in hoc legato, viuo teſtatore, qui debitor eſt, aut diẽ venire, aut conditionẽ exiſtere contingat? Et ait Papinianus utile nihilominus eſſe legatũ, quia ſemel conſtitit ab initio, & lucrũ in ſe habuit. Quod & verum eſt. Neq; .n. obtinuit ſententia quorundã Iuriſconſultorum, quę exiſtimabant legatũ extingui, quum in eam cauſam perueniſſet, à qua incipere non potuiſſet. Vt ecce adueniente die, aut exiſtente conditione debitum purum eſt tempore mortis teſtatoris. At ſi quis, quod ab initio purum erat, legauerit, iam dictum eſt legatum non valere. Hic autem ideo ualet, quia ab initio conſtiterit.

ARGVM.

Dotis legatum vxori factum, licet dos nulla data ſit, ſi modo certa quantitas in legato expreſſa fuerit, efficax eſt.

§. Sed ſi vxori.

D*Otem ego ab vxore mea accepi, & conſtante matrimonio moriens, dotem ei legaui. Valet legatum. Id enim lucratur mulier, quod plenior ſit delegatis actio, quàm de dote. Nam (vt adhuc diſcere poterimus) non ſimul atque ſolutum eſt matrimonium, dos etiam redditur. Ad legatum protinus ſoluitur. Quid ergo, ſi dotem, quam non acceperim, uxori legauerim? Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, ſi quidem ſimplicius legauerim, forte quod dixerim. Vxori meæ dotem lego, quam mihi dedit, inutile eſt legatum.*

legatum. Nihil enim mihi dedit, & incerta eſt quantitas. Sin vero certæ quantitatis mentionē fecerim; ut ſi dixerim, Centū ſolidos, quos nomine dotis mihi dedit, ei lego. Aut forte, Illū fundum, quem mihi dedit, lego ei: Vtile eſt legatū. Aut ſi dixerim, Quæ in inſtrumento dotali expreſſa ſunt, ei lego. Nam & ſic valet legatum.

ARGVM.

Res legata, ſi ſine hæredis uel ignorantis facto dolove præſtari nequeat, damnum hoc ad legatarium, non hæredem pertinebit, at ſi eius facto dolove, teneri hæredem haud dubium eſt.

SEruum tibi legaui, is ſine facto aut dolo hæredis mei mortuus eſt. Damnum hoc erit legatarij. Sed & ſi alienus ſit ſeruus, qui legatus eſt: & is non ex hæredis voluntate manumiſſus ſit a domino, aut mortuus ſit, non tenetur hæres. Quod ſi hæredis ſeruus legatus fuerit, & is eum manumiſerit, teneri hæredem Iulianus ait ad æſtimationem eius. Nec intereſſe putamus, ſciuerit, an ignorauerit eum ſeruum a ſe legatum eſſe. Idem eſt, & ſi ipſe ſeruum non manumiſerit, ſed alij eum donauerit, & is, cui donatus eſt, eum manumiſerit. Nā & hic æſtimatio eius petetur ab hærede quāuis ignorauerit eum legatū eſſe. §. Si res legata.

ARGVM.

Principali ſubſiſtente, non poſſunt non ſubſiſtere quæ illi accedunt. Et principalibus cauſis non ſubſiſtentibus, minime quæ illis accedunt, viribus conſiſtent.

Ancillā aliquis ſuā, cū natis ſuis legauit, viuo teſtatore mortua eſt ancilla. In ipſa quidē legatū eſt §. Si quis ancillas.

eſt extinctum, ſed in liberis eius valet: nec cum ipſa liberorum legatum perimitur. Seruus meus dicitur ordinarius, ſeruus autem ſerui mei vocatur vicarius. Quidam igitur quum ſeruum haberet Sticum nomine, qui vicarios habebat: ordinarium mihi cum vicarijs legauit. Contigit, vt ordinarius moreretur. Et hic legatum in ordinario peremptum, in vicarijs vtile eſt. Habeto hæc in modum cuiuſdam præuiæ inſpectionis.
Quædam ſunt principalia, quædam ſunt horum ſequelæ ſiue acceſſoria. Et quandiu valent principalia, ſubſiſtunt & ea quæ accedunt. Illis vero ſublatis, & hæc perimuntur. Verbi gratia: Principale eſt, Seruus: Acceſſorium peculium eius quandiu ſeruus conſiſtit, conſiſtit & peculium. Seruo autem aut mortuo aut manumiſſo, aut alienato, extinguitur peculium. Nam quomodo peculium apud me poßet extare, ipſo illo quod principale eſt, non extante? Rurſus, Principale eſt fundus. Acceſſorium, inſtrumentum ipſius. Eſt autem inſtrumentum fundi, qui quid ad gignendos & colligendos, aut transferendos, vel conſeruandos fructus pertinet. Ad gignendos: vt ſerui agricolæ, boues, aratra, ligones, & cætera id genus. Ad colligendos: vt falces, & quæ ijs ſimilia. Ad transferendos: vt plauſtra, corbes, & cætera ijs affinia. Ad conſeruandos: vt dolia, teſtæ, lenticulæ, & quæcunque talia ſunt. His ita præcognitis, vide nunc rem quam tractamus. Seruum tibi meum cum peculio ſuo legaui. Quum a teſtamento facto ſuperuixiſſem, ſeruum meum manumiſi, aut alienaui, aut eum mori con-

ri contingit: Non in ſeruo tantum, ſed etiam in peculio, perijt legatum. Nam quum principales cauſæ non ſubſiſtunt, neque ea quæ acceſſorij vicem obtinet, ſubſiſtere poſſunt. Idemque eſt, ſi tibi fundum meum inſtructum, ſiue cum inſtrumẽto ſuo legauerim, eumque quum ſuperuixiſſem alienauerim. Nam & hic, quum inſtrumentum ſequela & acceſſorium ſit fundi, extinguetur legatum & in inſtrumento.

ARGVM.

Legatum gregis etiam in oue vna ſubſiſtit, at ſi teſtamento facto ſuperſtiteque teſtatore adauctus grex fuerit, legato etiam cedent, quæ agnatæ fuerint oues. §. Si grex.

Gregem ouium tibi meum legaui. Euenit deinde vt totus grex ad vnam ouem reductus eſſet. Poteſt legatarius & ouem, quæ reliqua eſt, petere. Gregem ego tibi meum, in quo centum erant oues, legaui. Quum a teſtamento ſuperuixiſſem, contigit, vt multis agnatis fieret capitum centum quinquaginta: & eæ, quæ poſt teſtamentum aditæ ſunt, in grege numerantur, & omnes legatarius accipiet, vt ait Iulianus. Grex enim, vnum corpus eſt, ex diuerſis capitibus conſtans. Sicut & domus, vnum corpus eſt, ex cohærentibus lapidibus aut materijs conſiſtens. Itaque ſi domum tibi legauerim, & à teſtamento facto columnas aut marmora adiecerim, nempe & hæc adiecta accipies.

ARGVM.

Legato peculio, quicquid teſtatore ſuperſtite accedit deceditve, ad legatarii lucrum aut damnum

pertine-

pertinebit, ſed quod poſt teſtantis mortem contigit, necdum tamen hæreditate adita, id legatario, ſi ſeruo legatum factum ſit, cedet: ſi extraneo, non æque.

§. Si peculium.

PEculium ego tibi ſerui mei legaui in quo erant decem ſolidi, Siue me viuente quindecim fiant, ſiue quinque, omne id legatarium reſpicit, ſiue lucrum eſt, ſiue damnum. Hæc habeto in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis. Ceſsio eſt, legatorum quæ nōdum percepta ſunt, ad hæredes tranſmiſſio. Porro quod patrifamilias eſt hæres, id ſeruo eſt dominus. Quod.n.ego paterfamilias nondū perceptū, ad hæredē meū tranſmittere poſſum, hoc.ſ. & ſeruus domino acquiret. Quod vero cedere non pōt, atque ad hæredes tranſmitti, id neque dominis acquiretur. Cedunt autem legata, quum delata nobis fuerint. Differri vero eſt, actionem eorum nomine competere. Competit autem actio, in puris quidem legatis, a morte teſtatoris, in conditionalibus vero, poſt conditionis euentum. Et olim quidem legata ab adita hæreditate cedebant. Sed quum id ſæpe in legatariorum damnum ucrteretur (hæredes n. videntes aliquos ex legatariis morbo laborantes, in magno eſſe vitæ periculo, aditionem differebant, ne legata eis competerēt, & ad hæredes ipſorum tranſmitterentur) ideo placuit legata a morte teſtatoris cedere, ſiue deferri, quoniam hoc tempus in hæredum arbitrio non eſt, Inuenias tamen ubi & legata quædam hodie propter diuerſas iuris regulas, ab adita demum hæreditate, ut olim ſolebant, cedant.

His

His ita pro præuio fundamento quodam inſpe-ctis, videto nunc rem, de qua agimus. Stichi ſerui mei peculium legaui. Poſt mortē meam ante aditionē, Stichus prædictus acquiſiuit aliquid, utrius lucro id cedet? apud hæredem manebit, an legatario dabitur? Et ait Iulianus: ſi quidē ipſi Sticho in teſtamento manumiſſo, legatum fuerit peculium ſuum, omne quod ante editam hereditatem acquiſierit, ipſius eſſe. Et quā ob cauſam, dicemus? quia dies huius legati, ab adita hereditate cedit. At quis, ſi a morte teſtatoris legatum ceſſiſſet, ad heredē ſpectaret. Huiuſcemodi ergo differentiæ quę ratio eſt? Audiſti, ceſſionem eſſe legatorum, quę nondū percepta ſunt, ad heredes tranſmiſſionē. Hic igitur Stichus, ad quem tranſmiſſurus erat peculium ſibi legatum ante aditam hæreditatem? Ad heredes non poterat: quoniā ſeruus hæredē habere non pōt. Domino igitur acquireret. At. n. q is dominus eius ante aditam hæreditatē? merito igitur non cedet legatum. Poſt aditam vero hæreditatem, quoniā tunc & liber eſt factus, & hæredem habere poteſt: non ſine ratione eſt, ut legatum cedat. En tibi igitur caſum, in quo & hodie ſecundum veiera iura ab adita demum hæreditate, legatum cedit. Non iniuria ergo, quum auctum ſit legatum antequam cederet, omnia, quę poſtea acquiſita ſunt, ad Stichum legatarium pertinet. Quod ſi extraneo cuipiam Stichi ſerui peculium legauerim, quę poſt mortem meam ante aditam hereditatem acquiſita fuerint, apud hæredem manebunt. Non legatum

hoc

hoc à morte teſtatoris cedit. Hæc autem dico, quæ poſt mortem meam acquiſita ſunt, legatario non dari, niſi quæ acquiſita ſunt, ex rebus ipſis primitiuis quæ ſunt in peculio deſcenderint. Veluti, Ancilla erat in peculio, & ea peperit. Fundus, & in eo fructus nati.

ARGVM.

Seruo in teſtamento, libertate relicta, conceſſum quoque peculium non intelligitur: at inter viuos libertate indulta, ad peculium petitio ſupererit. Cui autem legatum peculium eſt, ſi quid is domini nomine impenderit, non reperit. Cæterum legata libertate hac lege, vt rationes reddantur, & reliqua inferantur: peculium quoque legatum videri.

§. Peculiũ autẽ. *Porro ſciendum eſt, quum ſeruus in teſtamento manumittitur: peculium non ſequi: quod ſi inter viuos eum manumittam, accipere eum cum libertate peculium, niſi id ſpecialiter adimam. Idque Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. Seruus autem meus non ſolum habet in peculio, ea quæ quauis ex cauſa acquirit, ſed etiam ſi quid in res aut rationes meas impendat, id peculium auget. Verbi gratia: Mille ſolidorum aliquis habebat peculium, & debebam ei centum ſolidos, quos in res meas impenderat, erit peculium eius mille & centum ſolidorum Si hunc igitur ſeruum teſtamento manumittam, & peculium ei ſuum legem, dubium id non eſt, quin mille illos ſolidos ſit conſequuturus. An autem & centum illos, quos in rem meam impendit? Et ijdem Principes reſcripſerunt, petitionem eum eorum non habere. Quæ enim in prom*

ptu

ptu ſunt, & in parato, legare videor, non etiam quæ in rationes meas impendit. Si diſpenſatorē rerum mearum teſtamēto manumittam ſub hac conditione, ſi rationes diſpenſationis ſuæ reddiderit: legare ei videor peculium, ac dicere, vt iiſdem Principibus viſum eſt, ex peculio, quod ei legatum uidetur, debere ipſum reliqua inferre. Nam vnde, quum ſeruus eſſet, exoluturus erat, ea quæ deberet, niſi ex peculio: ex quo & reliqua illaturus erat, ſi dominus: quum adhuc uiueret, reliqua petiiſſet;

ARGVMENTVM.

Iura ac facta legari poſſe.

§. Tā autem corporales.

Non ſolum res corporales, ſed etiam incorporales legari poſſunt. Et ideo ſi quis centum ſolidos mihi debeat, actionem quam contra eum habeo, alteri legare poſſum. Cogitur autem hæres hanc legatario præſtare. Quod ſi debitum hoc exegerim, quum a teſtamento ſuperuixiſſem, extinguitur legatum. Ecce hic igitur, incorporale eſt, quod relictum eſt. Actio enim legata eſt. Sed & tale legatum valet: Damno te hæres domum illius reficere. Aut, Titium ære alieno liberare. ARGVM-

§. Sed & tale.

Legato genere, electio ad legatariū pertinebit.

§. Si generaliter.

Generaliter aliquis ſeruum, aut rem aliam legauit, dicēs: Do, lego huic ſeruum. Aut, do, lego illi equum. Quæritur, vtri danda ſit electio, hæredine, vt quem velit ſoluat: an legatario, vt quem velit accipiat? Et dicimus electionem eſſe legatarii, niſi ſpecialiter contrarium dixerit teſtator.

ARG.

ARGVM.

Optandi facultas legata, ſi legatarius viuus non optarit ad hæredem tranſmittitur. Et pluribus eligere debentibus, ac inter ſe diſſentientibus, res ſorte peragitur.

§. Optionis. *Optionis legatum, id eſt, ubi teſtator ex ſeruis ſuis, aut ex ueſtibus, aut ex libris, legatarium optare aliquid, ſiue eligere iuſſit; tacitam habet conditionem. Vnde niſi legatarius viuus optauerit, ſed ante opinionem mortuus fuerit, non tranſit id legatum ad hæredem ipſius, propter regulam dicentem, legatum conditionale ante euentum conditionis mortuo legatario, ad hæredem eius non tranſmitti. Eſt autem optio, quum ita dixit teſtator: Optato Titius de familia mea ſeruum unum. Et hæc quidem olim in uſu erant. Conſtitutio autem ſanctiſſimi noſtri Imperatoris & hoc in meliorem ſtatum tranſtulit: licentiamque dedit hæredi legatarij, ſeruum optare, quem legatarius in uita ſua non optauit. Et diligentiore tractatu habito, illud in eadem conſtitutione additum eſt. Nam quum olim duobus aut pluribus optione relicta, ſi in optione non conſentiebant, ſed alius Stichum optabat, alius Pamphilum ſecundum aliquorum Iuriſconſultorum ſententiam, in pendenti eſſet legati petitio, donec conſenſiſſent: ſecundum alios, diſſenſu eorum extingueretur: conſtituit Imperator, ut ſiue unius legatarij plures ſint hæredes, qui in optando non conſentiant: ſiue plures ſint legatarij, qui non eundem ſeruum optent, ne legatum ideo pereat: quamuis compluribus ueterum aliud uiſum*

ſum ſit, contra omnem rationem. Sed totam eiuſmodi optionem ſiue electionem fortunæ uoluit committi, & iudicium eius expectari. Sorte enim iacta, eum optionem ſiue electionem habiturum, cui id ſors dederit, & cæteros omnes collegatarios aut cohæredes hunc ſequuturos, & eum accepturos, quę is elegerit, cui ſors fauerit.

ARGVM.

Qui hæredes inſtitui poſſunt, ijs legatum relinqui poteſt. At quæ incertæ ſunt perſonæ, ij neque legatum neque fideicommiſſum (niſi certa demonſtratio adiecta ſit) relinqui olim poterat: ſolutum tamen non repetebatur.

§. Legari. §. Incertis uero.

ILlis autem ſolis legare poſſumus, quibuſcum teſtamenti factionem habemus. Incertis perſonis neque legata, neque fideicommiſſa relinqui poſſunt. Et neque id in paganis ſolum obtinet, ſed ne militibus quidem permiſſum eſt, ſicut Diuus Hadrianus reſcripſit. Incerta enim perſona eſt, quam incerta opinione teſtator animo ſui ſubiecit, & de qua rogatus nihil certi poſſit dicere: ueluti, ſi quis ita dixerit. Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium collocauerit, fundum illum ab herede meo accipito. Aut, Qui primi a morte mea Conſules deſignabuntur, ijs hæres meus decem ſolidos dato. Incerta eſt & hic perſona. Nam & hoc incertum eſt, quis filiã ſuam filio teſtatoris in uxorem daturus ſit, & quis poſt teſtamentum ſit deſignandus Conſul. Nam ſi quis de eo teſtatorem interroget, nihil habet certi quod dicat. Et alios autem multos huiuſmodi, facile eſt fingere.

Liber-

§. Libertas §. Sub certa. *Libertas quoque incertæ perſonæ relicta, inutilis eſt. Nominatim enim ſeruos in teſtamento manumitti placet. Sub certa autem demonſtratione, incertæ perſonæ utiliter legatur, veluti ſi dixero: Ex cognatis meis, quos nunc habeo, ſi quis filiam meam in vxorem duxerit, rem illam ab hærede meo accipito. Hic enim perſona quidem incerta eſt, verum demonſtratio, hoc eſt, vniuerſitas, certa. Nam dixi, Ex cognatis quos nunc habeo, qui numerus certus eſt. Incertæ perſonæ* §. Incertis autê. *legatum dedi. Dubium non eſt, quin non conſiſtat. Si tamen per errorem hæres meus ſoluerit, repetere non poteſt. Ita enim id ſacris conſtitutionibus cautum eſt.*

ARGVM.

Poſthumo olim alieno inutiliter, ceu incertis perſonis, legabatur, hodie vero vtriſq; utiliter.

§. Poſthumo *Alienus poſthumus ſimilis eſt incertis perſonis: & ideo inutiliter ei legatur. Eſt autem alienus poſthumus ille, qui natus ſuus hæres non ſit: ideoque ex emancipato filio conceptus,* §. Sed nec huiuſmodi. *& natus nepos, extraneus eſt mihi poſthumus. Et hæc quidem olim ita in vſu erant. Sed eſt quædam Imperatoris noſtri in Codice poſita conſtitutio, quæ totam hanc de incertis perſonis partem, mirabiliter emendauit, non ſolum in hæreditatibus, ſed etiam in legatis, & fideicommiſſis. Sed ipſa ſeſe conſtitutio ſi quis eam legat, clariſſime oſtendit.*

ARGVM.

Tutoris incerti datio, inutilis eſt.

§. Tutor autem. *INcertus tamen tutor dari, ne ex hæc quidem conſtitutione poterit, certus enim eſſe debet,*

quo-

quoniam certo iudicio debet teſtator filiꝭs ſuis tutorem dare. Inutilis ergo erit illa tutorisdatio, ſi dixerit: Qui primus ad iuſta mihi facienda venerit, is filio meo tutor eſto.

ARGVM.

Inſtitui poſthumus alienus hæres iure olim Prætorio: & nunc quoque poteſt.

ALienus poſthumus, & olim hæres inſtitui poterat, & nunc poteſt ſine impedimento. Niſi forte in vtero eius fęminæ ſit, quam iure vxorem habere non poſſum. §. Poſthum⁹.

ARGVM.

Perſonarum appellationes multiplices: ſi quis tamen legando in his erret, non continuò legatum concidet.

POrrò, vt clarius perſonas, de quibus ageretur veteres explicarent, multas commenti ſunt appellationes. Eſt enim nomen, vt Titius. Cognomen, hoc eſt, quod nomini ſubiungitur: & id modo in laudem: modo in vitium ſonat, In laudem, vt Pius: in vitium, vt Superbus. Eſt & Prænomen: Hoc autem vel à maioribus aſſumitur, vel à benefactoribus. A maioribus, vt ſi quis Achillem vocet Aeacidē. A benefactoribus, quemadmodum uidemus Præſides quoſdam Prouinciarum, qui propriꝭs appellationibus nomina illorum præponunt, quorum ſuffragio Præſides facti ſunt. Veluti Strategium aut Conſtantinum. Si quis ergo quum legatum alicui daret, in nomine legatarij errauit, ut ſi cum Titium dicere deberet, dixerit Seium, aut in cognomine, ut ſi pro Superbo. Pium dixerit: aut in appellatiuo. ut ſi pro Strategio dixerit Pri- §. Si quis ĩ hoīe.

mum

mum: quęritur, an legatum ſit inutile. Et dicimus. ſi in confeſſum ueniat. de quo ſenſerit; nihilominus ualere legatum. Idemque & in hęredibus obſeruatur. Nam ſi quem hæredem inſtituens in aliquo eorum quæ dicta ſunt, errem: inſtitutionem id non vitiat. Et merito. Nam nomina ſignandorum hominum gratia inuenta ſunt. Quòd ſi alio quouis modo intelligi poſſit, qua de perſona agatur, nihil intereſt: atque adeo nullum ex errore circa nomina damnum contingit.

ARGVM.

Falſa demonſtratione, ut legatum non perimitur: ita nec ficta quoque cauſa adiectione, niſi in conditionis vim prolata ſit, corruet.

§. Huic proxima.

HVic rationi proxima eſt, & illa Iuris regula, qua dicimus, Falſa demonſtratione legatum non perimi. Sciendũ eſt enim quòd interdum demonſtratio, interdum cauſa legatis accidit. Eſt autem Demonſtratio, rei, quæ legatur, deſignatio. Veluti ſi quis ſeruum legaret: Stichum ſeruum meum vernam lego Titio, vtile eſt legatum, quamuis non verna ſit Stichus, ſed ex emptione eum habeam. Aut etiam ita: Stichum ſeruum meum, quem de Seio emi, Titio lego. Quamuis eum de Primo emerim, vtile tamen eſt legatum, propter dictam regulam: Falſa demonſtratione legatum non perimi.

§. Longe magis.

Ficta quoque cauſa legato iniecta, legatum non vitiat. Eſt autem Cauſa ſignificatio rationis, quare res quæque legetur. Veluti ſi quis ita legauerit, Titio, quia me abſente negotia mea

curauit

curauit Stichum ſeruum meum, do, lego: Vel ita: Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus ſum, ſeruum meum lego. Quamuis enim maxime, neque negotia mea unquam Titius geſſerit, neque patrocinio eius capitale diſcrimen euaſerim, ualet tamen legatum, idque propter regulam, qua dicimus: falſa cauſa legatum non perimi. Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, & ea falſa inueniatur, nihil conſequetur legatarius. Verbi gratia, ſic dixi: Titio, ſi negotia meæ unquam curauit, fundum lego. Nam ſi curauit, habebit legatum, tanquam impleta conditione. Sin autem non curauit, tanquam conditione defectus, nullam habebit actionem pro legato.

ARGVM.

Legatum hæredis ſeruo pure relictum inutile eſt, ſub conditione utile: alieni uero ſerui hæredis inſtituti domino pure & ſub conditione efficaciter relinquitur, hærede tamen ſeruo domini iuſſu hæreditatem adeunte expirabit legatum.

Haec habeto in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis. Quum in unam & eandem perſonam concurrunt iura actoris & rei, confuſio eo modo facta, iudicium tollit, & litem extinguit. Neque enim fieri poteſt, ut quiſquam aduerſus ſeipum iudicio cōſiſtat. Illud quoq; ſciēdum eſt, quod paulo iam ante dictum eſt, legata pura a die mortis teſtatoris cedere: conditionalia ab euentu conditionis. His ita præinſpectis, uideto nunc rem, quam tractamus. Quidam moriens hæredem me inſtituit: deinde & Sti- §. At ſeruo

N cho

cho ſeruo meo legatum à me reliquit. Quæritur an recte legatum hoc datum ſit, quoniam in vnam perſonam, iura actoris & rei concurrunt. Ego enim reus ſum, ut qui ſim hæres: ego rurſus actor ſum, ut qui ſim dominus. Quoniam igitur ius actoris & rei in me concurrit, lis confunditur. Quidam tamen iuriſperiti putant inſpiciendum eſſe: quando deferatur legatum, hoc eſt, quando actio pro legato competat, & num eo tempore diuiſæ ſint à ſe inuicem perſonę hæredis & legatarij. Forte enim quum ſuper uixiſſet teſtator, ego ſeruum meum manumiſi uel alienaui. Nam quoniam tunc diuiſæ ſunt perſonæ, ualet legatum. Sin vero tempore mortis teſtatoris, ego ſeruum meum, qui & legatarius eſt, in poteſtate mea habere inueniar, extinctum eſt legatum propter rationem iam dictam. Et id quidem, quum pure datum eſt legatum. Sin autem conditionaliter relictum eſt, tunc non mortem teſtatoris, ſed euentum conditionis ſpectamus. Et ſi quidem exiſtens conditio Stichum inuenerit aut liberum aut alterius ſeruum, vtile eſt legatum. Sin autem hac eueniente, in poteſtate mea inuentus fuerit, non conſiſtit legatum. Et hæc quidem illi. Cæterum quod obtinuit, id fere tale eſt. Nam in legatis conditionalibus verum eſt, quod iam retulimus ſpectandum eſſe euentum conditionis. In puris autem una cum ſcriptura ſui legatum inutile eſt, idq; propter Catonis regulam qua dicimus: Omnia legata; quæcunque inutilia erant futura, ſi ſtatim à teſtamento facto, teſtator deceſſiſſet:

ſiſſet: ea neque ideo conualeſcere, quòd teſtator poſt teſtamentum factum, tam diu ſuperuixerit, ut medio tempore, facultatem habuerit hęres ſeruum Stichum uel manumittendi uel alienandi. Et enim ſi teſtator ſimulatque teſtamentum fecerat, deceſſiſſet: futurum erat haud dubie: ut ſeruus in poteſtate hæredis inueniretur. Quid autem e contrario, ſi quis moriens ſeruum meũ hæredem inſtituit, & ab eo mihi legatum dedit? Et dubium non eſt, quin hic ualeat quod relictum eſt. Nam & ſi ſtatim teſtamento facto, teſtator deceſſiſſet: nõdum futurum erat, ut apud hæredem dies legati cederet. Et enim ſupra quidem in proxima ſpecie, ubi hæres dominus erat, & ſeruus legatarius, legatum ſeruo delatum, ſtatim & domino acquirebatur. In hac autem ſpecie, dici non poteſt, legatum domino delatum, & inſtituto hæredi ſeruo acquiri. Nam hæreditas hic à legato ſeparata eſt, & per hunc Stichum alius hæres effici poteſt. Et enim ſi antequam iuſſu meo hæreditatem adeat, eamque mihi acquirat, in alterius poteſtatem tranſlatus ſit, nouo domino acquiret hæreditatem. Sin autem manumiſſus fuerit, adeundo ſibi acquirit hæreditatem. Et in his caſibus utile erit legatum. Diuiſa enim eſt perſona hæredis, & legatarij. Itaque uel cum eo ſi manumiſſus adiit, vel cum nouo domino, ad legatum agere poſſum. Quod ſi in poteſtate mea permanſerit, iuſſuque meo adierit, euaneſcit legatum. Quoniam ego & legatarius ex ſcriptura teſtamenti, & hæres per ſerui acquiſitionem inuenior.

miſſe hæres eſto: illi, & illi centum ſolidos lego: aut Stichus ſeruus meus liber eſto: deinde poſt ſubiungã, et ſecundũ heredem ex altero ſemiſſe.

ARGVM.

Hoc iure hodie ante & poſt hæredis legatarij que mortem, ſed & pridie quoque mortis ipſorum, utiliter legatur.

Poſt mortem hæredis, aut poſt mortem legatarij, inutiliter relinquitur legatum: ueluti ſi quis dixerit, Poſt mortem hæredis illi centum ſolidos lego. Tunc enim quandiu ſupereſt hæres, legatum ab eo non petitur: poſt mortẽ vero eius, ab hærede eius non petetur. Idque propter regulam, qua dicimus, Actionem, quæ aduerſus nos non cæperit, neque aduerſus hæredes noſtros trãſire. Idẽque eſt, & in legatario. Nam ſi dixerim, Primo quum mortuus fuerit, centum ſolidos lego, non conſtat legatum: quoniam neque ipſe petere poterit propter verba teſtatoris: neq; hæres eius propter regulam, qua dicimus: Actionem quę in nobis non cæperit, neque in hæredes noſtros transmitti. Item pridie quàm legatarius aut hæres morietur, inutile legatũ eſt. Verbi gratia, ſi dixero: Pridie quam futurum eſt, vt hæres moriatur, aut quam futurum eſt, vt Titius moriatur, Titio centum ſolidos lego. Incertus.n. dies eſt qui pridie mortis ſit. Nam poſt mortẽ, ad præteritum recurrentes dicimus, diem heſternum pridie mortis fuiſſe: & quoniam id non niſi ex morte cognoſcitur, perinde eſt, quaſi poſt mortem legatum fuißet. Verum & hæc Imperator noſter ſanctiſſimus ſimili modo emendari digna- §. Poſt mortẽ

ri dignatus eſt, legatus ita relictis firmitatem præbendo ad ſimilitudinem fideicommiſſorum: Nam ueteres fideicommiſſa in hunc modum relicta admittebant, & legata calumniabantur. Sic igitur nulla eſt hac in re inter legata & fideicommiſſa differentia. valent enim utraque.

ARGVM.

§. pœnæ. In pœnam hodie legari, ac legatum transferri, vel adimi poſſe: niſi, quod legibus uetitum, uel probroſum aut deniq; impoſſibile ſit, præcipiatur.

Legatum quoque quod pœnæ nomine relinquitur, aut adimitur, aut transfertur, inutile eſt. Pœnæ nomine legari uidetur, quod coercendi hæredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid aut faciat aut non faciat. Nam quoniam multi quædam ab hæredibus ſuis fieri iubebant, ac modum quendam illi preſcribebant uiuendi & hæredes has uoluntates ſine piculo ac danno aliquo contemnebant: ideo uidentes homines contemni iuſſa ac præcepta ſua, deinceps pecuniariam quandam penam excogitauerunt, per quã hæres facere quidque cogeretur uel contra animum ſuum. Et dicamus exemplo quid ſit legatum pęnæ nomine. Veluti, Ille mihi hęres eſto, & filiam ſuam Titio in uxorem dato: aut ex contrario, ne dato. Quod ſi contra ſententiam meam feceris, Seio decem ſolidos dato. Vel etiã ita: Hæres meus, ſi ſeruum meum Stichum alienauerit, aut ex contrario, ſi non alienauerit, Titio decem ſolidos dato. Non ualet legatum propter duas rationes. Prima eſt, quòd lex improbet legatum, quod in arbitrio hæredis poſitum

tum

tum eſt. Atqui hic in ipſo eſt, ut legatum debeat, aut non debeat. Nam ſi iuſſa teſtatoris fecerit, nihil ſoluit: ſin aduerſatus fuerit, obligatur legatario. Ad hæc, legata amore legatarij, & ex beneuolentia dari oportet, non odio hæredis. Porro adeo regula hæc quæ dicit: Legata pęnæ nomine relicta inutilia eſſe, obtinet: ut multæ extent Principum conſtitutiones, quibus oſtenditur, ne Principem quidem agnoſcere legatum quod pęnæ nomine ei relictum ſit. Neque etiam ex militari teſtamento valet legatum pęnæ nomine relictum, quamuis aliæ militum uoluntates in teſtamentis ordinandis, ut Iuriſperiti dicunt, valde obſeruentur. Quinetiam nec libertas pænæ nomine relicta, utilis eſt. Eo amplius nec hæredem pęnæ nomine utiliter inſtitui ſcribit Sabinus. Veluti: Si quis ita dixerit. Titius mihi hæres eſto, ſi filiam ſuam Seio in matrimonium collocaturus eſt. Quòd ſi Titius filiam ſuam Seio in uxorem non dederit, Seius ei cohæres eſto: inutilis eſt Seij inſtitutio. Quoniam enim moleſta eſt hęredi legati datio, tam nocebit ei & hæredis adiectio: quoniam dimidia hæreditatis aufertur. Sed tantam hanc ſcrupuloſitatem Imperator noſter ſanctiſſimus, parum ſibi placentem generali conſtitutione ſuſtulit ac iuſſit, ne ea quæ pęnæ nomine relicta ſunt, uel adempta: vel in alium tranſlata à cæteris legatis diſtarent, quæ ſine pęna uel dationem, uel ademptionem, uel tranſlationem habent: exceptis videlicet ijs, quæ uel impoſſibilia ſunt, uel legibus interdicta, vel alias probroſa. Tales enim

teſtatorũ voluntates obtinere, à rõne religioſorũ ſui imperij tẽporũ alienũ eſſe ſanciuit. Et impoſſibile quidẽ legatũ eſt, Veluti, ſi dixero: Titio ſi in cęlum aſcenderit, centũ ſolidos do, lego: & ſi nõ aſcenderit, eos Primo lego. Nam Titius hic legatũ conſequetur. Aut ſi ita dixero; Titio ſi uxorẽ illius adulterauit, centũ ſolidos lego; & ſi nõ adulterauit, eos Primo lego. Nam & hic Titius legatũ cõſequetur. Aut ita: Titio ſi matrem ſuã verberauerit, centũ ſolidos lego: et ſi nõ uerberauerit, eos centũ ſolidos Primo lego. Aut ſi hunc in modũ ademero: Et ſi in cælum non aſcenderit uel uxorem illius non adulterauerit, uel matrẽ ſuã nõ uerberauerit, centũ illos ſolidos ei non lego. Quoniã & hic inutilis eſt ademptio, vt in prioribus caſibus tranſlatio. Quòd ſi neq; impoſſibilia ſint, quæ legatario iniuncta ſunt, neq; legibus uetita, neque probroſa, tunc & pænæ nomine facta datio, uel adẽptio, aut trãſlatio ualet.

De ademptione legatorum.
TIT XXI.
ARGVM.

Legatum in teſtamento factum, eodem teſtamento aut etiam codicillis adimi, vel in alium quibuslibet verbis transferri poſſe.

ET in eodem teſtamento utilis eſt legatorum adẽptio, et in codicillis. Neq; intereſt, an contrarijs uerbis fiat ademptio. Verbi gratia, ſi dixi. Titio centũ ſolidos do, lego. deinde paulo poſt in eodem teſtamento uel in codicillis, adieci negationẽ non, ſic dicens: Titio cẽ

tum

tum ſolidos, quæ dari ei iuſſeram; non do, nec lego Ecce uerba hæc contraria dicuntur. Per quę enim uerba dederã, per eadem adimo, adiecta negatione, non. Nã illi, do hoc non do, contrariũ eſt. Sed ſi alijs uerbis fiat ademptio, ualet & ita: vt ſi dixerim, Titio centũ ſolidos lego. deinde dicã, Titio centum ſolidos dari nolo. Poſſumus aũt & ab alio in alium trãsferre. Verbi gratia: Seruum meum Stichum Titio reliqui. Poſſum ita dicere: Stichum quẽ Titio legaui, Seio lego. Dicere autem id poſſum vel in eodem teſtamento, uel in codicillis. Porro tranſlatio tacitã in ſe habet ademptionem. Nam legatũ, quod à Titio ad Seium transfero, tacite Titio adimo.

De lege Falcidia.
TIT. XXII.

ARGVM.

Legandi Facultas lege x i i Tabul. liberrima licet fuerit, hodie legis Falcidiæ prouiſione ſupra dodrantem legari nemini conceditur.

HInc neceſſe eſt dicere de lege Falcidia per quã modus nouiſſime legatis datus ẽ. Nã olim licebat totũ patrimoniũ, uel fere totũ, legatis exhaurire, permittente id lege duodecim Tabularũ, qua ſic cautũ erat: Vti quiſq; legaßet, ſuæ rei ita ius eſto. Sed poſtea placuit hãc legãdi licẽtiã coarctare. Id ꝙ & ipſorũ teſtatorũ gratia inuẽtum ẽ, ob id, ꝙ plerũq; inteſtati moriebãtur, recuſãtibus ſcriptis hæredibus, ꝓ nullo aut minimo lucro hęreditates adire.

Et lata quidem eſt poſt hæc lex Furia, qua caue batur, ne cui ultra mille aureos legare liceret. Quod ſi quis maiorem ſummam ſibi relictam ac cepiſſet, quadruplum eius, quo plus quàm lice bat, acceperat, reddebat: Verbi gratia, ſi mille & ducentos aureos acceperat, quadruplum ducentorum reddebat, hoc eſt, octingentos. Sed parata huic legi fraus erat. Et enim ſi quis qum quinque millia aureum in bonis haberet, quinque legatarijs millenos reliquiſſet, in legem non incidebat, & rurſus tamen eueniebat, ut hæres qui nihil lucri habebat, hæreditatem repudiaret. Et ita iterum ſubuertebantur teſtamenta. Tertio loco lata eſt lex Voconia, qua cautum erat, ne legatarius plus haberet quàm hæres. Sed tamen & hæc ipſa facile conuellebatur. Nam ſi quis, quum centum ſolidos in bonis haberet, hæredem me inſtituiſſet, & nonaginta nouem legatarijs ſingulos ſolidos reliquiſſet, neque legem tranſgrediebatur, & locum tamen faciebat repudiationi. Ob unum enim ſolidum nemo totius hæreditatis onera ſubire ſuſtinuiſſet. Vltimo igitur lata eſt lex Falcidia, quæ totum defuncti patrimonium in duodecim uncias diuiſit, & vetuit, ne cui ultra dodrantem, id eſt, nouem uncias totorum bonorum legare liceret, ſiue unus ſit hæres inſtitutus, ſiue plures: ſed ut quadrans, id eſt, quarta pars bonorum apud hæredem hæredeſve maneret.

ARGVM.

Quarta ſuæ inſtitutionis parte quamlibet exceden-

cedentia facta ſint legata, nemo fraudari debet: ne etiam quidem ſi in nullo cohæres grauatus fuerit.

Quidam igitur quum quadringentos ſolidos in bonis haberet, duos hæredes ex æquis partibus inſtituit, Titium & Seium. Legauit autem nominatim à Titio, dicens: Damno te Titi, illi & illi dare res quæ ualeant ſolidis ducentis, aut ſolidis centum octoginta: A Seio uero aut nihil ſpecialiter legauit, aut tantula legauit, quæ partem eius duntaxat in partem dimidiam minuerent: ſic ut ei adhuc integri ſint centum ſolidi. Aderant legatarij, & cum Titio agebant integra petentes legata. At is, cum exolutis legatis, aut nihil eſſet habiturus reliquum, aut pauca admodum: quartam partem eius partis, ex qua inſtitutus erat, volebat detrahere ſiue deducere, hoc eſt, ſolidos quinquaginta. Ex aduerſo dicebant legatarij, ſatis eſſe factum à teſtatore legi Falcidiæ. Tantum enim dodrantem bonorum legatis eſſe exhauſtum. Coorta igitur hac quæſtione, placuit ſuæ quenque partis, ex qua hæres ſcriptus eſſet, quartam retinere poſſe. Neque ideo ergo, quòd Titius integrum ſemiſſem aut quadrantem habeat, impedimento id erit Titio, quo minus quartam partem ſuæ inſtitutionis retineat. Singulos enim hæredes, quartam partem, inſtitutionis ſuæ habere oportet. §. Cũ quæſitum.

ARGVM.

Acceſſio aut imminutio hæreditati iacenti con tingens;legatarijs quantum ad legem Falcidiani pertinet,ut non prodeſt, ita ne obeſſe quidem po teſt,ſed quod mortis tempore in mortui patrimo nio affuit,aut defuit,id ipſis aut lucro aut dam- no cedit.

§.Quã titas autẽ. *Porro quoniam diximus quartam bonorum defuncti integram debere apud hæredem manere, videndum eſt utro tempore quantitas bonorum defuncti quanta ſit ſpectetur. Mortisne tempore,an aditę hęreditatis? Et magis placuit, tempus mortis teſtatoris ſpectandum eſſe. Quapropter uſq; ad aditam hæreditatem ſi ue damnum aliquod diminutiove in hęreditate accidit,ſiue quid ei acceſſit,id legatarijs quantum ad legem Falcidiam pertinet,neque nocet, neque prodeſt.ſed exitus utriuſque rei, hoc eſt tum deceſſionis, tum acceſſionis hęredem reſpicit. Veluti in hac ſpecie.Centum aliquis ſolidos in bonis habebat: legauit centum ſolidos.Et in confeſſo eſt, hęredem ex lege Falcidia uiginti quinque potuiſſe retinere, hoc eſt, quartam.Dilata aditione hęreditatis, contigit, ut per ſeruos hęreditarios aliquid hęreditati acquireretur:aut parerent ancillę, aut ederentur fœtus pecudum. Et tantum hęreditati acceſſit,uel hęres quartam habere poſſit nec egeat lege Falcidia. Verum quum placeat mortis tempus ſpectari,acceſſio,quę medio tempore facta eſt, hęredis lucro cedit. Quoniam nihilominus quartam centum ſolidorum retinebit, extrinſecus acceſſiones lucrifaciens. Tractemus idem & ex contrario.*

rio. Quidam quum centum ſolidos in bonis haberet, legauit ſolidos ſeptuaginta quinq; dubium non eſt, quin hæres quum ex uoluntate teſtatoris quartam haberet, nihil eguerit retentione ex lege Falcidia. Poſt mortem tamen teſtatoris ante aditam hæreditatem vel coorto incendio domus hæreditariæ conſumptæ ſunt, uel facto naufragio merces hæreditariæ perierunt, uel ſerui hæreditarij mortui ſunt, ita ut hæreditas in uigintiquinque ſolidos decreuerit, & ad LXV. ſolidos, aut eo minus veluti ad ſeptuaginta uenerit. Hæres ubi adierit ſolida legata ſoluere cogetur. Nam tempore mortis teſtatoris, ex voluntate eius quartam habebat, nec auxilio legis Falcidiæ egebat. Sic igitur in hoc & ſimili caſu nihil lucratur, ſed eſt quando & lędatur. Neq; uero indigne ſtur: quoniam liberum ei erat damnum hoc nõ adeundo hęreditatem effugere. Et id in cauſa fuiſſet ut legatarij, quũ ſcirent, illo hęreditatem repudiante, ſe nihil ex legatis cõſecutur:s, cum eo paciſcerentur, ut portione aliqua legatorum ſibi relictorum contenti, nihil amplius peterent. Et ita quod lex Falcidia non tribuit, id ratio hęc hęredi pręſtaret, propterea quod minitaretur repudiationem.

ARGVM.

Rationẽ legis Falcidiæ ſic ſubduci expedit, ut primũ æs alienũ, mox funeris impẽſa, ac denique ſeruorum pretia deducta ſubtrahãtur. Eius autem quod amplius fuerit, apud hæredem pars quarta remanebit, reliquo legatarijs cedente. Quod ſi legata excedant, ſic temperandum eſt, ut hæres quadrantem, dodrantem legatarij reportent.

Quan-

§. Cũ aũt ratio.

QVantitas autem patrimonij ita ſpectatur. Nam primo deduci oportet æs alienum, defuncti item funeris impenſas, tum pretia manumiſſorum ſeruorum. Tunc demum reliquum ſpectandum eſt, quantum ſit. Id enim purum eſſe & verũ patrimonium putatur, & ex eo quarta pars apud hæredẽ manere debet. Veluti, verbi gratia, in hac ſpecie. Deceſſit aliquis. DCCC. ſolidos in bonis habens, legauit. CCCC. Debebat creditoribus, CC. Serui manumiſſi æſtimantur ſolidis, CL. In funus eius impenſi ſunt, L. vt iam reliqui ſint, CCCC. hoc eſt, ipſa legata. Vt igitur, CCCC. apud hæredem, C. manere debent, non vero vt ex, DCCCCC. propter deductiones, quas fieri debere dictum eſt. Sic igitur tres partes legatarijs dabuntur pro rata. Quarta vero (hoc eſt, C,) apud hæredem manebit. Quum ergo is, qui pure in bonis, CCCC. ſolidos habet, CCCC. legat, quarta hoc eſt, C. ſolidi apud hæredem manent. Quid ſi CCCL. leget? Octauam retinere oportet. Eſt autẽ octaua pars, CCCCL. Habet ergo hæres ex teſtatoris voluntate, L. & ex lege, alteros, L. Quæ vtraque quartæ quantitatem efficiunt. Quod ſi quis. D. legarit, quum, CCCC. in bonis haberet, & quidẽ eos, D. ſic legarit, Primo, C. Tertio, Quarto, Quinto Centenos: tunc quod ſupereſt, deduci debet, hoc eſt, ſingulis legatis quinta pars detrahi, vt ſic ſingulis legatarijs relinquitur, LXXX. ſolidi, Ad extremum nomine legis Falcidiæ, retinet hæres a ſingulis legatarijs, XX. ſolidos. Et ita, ipſe quidem ſibi conficiet, C. ſolidos, hoc eſt, quartam bonorum defuncti: legatarij vero qui

quin-

quinque numero ſunt, quibusq; ſingulis, C. legati, erant, ſinguli, LIX. habebunt.

De fideicommiſſarijs hæreditatibus.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Docendi methodus recta, hoc exigit, vt ab vniuerſalibus & communioribus ad ſingularia & minus communia initium ſumatur. Et quoniam fideicommiſſa, quæ aut ſingularia, aut vniuerſalia ſunt, nulla olim iuris neceſsitate, ſed ſolo hæredis pudore ac fide (vnde nomen contraxerunt) pręſtarentur, hodie vt præſtentur, cui relicta ſunt a iure neceſsitas imponitur.

DIctum eſt de legatis, nunc ad fideicommiſſa tranſeamus. Fideicommiſſorum quædã ſunt ſingularia, & quædam vniuerſalia. Oportet autẽ prius diſſerere de vniuerſalibus, & ita venire ad ſingularia. Interea videamus nonnihil de antiquitate ipſorum. Et initio infirma erãt omnia fideicommiſſa: quia nemo inuitus ÿs præſtabat, quibus dare rogatus erat. Porro hinc inuenta ſunt fideicommiſſa. Sæpenumero eueniebat, vt ciuis Romanus moreretur, habent cognatos peregrinos, quibus neque hæreditas, neque legata relinqui poterant, propterea quod diuerſæ ciuitatis eſſent Vocabat hic ergo ciuem aliquẽ Romanum, qui hæres ipſi ex teſtamento eſſe poſſet, quod eum ſibi beneuolum & fidum futurum ſperaret: eumq; hæredem ſcribebat, ac rogabat extra teſtamentum, vt uel hæreditatem totam, vel partem eius, vel certas res illi peregrino reſtitue-

reſtitueret. Et in ſcripti hæredis ſitum erat arbitrio, daret ea, an non daret. Neque enim ullum iuris erat vinculum, quo facere id cogeretur, ſed tantum pudore, & fide eorum, qui rogabantur, tota res continebatur. Vnde. ſ. & fideicommiſſa appellata ſunt. Atque hæc antiquiſſimis temporibus in uſu fuerũt. Poſtea D. Auguſtus primus, ſemel atque iterum gratia eorum motus, quibus quum peregrini eſſent, talia fideicommiſſa relicta erant (interdum enim ei notæ huiuſcemodi perſonæ, aut in magno pretio erant, ob eruditionem forte, aut alias excellentiores naturæ, aut fortunæ dotes) vel etiam quia per ipſius ſalutem ſæpe hæredes rogati, iuſiurandum ſuum contemnebant, vel ob inſignem quorundam perfidiam. Interdum enim diues aliquis rogatus erat pauperibus liberis, & adhuc teneris, vel ſenio confectis parentibus defuncti reſtituere, & tamen fidem rumpebat. Iuſſit ergo Conſulibus ut authoritatem ſuam interponerent, & eum qui rogatus eſſet, cogerent ad reſtitutionem. Id quum iuſtum admodum videretur, & gratum eſſet in vulgus, paulatim in iuriſdictionem & neceſſitatẽ conuerſum eſt. Ac tantus poſtmodum fauor eſt factus fideicõmiſſorum, ut proceſſu tẽporis & proprius Prætor petendis fideicommiſſis crearetur, qui fideicommiſſarius appellatur.

ARGVM.

Hæredem in uniuerſum inſtitui, vt vniuerſale fideicommiſſum efficax ſit, neceſſe eſt, qui non de partem modo, verum de tota hæreditate capaci reſtituenda grauari poteſt.

Enar-

ENarrata fideicommiſſorum antiqua origine, dicamus de ijs quæ per vniuerſitatem relinquuntur. §. In primis.

Vt igitur fideicõmiſſum vniuerſale valeat, neceſſe eſt in primis eſſe aliquem qui directo hæres in teſtamento inſtituatur, & is alteri rogetur hæreditatẽ reſtituere. Alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo hæres inſtituitur. Si quẽ igitur hæredem inſtituam, dicens. L. Titius hæres mihi eſto. poſſum adijcere & dicere: Rogo te L. Tite, vt quum primum poteris hæreditatem meã adire, eam C. Seio reddas & reſtituas. Poſſum igitur hæredẽ rogare, & de parte reſtituenda, non ſolum de tota hæreditate. Relinquitur autem & pure, & ſub conditione, & ex certa die, veluti. Poſt biennium, quã mortuus fuero.

ARGVM.

Hæreditatis reſtitutione, hæredis nomen, quod inhærere cœpit, reſtituens non perdit, quanquam ab eo actiue, ac paſsiue in legatarium permanerent actiones.

SI quis hęres inſtitutus, & rogatus hæreditatem reſtituere, eam reſtituerit: nihilominus hæres permanet: quoniam nomen hæredis iam ei inhæſit. Is vero, qui hæreditatem recepit, primis quidem temporibus emptoris vicem habebat, poſtea autem interdum hæredis, interdum legatarij. Et dicamus prius de emptore. Quoniam igitur abſurdum videbatur hæredem onera hæreditatis agnoſcere, fideicommiſſarium vero in lucro verſari, ideo placuit imaginariam venditionem fieri, & ita hæres §. Reſtituta.

vno

vno numo totam addicebat hæreditatẽ. Ac quædam inter hæredem & legatarium ſiue fideicõmiſſarium interponebantur ſtipulationes, quæ vocabantur Emptæ & venditæ hæreditatis. Stipulabatur enim hæres à fideicommiſſario, hunc in modum: Spondes fideicommiſſarie, ſi quid creditor hæreditarius a me exegerit, id mihi reddere, aut defendere me, & me indemnem præſtare? Et dicebat fideicommiſſarius: Spondeo. Deinde ſtipulabatur & fideicommiſſarius ab hærede, hunc in modum: Spondes hæres, ſi quid ab hæreditario debitore exegeris, id mihi præſtare: aut etiam actiones mihi cedere, vt eas procuratorio nomine intentare poſſim? (Qui autem ſit procurator infra docebimur.) Et dicebat hæres: Spondeo. Sed cum hac re ita ſe habente, hæres, qui iudicium fugere ſtudebat, in duplices lites incideret: quoniam & cum creditore hæreditario iudicium excipere cogebatur, et rurſum agere cum fideicommiſſario ex ſtipulatione, vt reciperet quod ſoluiſſet: ideo temporibus Neronis, Trebellio Maximo & Anneo Seneca COSS. Senatuſconſultum factum eſt, quo cauetur, vt ſi cui hæreditas per fideicommiſſum relicta & reſtituta foret, omnes actiones, quæ Iure Ciuili hæredi & in hęredem competerent, hæ ad fideicommiſſarium, & aduorſus fideicommiſſarium tranſirent. Et deinde Prætor S. C. hoc ſubſequens vtiles actiones, id eſt, obliquas fideicommiſſario & in fideicommiſſarium dedit, perinde quaſi ipſe hæres eſſet. Vt is, qui cum eo ageret, perinde atque ſi hæres foret effectus, diceret,

ceret, Si apparet hunc dare oportere, Ecce hic vicem hæredis obtinet.

ARGVM.

Fideicommiſſum ſiue particulare, ſiue vniuerſale reſtituere rogatus, Pegaſiani Senatuſconſulti beneficio quadrantem detrahere poterat, apud quem (niſi aliter fideicommiſſario prouiſum foret) ne quaſi inane illi hæredis nomen ineſſet, actiones tum actiuæ, tum paſsiuæ, vt permanerent, lege cautum fuit.

Sed quia quum hæc ita ſe haberent, hæredes ſcripti totam fere, vt plurimum, hæreditatem reſtituere rogati, ob nullum, aut minimum lucrum adire recuſabant, ſed eam repudiabãt, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: ideo poſtea Veſpaſiani temporibus Pegaſo & Puſione COSS. factum eſt S. C. Pegaſianum: quo cauetur, vt ei, qui rogatus eſſet hæreditatem alij reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia quartam partem ex legatis retinere conceſſum eſt. Neque vero tantum in immenſis fideicommiſſis vniuerſalibus, ſed etiam in ijs per quæ ſingulæ res relinquuntur, retentio hæc permiſſa eſt. Quod enim in immenſis legatis eſt lex Falcidia, id in immenſis fideicommiſſis eſt S. C. Pegaſianum. Poſt hoc autem S. C. hæres ſolus oneribus hæreditarijs ſubijciebatur, non autem fideicommiſſarius. Sed poſtea placuit fideicommiſſarium eſſe loco legatarij partiarij, id eſt, eius legatarij, qui partem dimidiam acciperet. Nam erat olim quintum genus legati, & vocabatur Partitio. Relinquebatur autem hunc in modum: Titius mihi hęres §. Sed quia hæredes.

hi hæres eſto, & hæreditatem meam cum Seio in dimidia portione diuidito. Ad extremum interponebantur inter eos tales ſtipulationes. Hæres ita ſtipulabatur a legatario: Spondes legatarie, ſi conuentus viginti ſolidos ſoluero, eorum mihi dare dimidium? Et dicebat: Spondeo. Et rurſum legatarius ſtipulabatur ab hærede ſic: Spondes, ſi a debitore hæreditario conſequutus fueris viginti ſolidos, eorum mihi dare dimidium, hoc eſt, decem? Et dicebat: Spondeo. Et vocabatur hæc ſtipulatio partis & pro parte. Ad ſimilitudinem igitur legatarij partiarij, ſtipulatio intercedebat inter hæredem & fideicommiſſarium. Et hæres ita ſtipulabatur: Spondes, fideicommiſſarie, ſi creditor hæreditarius quadraginta à me ſolidos exegerit, dare mihi triginta? Et fideicommiſſarius ſtipulatur ſic: Spondes hæres, ſi à debitore hæreditario quadraginta ſolidos conſequutus fueris, dare mihi triginta? Et dicebat, Spondeo. Et hoc modo fideicommiſſarius per vniuerſitatem, vicem ſuſtinebat legatarij. Et neceſſe erat, damnum & lucrum hæreditarium inter hæredem & fideicommiſſariũ commune eſſe pro rata. Vocabantur autem hæ ſtipulationes, Ex parte & pro parte.

ARGVMENTVM.

Qui ex defuncti voluntate apud ſe quartam, alia ea amplius habet reliquum hæreditatis fideicommiſſario reſtituere ex ſenatuſc. Trebell. compellitur, at ſupra dodrantem reſtituere iuſſus quadrantem minime habens, omnes apud ſe, niſi aliud cum fideicommiſſario actum ſit, actiones retinet,

quod

quod tum demum verum eſt, ſi ſponte adierit hæreditatem: ſi vero ex Trebelliano coactus, in fideicommiſſarium commigrant actiones.

Ergo, ut rem in pauca conferamus, ſi quidẽ dodrantem, id eſt, nouem uncias, aut minorem ſummam, hæres rogatus ſit fideicommiſſario reſtituere, & apud ſe ex voluntate defuncti quartam, aut plus quarta habeat, tunc ex S. C. Trebelliano reſtituitur hæreditas, & in tres quidem partes fideicommiſſarius vtili *actione vel conuenitur, vel experitur. In quarta vero, hæres directa actione experitur, aut conuenitur. At ſi plus quam dodrantem, ſiue nouẽ uncias, veluti decem, aut undecim uncias, vel etiam totam hæreditatem fideicommiſſario reſtituere rogatus ſit hęres, neq; quartam ex voluntate teſtatoris habeat, locus eſt Pegaſiano S.C. & hæres ſua voluntate (cur autem dicam, Sua voluntate, poſt diſcemus) ſemel adita hęreditate, ſiue retinuerit quartam, ſiue retinere noluerit, ipſe uniuerſa onera hęreditaria ſuſtinet. Sed quarta quidem retenta, inter eum & fideicommiſſarium ſtipulationes partis & pro parte interponebãtur, ad ſimilitudinẽ hęredis & partiarij legatarij. Si uero totã hęreditatem reſtituiſſet, ceſſabat S.C. Trebellianum, quoniã quartã hæreditatis ex voluntate defuncti apud hęredem eſſe non videbat. Ceſſabat & Pegaſianum, quoniã hęres quartã retinere non voluerat quidem. Atque ideo neque ſtipulationes partis, & pro parte locũ habebant. Tandẽ igitur omni ceſſante auxilio, ſtipulationes emptę et venditę hęreditatis* §. Ergo.

reditatis interponebantur. Et hęc quidem quũ quis ſua ſponte hæreditatem adiret. Sed ſi ſcriptus hæres hæreditatem adire recuſet, ob id quod dicat eam ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam, cauetur S C. Pegaſiano, ut fideicommiſſarius Prætorem adeat, & ut Prætor iubeat hæredem adire hæreditatem, ac totam fideicommiſſario reſtituere. Et omnes actiones ab hærede in uniuerſum ad fideicommiſſarium & contra fideicommiſſarium tranſeunt, perinde atque ſi ex S.C. Trebelliano reſtitutio facta fuiſſet. Atque in hoc caſu, concurſus fit amborum S.C. Et Pegaſianum quidem, ſcriptum hæredem adire cogit, Trebellianum uero transfert actiones. Denique nullis hic ſtipulationibus opus eſt, quia ſimul & ei qui hæreditatem reſtituit, ſecuritas datur, quum non conueniatur amplius e & qui hęreditatem recipit, in tuto eſt, quum omnes ipſe actiones habeat.

ARGVM.

Senatuſconſulto Pegaſiano tandem hodie reiecto, eiuſque authoritate Trebelliano attributa, hæreditates per fideicommiſſum relicta ex S C Trebel. reſtituuntur, ita ut pro uirili actionibus inter hæredem ac fideicommiſſarium diuiſis, quarta apud reſtituentem permaneat. Quod ſi hæreditatem hæres ſuſpectam habens adire nolit, ex Trebelliano hodie, olim ex Pegaſiano actionibus in fideicommiſſarium deuolutis, adire cogebatur.

§. Sed quia ſtipulationis.

SEd quia ſtipulationes ex S. C. Pegaſiano deſcendentes, & ipſi antiquitati diſplicebant, ac quibuſdam caſibus excellentiſſimus Iuriſconſultorum Papinianus eas captioſas vocat: &

Impe-

Imperatori noſtro ſanctiſſimo ſtudium eſt, ſimplicia potius, quam difficultatis plena iura facere: ideo omnibus ſimilitudinibus & differentijs vtriuſque S.C. ad ſe relatis conſtituit, ac placuit exploſe S.C. Pegaſiano quod poſtea ſuperuenit, omnem authoritatem Trebelliano. S.C. præſtare, vt ex eo fideicommtßariæ hæreditates reſtituantur, ſiue ex uoluntate teſtatoris quartam habeat hęres, ſiue plus, ſiue minus, ſiue nihil penitus. Quum enim ſcriptus hæres, aut totam hęreditatem, aut ſupra dodrantem reſtituere rogatus fuerit, liceat ei, vel quartam totam, vel quod quartę deeſt, ex conſtitutione Imperatoris noſtri retinere: aut quod ſoluerit repetere actionibus pro rata inter hęredem & fideicommißarium ex S.C. Trebelliano diuidendis, Sin vero totam hæreditatem ſponte reſtituerit hęres omnes actiones fideicommißario, & contra fideicommißarium dabuntur. Sed illud etiam quod pręcipue cautum erat. S.C. Pegaſiano, pijſſimus noſter Imperator conſtitutione ſua ad Trebellianum tranſpoſuit. Satis enim ex ijs, quæ paulo ante diximus, noſti, hæredem quando hæreditatem vt ſuſpectam adire recuſabat, cogi ſolitum ex Pegaſiano. S.C. vt adiret, & omnes actiones ad fideicommißarium tranſiiſſe. Hoc igitur iam ex ſolo S.C. Trebelliano fiat, & coactus hęres adeat, & volenti fideicommißario hęreditatem reſtituat, nullo damno, aut commodo apud hæredem remanente.

ARGVM.

Quot in toto, quo ad ipſum totum ſancitum

eſt,

eſt, idem in parte, quò ad partem ipſam cenſendum eſſe.

§. Nihil autem.

Q Væcunque tibi dicta ſunt de hęrede, qui ex aſſe, id eſt, in ſolidum inſtitutus eſt, eadem tibi dicta intellige, etiam quum quis ex parte aliqua, vt puta ex ſemiſſe, hęres inſtitutus, aut totam eam partem, aut partem partis reſtituere rogatus eſt. Nam & hic eadē obſeruari Imperator noſter ſāctiſſimus iuſſit, quæ in totius hęreditatis reſtitutione diximus.

ARGVM.

Qui hæreditatem, quarta non ex teſtantis voluntate deducta reſtituit, pro virili cum fideicommiſſario eidem onera, & actiones communicantur: quod ſi ex teſtantis voluntate præceperit, quantuncunque ſit quod præceptum eſt, actionibus omnino in fideicommiſſarium tranſeuntibus nullis obſtringitur oneribus.

§. Si quis vna.

A Liquis moriens hęredem me inſtituit, deinde ita dixit: Rogo te, ut accepto, uel prę cepto fundo illo, aut alia quauis re (finge autem fundum hunc quartam hęreditatis continere) hęreditatem meam illi reſtituas. Et in hac ſpecie S. C. Trebelliano locus eſt, perinde atque ſi dixiſſet: Rogo te, ut quarta hęreditatis retenta, reliquum reſtituas. Sed in illo differentia eſt, quòd quum pręcepta aliqua re, quarta apud hęredem manet, in ſolidum ex S. C. Trebelliano actiones ad fideicommiſſarium & contra fideicommiſſarium transferuntur: & res, quę apud hęredem remanet, ſine ullo onere remanet, quaſi legato relicta. Quum vero non in re aliqua, ſed in iure habet hęres quartam: dixit enim for

te te-

te teſtator, Retenta quarta hæreditatem meã reſtitue, ſcinduntur actiones, & pro dodrãte .i. in tres partes, fideicõmiſſarius utili actione (quam & obliquã vocant aliqui) agit, & cum eo agitur, pro quadrante autẽ ſiue in quartã cum hærede directa agitur, & ipſe directa agit, etiam ſi maxime hęres ſcriptus, qui vna aliqua re præcepta ſiue deducta, hæreditatẽ reſtituere rogatus eſt, in ea parte, quam deducet, maximã partem hæreditatis habeat. Veluti, ſi forte quum tota hęreditas eſſet quadringentorum ſolidorum, hæres iuſſus eſt fundum retinere, qui ducentis quinquaginta ſolidis valeat. Nam & ita, in ſolidum actiones fideicõmiſſario et aduerſus fideicõmiſſarium competunt. Et neceſſe eſt hic fideicommiſſario ſecum deliberare, num expediat ſibi fideicommiſſum ſuſcipere. Eadem dicimus, et ſi duabus pluribusve rebus, aut certa aliqua quantitate deducta hæres hæreditatem reſtituere rogatus ſit. Nã & hic ſi quarta, aut etiã plus quarta, in certis illis rebus, certave illa quantitate ſit, ex Trebelliano S. C. ad fideicommiſſarium actiones in ſolidum tranſeunt. Quæ de eo dicta ſunt, qui ex aſſe, id eſt, in ſolidum hæres inſtitutus, & certa re certiſve rebus deductis, ſiue præceptis, alteri rogatus eſt hæreditatem reſtituere: etiam tunc intelligimus, quum quis ex parte hæres inſtitutus, inſtitutionem ſuam certa aliqua re, vel rebus retentis, rogatus eſt reſtituere. Nam & in hac ſpecie, in ſolidum eius partis actiones ad fideicommiſſarium tranſibunt.

ARGVM.

Fideicommiſſa non ex teſtamento ſolum, ſed ab inteſtato quoque; legata vero non, niſi ex teſtamento relinquuntur.

§. Praeterea. *PORRO autem non ſcriptum tantum hæredem fideicommiſſo, quod per uniuerſitatem relinquitur, onerare poſſumus, ſed etiam eum, qui ab inteſtato, legitimo iure, aut honorario, ad ſucceſſionem noſtram venturus eſt, forte quòd cognatus fuerit, dicentes: Rogo te, qui mihi, aut iure legitimo hæres es, aut iure Prætorio bonorum poſſeſſor, vt hæreditatem totam, aut partem eius, aut etiam fundum illum, aut ſeruos, aut tot ſolidos illi reſtituas, quum alioqui legata, ex teſtamento ſolum non etiam ab inteſtato relinqui poſſint. Sic igitur eſt hæc differentia inter legata & fideicommiſſa, quòd legata ſolum ex teſtamento relinquantur, fideicommiſſa etiam ab inteſtato. Poſſum autem hærede Primo inſtituto, ac rogato hæreditatem Secundo reſtituere, Secundum quoque rogare, vt rurſum totam hæreditatem, quam ſuſceperit, uel partem eius Tertio reſtituat, aut etiam Tertio rem illam præſtet.*

ARGVM.

Fideicommiſſum hæredis arbitrio, de ipſius fide conſiſus, ſi citra iuris obſeruationem teſtator reliquerit, nec hæres teſtantis expectationi faciat ſatis, aut fideicommiſſum non relictum eſſe iurare, aut omnino ſoluere compellitur: quem iuris obſeruatio neglecta, ſi ea tandem confeſſus vti velit, nihil releuat.

Quoniam

QVoniam autem, ſicut in initio huius tituli dictũ eſt, incunabula ipſa, et proœmia fideicommiſſorũ à fide hæredis pendent, atq; ex ea re & nomẽ & ſubſtantiã ſumpſerunt: ideo D. Auguſtus ea quæ olim in arbitrio ſita erant, ad iuſtam præſtandi neceſſitatem deduxit, At Imperator noſter, haud ita longo ab hinc tempore, prædictum D. Auguſtum ſuperare contendens, ex facti contingentia, quod ad ſacras ipſius aures Trebonianus Quæſtor retulit, conſtitutionem emiſit, per quam diſpoſuit, vt ſi quis ſine ſcriptura fideicommiſſum ab hærede ſuo reliquerit, aut vniuerſale, aut ſpeciale, & neq; id ex ſcriptura planum fieri poſſit, neq; ex quinque teſtium teſtimonio, quorum præſentia fideicommiſſo conſtituendo ſufficit (nam aliquãdo minor numerus teſtium, aut omnino nullus teſtis affuit) tunc ſiue pater eſt, qui à filio hærede fideicommiſſum relinquit, ſiue alius quiſpiam qualiſcunq; is ſit ſi hæres animi perfidia, id quod fidei ſuæ creditum commiſſumque eſt, recuſat adimplere negando, ac dicendo nullam rem ita eſſe ſubſequutam, fideicommiſſario contra hæc retinente, liceat fideicommiſſario (quum prius ipſe de calumnia iurarit, ideſt, ſe non animo calumniandi iuſiurandum deferre) cogere hæredem, ut iuret null m relictũ eſſe fideicõmiſſum. Et ſi iuſiurandum hæres recuſauerit, cogatur ad fideicommiſſi vel vniuerſalis, vel ſpecialis ſolutionem, ne vltima teſtatoris depereat voluntas, qui rem totam fidei hæredis concredidit. Sed & ſi à legatario fideicommiſſariove hunc in modũ § Et quia.

fideicommiſſum relictum fuerit, eadem obtinet. Et legatarius negans quicquam relictum eſſe, nihil relictum eſſe, iurato: aut recuſans, fideicõmiſſum ſoluito. Quod ſi is, qui fideicommiſſo oneratus eſt, confiteatur quidem fideicommiſſum à ſe relictum eſſe: ſed ad iuris obſeruationem confugiat dicendo, quinque teſtes in relinquendo fideicommiſſo non interueniſſe, frigida friuolaq; erit cauſificatio hæc, & ipſe dubio procul fideicommiſſum ſoluere cogetur.

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

TIT. XXIIII.

ARGVM.

Res non ſolum per vniuerſitatem in fideicõmiſſum deduci, ſed & ſpeciatim, nec ab hærede tantum, verum ab legatario quoq; relinqui poſſunt.

NOn ſolum per vniuerſitatem, vt iam dictum eſt fideicommiſſa relinqui poſſunt, ſed etiam ſpecialia, & ſingulæ res veluti fundus, ſerui veſtis, argentum numi. Poteſt etiam ipſe hæres rogari, vt id alicui reſtituat, aut etiam legatarius, quamuis à legatario legatum relinqui non poſſit.

ARGVM.

Teſtatoris, hæredis, legataiij, ac deniq; fideicõmiſſarij res, per fideicõmiſſum relinqui poſſunt, nemini tamẽ oneris plus, quã honoris adijciatur. Quod ſi res aliena in fideicõmiſſum deducta ſit, aut eadem, aut ipſius æſtimatio præſtabitur.

Relin-

RElinquimus autem per fideicõmiſſum non ſolum res noſtras, ſed etiam hæredis, & legatarij & fideicommiſſarij. Porro non ſolum rogari quis poteſt, vt eam rem: quæ ipſi relicta eſt, alteri reſtituat, ſed etiam aliam ſiue ipſius eſt, ſiue aliena. Si enim fundum tibi relinquam, rogare te poſſum, vt hunc ipſum fundum, aut domum pro fundo alteri reſtituas: nec intereſt, tua ſit domus illa, an aliena, dum tamen hoc ſcilicet obſeruetur, ne quiſquam plus alteri præſtare rogetur, quàm ipſe percipit. Quod enim plus in fideicommiſſo eſt, inutile eſt: veluti, Centum ſolidos tibi reliqui, & fideicommiſſo centum decẽ ſolidorum oneraui te: in eo, quod amplius eſt, nõ conſiſtit fideicommiſſum. Porro quum res aliena per fideicõmiſſum, relinquitur, neceſſe eſt ei, qui rogatus eſt, & hanc reſtituere, Aut enim redemptam dat fideicommiſſario, aut ſi non poteſt redimere, æſtimationem eius præſtat. §. Poteſt.

A R G V M.

Libertas per fideicõmiſſum alieno, nedum proprio ſeruo relinqui poteſt.

ENimuero non pecuniaria tantum fideicommiſſa relinquere poſſumus, ſed etiam libertatem per fideicõmiſſum dare permiſſum eſt. Poſſum n. hæredem meum rogare, vt ſeruum illum meum manumittat: aut etiam legatarium, vel fideicommiſſarium. Nec intereſt, de meo ſeruo eos rogem, an de ſeruo hæredis, legatarijve, an cuiuſlibet alterius. Dicere n. poſſum, Rogo te hæres, aut legatarie, vt hominem illum tuum, aut Meuij ſeruum manumittas. Cogetur enim hunc §. Libertas

redimere,& libertate donare. Quod ſi dominus eum nolit vendere (quoniam nec cogitur) ne quis extingui dixerit fideicommiſſariam libertatem,ſed interim in pendenti eſt,& differtur. Et ſi quando fieri poterit,dabitur libertas. Nam ſi is,qui rogatus eſt, quouis modo dominus eiuſcemodi ſerui factus fuerit, manumittere eum cogitur. Et hæ quidem tunc procedunt,quum ſerui dominus, nihil ex teſtatoris iudicio habet. Nam ſi quid ex defuncti voluntate percepit, omnino ſeruum vendere cogitur.

ARGVM.

Libertas, cui per fideicommiſſum relicta eſt, is manumiſſione ſecuta, manumittentis libertus efficitur, quod ſi directo relicta ſit, teſtantis ſit, Orcinus que dicitur. libertas autem directa ex teſtamento ſeruo competere, non hæredis beneficio cenſetur.

§.Qui autẽ. *SI ſeruo meo fideicommiſſariam libertatem relinquam: manumiſſus libertus meus non fit, ſed eius qui manumiſerit, hoc eſt,eius qui factũ manumiſſionis addiderit. Quod ſi directam libertatem ſeruo meo reliqui, veluti ſi dixi: Stichum liberum eſſe iubeo, aut Stichus liber eſto: libertus meus erit Stichus. Vocatur autem is apud Iuriſconſultos Orcinus libertus. Illi autem tantum ſeruo meo directam libertatem relinquere poſſum,qui vtroque tempore meus fuerit, & quum teſtamentum facerem, & quum diem obirem. Tunc autem directo relinqui videtur libertas, quum neminem alium rogat teſtator libertatem præſtare, ſed ipſe velit ex teſtamento ſuo libertatem ei,vult deferri.*

ARG.

ARGVM.

Quibus verbis fideicommiſſa vſus concipi voluerit.

SVnt autem & verba quædam in vſum fideicommiſſorum inuenta. Ac multa quidem, ſed hæc maxime in cõmuni vſu hominũ verſantur: peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo. Quæ & ſingula per ſeſe dicta, & omnia ſimul in vnum congeſta, parem vim obtinent. §. Verba.

De codicillis.

TIT. XXV.

ARGVM.

Codicillorum inuentio ac neceſſitas.

DIcamus nunc de codicillis. Sunt autem codicilli, eorum, qui in teſtamento teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementum. Videtur autem non ab re futurum, ſi de antiquitate & origine codicillorum nonnihil diſſeramus. Ante Auguſti tempore, codicillorũ confectio in vſu non erat. Primus eos L. Lentulus inuenit, & in communem vitam induxit. Hic. n. Lentulus Romæ teſtamento facto, hęredes filiam ſuam & Auguſtum Cæſarem, & alios quoſdam inſtituerat, ac ſcripſerat in eo teſtamento ita : Si quos poſthac codicillos fecero, firmi & vtiles ſunto : hoc eſt, futuros codicillos confirmauit. Deinde in Africam profectus, quum dies extremus inſtaret, codicillos ſcripſit, in quibus rogabat Auguſtum, quem ſibi ex parte hęredẽ ſcripſerat, vt faceret aliquid. Velut, vt alicui domũ ædifi-

caret, aut ſimile quippiã. Reliquit aũt & fideicõmiſſa, ac legata quibuſdã nominatim à filia ſua. Lecto poſt mortẽ Lentuli teſtamento, et allatis codicillis, Auguſtus Cæſar ex perſona ſua, ea quæ Lentulo placuerant impleuit, ſed & cæteri deinceps, cohęredes, Auguſtum ſequuti fideicõmiſſa præſtiterunt. Filia quoq; Lentuli ea, quæ nominatim ab ipſa relicta erant legata, ijs, qui capere nõ poterãt, exoluit. His ita conſequutis, fama eſt D. Auguſtũ cõuocaſſe ſapiẽtiſſimos quoſq; eius tẽporis viros, inter quos & Trebatiũ, cuius tunc in legali diſciplina maxima erat authoritas, ac quæſijſſe præſentibus ijs, an vſus codicillorum recipi poſſet, & an à iuris ratione non abſonans eſſet. Hæc quum Auguſtus quęſijſſet, perhibent Trebatium Auguſto, dixiſſe, vtiliſſimũ & neceſſariũ eſſe Romanis codicillorum vſum, propter magnas & longinquas peregrinationes, quę apud veteres ob exorientia vndique bella frequentes erant. Vt ſi quis teſtamentũ facere non poſſet, eis deſtitutus, quæ ad eam rem requiruntur, codicillos facere poſſet. Poſt illa igitur tempora, quum & Labeo Iuriſconſultus moriens codicillos feciſſet, iam nemini dubium erat quin codicilli iure optimo admitterentur.

ARGVM.

Codicillos ab inteſtato, nedum in teſtamẽto confici poſſe, quos tum demũ olim vtile eſſe conſtabat, facto, teſtatore ſuperſtite, teſtamento, ſi in eo ſpeciatim confirmationẽ accepiſſent: hodie vero etiam nulla de eo expreſſione facta confirmati uidentur, niſi teſtator contra ſenſiſſe oſtendatur.

Non

NOn tantum autem teſtamento facto poteſt quis codicillos ſcribere,ſed etiam inteſtatus quis decedens fideicommiſſa in codicillis relinquere poteſt. Quod ſi quis quum a codicillis ſcriptis ſuperuixiſſet teſtamentum poſtea fecerit, codicillos antea ſcriptos negat Papinianus valere,niſi ſpecialiter in teſtamento eos confirmarit, dicendo: Codicillos ante teſtamentum meum factos, valere volo. Et hæc quidem Papinianus. Sed D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt, fideicommiſſa in codicillis ante teſtamentum ſcriptis relicta,nihil obſtare quo minus peti poſſint: quamuis non ſequuta confirmatione, niſi oſtendatur teſtator ab iis, quæ in codicillis ſcripſerat, receſſiſſe. §. Nõ tãtũ.

ARGVM.

Codicillis vt non datur,ita nec directo adimitur hæreditas: ſed nec pure inſtituto, conditio adijci, aut ſubſtitutio fieri poteſt, fideicommitti certe poteſt. Præterea,vt quiſq; volet, plures,aut pauciores codicillos facere poteſt,quibus teſtium quinque ſat erit fides.

EST autẽ generalis regula quæ dicit: Non poßum codicillos faciens dicere, Ille mihi ſit hæres: aut ſcribere,Filius meus exhæres eſto, ne qua confuſio inter teſtamentum & codicillos fiat, & iura eorum diſcerni nequeat,Hæc enim in teſtamentis fiunt. Sic igitur, vt dictum eſt, neque exhæredare, neque hæredem inſtituere in codicillis poſsumus.Fideicommiſſariam vero hæreditatem relinquere poſsumus. Porro in tantum obtinet dicta regula,vt ſi primum pu §. Codicil-lis.

re hęredem inſtituero, non poſſim in codicillis conditionem ei inijcere, & dicere: Hęres mihi eſto, ſi nauis ex Aſia uenerit. Nam ſi conditionem recipimus, eueniet, ut conditione non exiſtente, teſtator uideatur, per adiectionem conditionis, Primo hæreditatem adimere. Pręterea nec heredi directo in teſtamento inſtituto, ſubſtituere in codicillis poſſumus, & dicere: Si Primus, quem mihi hęredem in teſtamento inſtitui, hęres mihi non erit, Secundus mihi hęres eſto.

Et unos autem & plures licet codicillos facere. Sed & in ſcribendis codicillis, nullam in ſcriptura eorum ordinationis ſolennitatem deſideramus, ſicut in teſtamento dicimus, inſtitutionem pręcedere ſolere. Ad hęc & illud ſciendum eſt, quinque tantum teſtes hic ſufficere.

INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS,

A THEOPHILO ANTECESSOre in Grecam linguam tranſlatarum,

LIB. III.

IACOBO CVRTIO IVRISC. Interprete.

De hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

TIT. I.

ARGVM.

Hæreditates, ut ab inteſtato deferantur, multæ incidere poſſunt. Porro quis, quotve modis inteſtatus decedere dicatur, hic plane oſteuditur.

EXpoſitis modis, per quos ſingulę res acquiruntur, factoque deinde initio, ut de ijs, quę per uniuerſitatem acquiruntur, diſſereremus, ab hęreditate cœpimus: dicentes eam nobis aut ex teſtamento, aut ab inteſtato deferri. Quum igitur de ea, quę ex teſtamento defertur, quam fieri poteſt in Iſagoge, ſiue Inſtitutione accuratiſſime pleniſſimeque

dixerimus: dictumque etiam ſit ob rerum continentiam conſequentiamque de legatis ac fideicommiſſis, dicamus nunc de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. His autem tunc locus eſt quando quis, ſine teſtamento deceſſit. Porro vt quis inteſtatus decedat, aut facto fit, aut iure. Facto quidem, quando quis omnino nullum teſtamentũ fecerit. Iure uero, quando quis teſtamentum fecerit, quod ius non admittat. Aut.n.non Iure Ciuili factum eſt, omiſſis ijs, quæ ad ſolennẽ teſtamenti ordinationem ſpectant, aut quum recte ordinatum eſſet, ruptum eſt. Nouiſti autẽ quibus modis contingat, vt rumpatur, ueluti poſthumi (id eſt, filij, qui poſt teſtamentum factum natus eſt) præteriti natiuitate, & nouo ſuo hærede in locum prioris ſuccedente, & nouo ſuo hærede poſt adſcito, Aut irritum factum eſt. quia forte teſtator capitis diminutionem paſſus fuerit, in qua & mortuus ſit. At quum nihil horum ſequutum eſſet, hæres inſtitutus hæreditatem non adijt.

ARGVM.

Eorum, qui ab inteſtato decedunt, ad hæredes ſuos primum hæreditates deferuntur: in quorum numero eſſe liberi naturales dicuntur, qui legitimi ex legum præceptis effecti ſunt. Nec refert naturaleſne ſint, an adoptiui liberi.

§. Inteſtatorum. *QVum igitur inteſtatus aliquis ſecundum modos iam dictos deceſſit, hæreditas primum ex lege duodecim Tabul. ad ſuos hæredes pertinet. Sui autem hæredes exiſtimentur (ut primo libro dictum eſt) qui in poteſtate morientis fuerint, veluti filius filia, nepos neptiſ-*

ue ex filio iam defuncto,pronepos proneptiſue ex nepote (qui ex filio meo natus erat) ante mortē meā nati. Neque uero inter eſt utrum naturales ſint liberi, an adoptiui. His autem Suis connumerari & eos oportet, qui ex legitimis quidem matrimonijs nati non ſunt,ſed curijs tamen ciuitatum ſecundum ea quæ Principum cōſtitutionibus cauentur,dati ſunt,Curiales.n.ſiue Decuriones facti ſuorum hæredum iura habebunt. His adde & eos, quos ſanctiſſimi noſtri Imperatoris amplexa eſt conſtitutio, per quam iuſſit,ut ſi quis mulierem in contubernio ſuo habuerit nō ab initio animo maritali,eam tamen quam iure habere uxorem non prohibebatur, & ex ea liberi nati ſint, atque hinc affectione creſcente, dotalia cum ea inſtrumenta fecerit:filij filiæue nō tantum qui poſt dotalis inſtrumenti conſcriptionem nati natæue fuerint, iuſti liberi fiat, & in poteſtate patris ſint: ſed etiam qui ante,quū hi & ijs qui poſtea nati natæque ſunt occaſionem pretioſiſſimum liberorum nomen acquirendi prę ſtiterint. Quod tamen etiam obtinere uoluit ſanctiſſ.Princeps, in ijs qui ante dotalia inſtrumēta nati ſũt,quãuis nulli poſt dotalia inſtrumēta nati fuerint,uel etiã ab hac luce fuerint ſubtracti.

§.Quibus.

ARGVM.

Nepotes,& qui his ulteriores,tum demum ſuorum numero habendi ſunt,cum eos,quo ad parentis poteſtatem, nemo in gradu, præcedit. Quod quibus modis contingat,hic clare docetur.

§. Ita demũ

NEpos aũt neptis que, itē ꝑnepos et ꝑneptis, tunc demũ ſuorũ hæredum numero habentur,quum præcedens perſona in poteſtate parētis

ſui

ſui eſſe deſiit, morte fortaſſis, aut alio modo, veluti emancipatione. Nam ſi per id tempus quo quis moritur, filium in poteſtate habeat, non eſt permiſſum ut nepos ex eo, ſuus ei hæres ſit. Idem que eſt, & in cæteris liberis. Nam ſi filium in poteſtate habeam, aut hoc mortuo nepotem ex eo natum: pronepos ſitus mihi eſſe hæres non poteſt. In poſthumis quoque ius ſuorum hæredum eſt, ſed in ijs demum qui ſi viuo parente nati fuiſſent, in poteſtate eius erant futuri.

ARGVM.

Sui hæredis exiſtentia ſcientiam non requirit, cum uel ignorantes, & qui ſimiles ſunt, ſui efficiātur, quibus pupillis aut furioſis exiſtentibus, circa tutoris authoritatem, aut curatoris aſſenſum hæreditas quæritur.

§. Sui autē. *Porro ſui hæredes, & ignorantes fiunt ſiue exiſtunt hæredes. Itaque & furioſi nihilominus hęredes fiunt: Id enim ſciendum eſt pro vniuerſalis regula. Ex quibus cauſis ignorantibus nobis aliquid acquiritur, ex ijs cauſis & furioſis acquirere, quoniam hi ignorantibus ſimiles ſunt. Et ſtatim à morte parentis quaſi continuatur dominium, hoc eſt, non dicimus, quod patre mortuo, patrimonium eius in dominio defuncti eſſe deſiit, & nunc interiecto tempore, in bonis liberorum eſſe incipit: ſed ſine intermiſſione, nullaque re in medio ſequuta, dominia rerum coniunctim ſine temporis interuallo in bonis liberorum eſſe comprehenduntur. Vnde neque patre defuncto, ſi quis liberorum impubes eſt, authoritate tutoris opus eſt ad acquiſitionem paternæ hæreditatis: propterea quod ijs ignorantibus,*

rantibus, vt ſui hæredibus hæreditas acquiratur. Sed neque pubes, qui aut minor annis eſt, aut furioſus, hac in re curatoris authoritate indiget. Quamuis in extranea adeunda hæreditate, neque ille ſine tutoris authoritate neque hi ſine curatoris conſenſu quicquam facere poſſint.

ARGVM.

Non qui ſemel hæredis ſui nomen obtinuit, perpetuo retinet: nec qui in poteſtate intermorientis eſt continuo ſuus hæres efficitur: ueluti quoque contingit, vt qui in parentis poteſtate non ſit, ſuu ipſi tamen hæres fiat.

CAſus interdum inuenias, ubi quis mortis tempore in poteſtate parentis non ſit, ſuus ei tamen hæres fiat, ueluti: Filius meus ab hoſtibus captus eſt, poſt mortis meæ tempus rediit, Ius poſtliminij ſuum eum hæredem efficit, quamuis quum morerer ego, in poteſtate eum non habuerim. Et iterum per contrarium: Contingit, ut aliquis mortis meæ tempore: in familia mea ſit, & tamen ſuus hæres non fiat: veluti, Mortuus eſt Primus in poteſtate habens filium: poſt mortem uero mota eſt aduerſus defunctum accuſatio perduellionis: (nam quanuis cætera crimina morte reorum extinguãtur, hoc tamen etiam aduerſus mortuos exercetur) Condemnatus eſt Primus perduellionis, & ſententia de ea relata eſt: Fiſcus bona huius occupat: & contingit vt qui in poteſtate eius fuit, hæres non fiat. Veruntamen ſi quis rem exacte perpendat, poßet dicere: ipſo quidem iure hæredem eum fieri, ſed condemnata patris memoria hæredem eum eſſe deſinere. En tibi igitur caſum, §. Interdũ autẽ.

huic

vbi hæredis nomen ſemel alicui partum, ab eo recedat.

A R G V M.

Nepotes ex filio demortuo patris locum ſubeũtes, una cum patruo aut amita, ad aui ſucceſſionem in ſtirpes, non capita, vocantur. ſi uero ex fratribus præmortuis nepotes tantum ſuperſint: in eã ſolum partem quæque proles admittitur, ad quam pater ipſe, ſi ſuperſtes foret.

§. Cũ filius.

Titius habens filium in poteſtate aut filiam & ex filio ante defuncto nepotem aut neptem, inteſtato mortuus eſt: ad hæreditatem eius venient ſimul, & filius filiave, & ex filio iam ante mortuo nepos neptiſve. Neque is, qui gradu proximior eſt (filius ſcilicet) ulteriorem (id eſt nepotem) excludit. Iuſtum enim eſſe viſum eſt, ut nepotes & neptes in locum patris ſui ſuccedant. Eadem ratione, & ſi quis moriens ex Primo filio iam ante mortuo nepotem aut neptem relinquat, & pronepotem vel proneptem ex nepote iam quoque ante mortuo: nepos qui ex Primo natus eſt, & pronepos, qui ex nepote, pariter hæredes fiunt. Quemadmodum.n nepotes in locum filiorum, ſic & pronepotes in locum maiorum ſuorum ſuccedunt. Quibus rebus conſequens eſt dicere, non in capita, ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi. Sic igitur filius dimidiam hæreditatis habebit, & nepotes, qui ex filio ante mortuo nati ſunt, ſiue duo ſint, ſiue plures, alteram dimidiam accipient. Quando enim pater horum, ſi viueret, dimidiam tantum haberet, atque in locum eius ſuccedunt, non immerito ut ſemis dandus fuiſſet patri uiuenti, ita & ipſis dabitur.

bitur. Sed & ſi quis defunctus fuerit nullo quidem filio relicto, ſed qui ex duobus filijs, iam antea extinctus nepotes habeat: ex vno, vnum aut duos: ex altero, tres aut quatuor: vnus ille aut duo illi, dimidiam partem: tres uero hi ſiue quatuor, alteram dimidiam accipiunt.

ARGVM.

Suus ut quis dici poſſit, deſtituti quoque teſtamenti tempus ſpectandum eſſe, ac proinde, qui nepos mortis aui tempore ſuus minime erat, ſi certe deſtituto teſtamento locum teneat priorem, ſui hęredis iura nanciſcetur, dummodo auo conceptus fuerit uiuo: alioqui nequaquam admittetur. §. Cũ autem quæritur.

QVum autem quærimus, an quis ſuus hæres poſſit exiſtere defuncto: tunc exigimus Ius ſui hæredis apud eum eſſe, quũ apparet defunctum eſſe inteſtatum. Id uero non ſolum contingit, quum nullum omnino factum eſt teſtamentum: ſed etiam quum factum quidem eſt, ſed nemo ex eo hæres extitit. Quapropter, ſi quis quum filium in poteſtate haberet, & ex eo nepotem: exhæredato filio, hæredem extraneum inſtituit poſt mortem deinde teſtatoris intra deliberationem extranei, filius mortuus eſt: ac poſtea extraneus uel hæreditatem repudiauit, uel hæres eſſe non potuit, fortaſſis enim ſub conditione hęres inſtitutus eſt, & conditio inſtitutionis defecit nepos hic ſuus ſit hęres auo. Nam quo tempore apertum certumq; factum eſt teſtatorem inteſtato deceſſiſſe, ſolus nepos in familia eius inuenitur, propterea quod medio tēpore filius mortuus ſit. Eadem locum habēt, ſi uiuo

auo

auo conceptus nepos, & poſt mortem eius natus ſolus in familia defuncti inuentus fuerit, quum nemo cum eo tempore præcederet, quo extraneus aut ſponte aut fortuito, hæres factus non eſt. Quod ſi poſt aui mortem nepos ex filio conceptus & natus eſt, & deinde eo, qui in medio erat, mortuo, extraneus, hæres non eſt factus, ſuus hęres auo nepos non exiſtet quoniam nullam ſpeciem cognationis hic erga teſtatorem habebit. Quemadmodum nec ille inter liberos numerabitur, quem filius meus, quum emancipatus eſſet, in adoptionem accepit. Nam ſi contingat, ut ego filio meo iam ante mortuo inteſtatus decedam: is, quem filius meus quum uiueret, & emancipatus eſſet, adoptauit, in iura mea non ſuccedit: quippe qui nullo cognationis genere tangere me poſſit. Porro autem non ſolum hi iam dicti iure ciuili hæredes eſſe non poſſunt, ſed neque bonorum poſſeſſionem petere poſſunt quaſi cognati. Et hæc quidem de ſuis hæredibus.

ARGVM.

Emancipatis Ciuili Iure parentum ſucceſſio non defertur: Prætoris autem beneficio per bonorum poſſeſſionem, unde liberi, perinde ad eam, ac ſi in parentũ poteſtate perſtitiſſent, conuocantur.

§. Emancipati. *EMancipati uero liberi, ſicut & ſecundo libro diximus, quantum ad ius Ciuile pertinet, in hæreditate parentum ſuorum nihil iuris habebunt. Nam neque ſui hæredes fieri poſſunt, quia in poteſtate parentis eſſe deſierunt, neque vt cognati a lege XII. Tabul. uocabuntur, propter capitis diminutionem, quam ſubierunt.*

runt. Sed Prætor naturalem æquitatem ante oculos habens, bonorum poſſeſſionem Vnde liberi dat illis: perinde eos ad ſucceſſionem defuncti vocans, quaſi quis eos eo tempore, quo moriebatur, in poteſtate habuiſſet: ſiue ſoli ſint, ſiue quos alios in poteſtate filios habuerit defunctus. Vni enim cum eis hæredes erunt. Itaque ſi quis inteſtatus decedat, duobus relictis filiis, emancipato uno, & eo, qui in poteſtate fuerit: is quidem qui in poteſtate fuit, ſolus iure ciuili hæres erit, quum apud ſe ius ſui hæredis habeat. Sed quum beneficio Prætoris adiuuetur emancipatus & in dimidiam partem uocetur, eueniet hoc modo ut ſuus hæres in effectu non in ſolidum, ſed ex parte hæres ſit.

ARGVM.

Emancipati filij ſe extraneis in arrogationem dantes, tum demum ad naturalis patris ſucceſſionem olim uocabantur, ſi uiuo eo arrogatio diſſoluta foret, quòd ſi mortuo eo ſoluta fuerit, nec ad ipſius, nec adoptiui patris ſucceſſionem ullo iure admitti poterant.

DVos habebam filios in poteſtate. Primum & Secundum. Emancipaui Primum retento in poteſtate Secundo. Primus quum emancipatus eſſet Titio ſe in adoptionem dedit. Si contingat me inteſtatum decedere, ſolus mihi Secundus ſuccedet, non etiam Primus, quum in adoptiua adhuc ſit familia. Filius enim hic ad bona mea non admittitur. Hæc autem dico, ſi modo quum morere, in adoptiua adhuc fuerit familia. Nam ſi me uiuo Titius eum emancipauerit: non diſſimiliter ad bona mea, qui na- §. At ii qui emãcipati.

rant

tura ſum pater eius, ueniet atque ſi egomet ipſe eum emancipaſſem, nec unquam in adoptiua familia fuiſſet. Conſequens eſt igitur dicere: quantum ad adoptiuum patrem pertinet, extraneum eum eſſe. Quòd ſi poſt mortem meam Titius eum emancipauerit, etiam quantum ad eum pertinet, extranei loco exiſtet. Hoc aut ideo ſic placuit, quia iniquum eſſe viſum eſt, in patris adoptiui poteſtate eſſe, ad quos bona patris naturalis pertinerent, ad filioſne an ad agnatos. Si enim quum filium haberem, eum emancipauero, & is ſeſe Titio dederit in arrogationem, deinde moriar agnatos habens, licet, Titio ut filio meo in adoptione retento, aditum præſtet agnatis ad hæreditatem meam: aut ſi velit eum poſt mortem meam emancipare, vt & agnati repellantur, & ipſe ad ſucceſſionem vocetur, nihil obſtabit quo minus id faciat. Sed iam diximus abſurdiſſimum eſſe, vt id in arbitrio adoptiui patris ſitum ſit, quos hæredes habeam, filium meum, an agnatos.

ARGVM

Adoptiui quam naturales filij Iuris minus habent. Et quod ius ciuile induxit, non quod naturale, tollere Ius ipſum ciuile poteſt: unde fit, vt legitimus & naturalis filius emancipatus ad patris naturalis bona, Prætoris beneficio uocetur, ſed adoptiuus emancipatus ad adoptantis bona nequaquam.

§. Minus ergo. *SIc ergo (nam ad illud recurrendum eſt, quod paulo ante diximus, vbi dictum eſt eum qui adoptiuo patre emancipatus eſt, extraneum*

traneum ei exiſtimari) minus iuris adoptiui filij habent, quam naturales. Nam filius meus naturalis emancipatus à patre adoptiuo, quantum ad ipſum, extranei loco eſt: quantum vero ad me, etiam ſi ius ſucceſſionis de iure ciuili amiſerit, attamen per Prætorem in numero liberorum habetur. Filij vero adoptiui ſi emancipati fuerint, & Iure Ciuili a gradu liberorum excidunt, & à Prætore non adiuuantur. Ac merito quidem. Quoniam naturalia Iura, lex Ciuilis perimere non poteſt: nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, deſinunt & natura eſſe filij filiæve, aut nepotes nepteſve. Adoptiui vero liberi, ubi emancipati fuerint, extraneorum loco incipiunt eſſe: nomen enim filij filiæve quod per adoptionem habebant, alia ciuili ratione, id eſt, emancipatione amittunt.

ARGVMENTVM.

Ad inteſtati ſucceſſionem qui aſpirare nequit, eidem bonorum poſſeſſio minime concedetur.

§. Eadem hæc.

ATque hæc non ſolum in hæreditate ab inteſtato deferenda dicere poſſumus. ſed etiam in bonorum poſſeſſione Contra tabulas patenda: quam Prætor aduerſus paternum teſtamentum liberis neque hæredibus inſtitutis, neque ut oportet (id eſt, nominatim) exhæredatis pollicetur, Quos enim in poteſtate defuncti inuenerit, & qui emancipati, fuerint naturales, eos ipſe ſi præteriti ſint, bonorum poſſeſſione. Contra tabulas armat atque inſtruit. Eis vero, qui quum pater ipſorum naturalis moreretur, in adoptiua fuerint familia, bonorum poſſeſſionem, Contra tabulas non largitur.

tur. Si filium meum adoptiuum emancipauerim non modo mihi inteſtato non ſuccedit, ſed neque in teſtamẽto meo præteritus ad bona mea per bonorũ poſſeſſionẽ contra tabulas admittitur: quoniam in numero liberorum meorum eſſe deſit.

ARGVM.

Emancipatus filius ab extraneo adoptatus, licet ad patris naturalis bona peruenire per vnde liberi, vel vnde agnati haud queat, per vnde cognati tamen venire nil impedit.

§. Ad mouẽdi. *ILlius tamen meminiſſe nos oportet, quòd naturalis meus filius, qui ſe in adoptionem dedit, & in adoptiua familia manſit, vel ab adoptiuo patre poſt mortem meam emancipatus eſt, etiam ſi maxime ad ſucceſſionem meam, qui pater eius naturalis ſum, non poſſit admitti ex ea parte edicti, vnde liberi ad bonorum poſſeſſionem vocantur: ex alia tamen parte vocabitur, ex ea videlicet, vnde cognati defuncti vocantur. Et tunc quidem ita hęc res ſe habebat, quum neq; ſuos hæredes liberos, neq; emancipatos reliqueram, ac ne vllus quidem interueniebat agnatus. Horum enim cauſa potior: quoniam ante Prætor liberos vocat, tum ſuos, tum emancipatos, ac iis nõ extantibus agnatos: qui ſi nulli ſint: cognati vocantur, inter quos primas obtinent filij mei, qui in adoptiua familia ſunt.*

ARGVM.

Adoptatus ab extraneo in ipſius poteſtatẽ adoptantis non tranſit, quo fit, vt nec querelam, nec contra tabulas hodie habeat, etſi ab inteſtato ſuccedat, quo ad vero naturalem patrem, veteris Iuris ſan-

ris ſancita plene cuſtodiuntur, modo ab aſcendent e naturali adoptatus non fuerit.

HAEC habeto in modum prævię cuiuſdam inſpectionis: ſi quum tres filios mares haberent, vnum ex ijs in adoptionem dederim: vocatur hæc adoptio ex tribus maribus. Et extat S. C. Salinianum, quo dicitur, neceſſe tibi eſſe, filio huic ex tribus maribus adoptato quartam bonorum tuorum relinquere. Et ſi non relinquas ipſum S. C. ei dat actionem aduerſus hæredes tuos ad petendam quartam. His præcognitis, vide to nunc deinceps cætera. Quæcunque iam ſupradicta ſunt, olim obtinebant. At Imperator noſter aliquam ijs emendationem attulit per conſtitutionem ſuam, in qua de filijs qui à patre naturali in adoptionem dantur, diſſeruit. Quum.n. caſus nonnullos inueniret, (qui & à nobis ſupra relati ſunt) in quibus filij & naturalis patris hæreditatem amitterent propterea quòd in adoptiua familia eſſent, & adoptione facile per emancipationem ſoluta, ad neutrius patris ſucceſſionem vocarentur. hoc ipſe ſolito more in melius conuertens conſtitutionem, vt dictum eſt, fecit, per quam ſtatuit, ut ſi pater naturalis filium ſuum alteri in adoptionem dederit, omnia perinde iura ei erga patrem naturalem ſeruentur, nec aliter ex familia eius exeat, atque ſi nunquam omnino adoptatus a quoquam fuiſſet. Neq; igitur adoptio quicquã habebit, niſi in eo tantum caſu, ut filius adoptiuus ad patris adoptiui ſucceſſionem ab inteſtato venire poſſit. Quoniam teſtamento ab eo facto, neque Iure Ciuili, §. Sed ea omnia,

neque

neque Prætorio ex hæreditate eius aliquid perſequi poteſt; neque contra tabulas bonorum poſſeſſio petita, neque querela inofficioſi inſtituta: quum nec neceſſitas patri adoptiuo imponatur, vel hæredem eum inſtituere, vel exhæredatum facere, vtpote nullo vinculo naturæ ſibi coniunctum. Plus dico, ne ſi ex S. C. quidem Sabiniano ex tribus maribus in adoptionem datus fuerit: quoniam et in huiuſcemodi adoptione, neq; quarta ex S. C. ſeruabitur: neque actio aliqua ad quartã perſecutionem ei competet. Exceptus eſt autem à dicta Imperatoris noſtri ſanctiſſimi cõſtitutione is, quẽ pater naturalis, aut filij in adoptionem dederit. Quum enim hic vtrunque ius concurrat, hinc naturale propter cognitionem, inde ciuile propter adoptionẽ, vetera Iura huic adoptioni ſeruamus, perinde atque ſi paterfamilias aliquis in arrogationẽ ſeſe dediſſet. Et hæc ſpecialiter & ſingulatim ex prædictæ conſtitutionis tenore colligi poſſunt.

ARGVM.

Nepos ex filia, aut ex nepote pronepos, veteris Iuris iniquitate reiecta, cum reliquis filijs & ex eis deſcendentibus ad aui materni ſucceſſionem ſumma Iuris æquitate vocantur, cum tertia tamen partis diminutione, quæ vel locum quoq; obtinẽt cũ nepotes ſimul cum filiis, aut ſuperſtitibus filiabus, ad auiæ ſucceſſionem admittuntur.

§. Itẽ vetuſtas. *SImiliter & illud debita cura correctum eſt, Quum enim vetuſtas ex maribus nato plus diligens, ſo is nepotibus neptibuſq;, qui per virilem ſexum deſcendunt, iura ſuorum hæredum daret, & agnatorum quoque iura eos anteponeret: neq;*

ret, nepotes autem ex filia, aut pronepotes ex nepte natos, in cognatorum numero haberet, & ſecundos ab agnatis poneret: quoniam tunc demum ad ſucceſſionem tam aui materni, quam auiæ vel proauiæ ſiue paternæ ſiue maternæ vocabantur, quum nulli extarent agnati. Diui principes, qui ante annos aliquot regnarunt, tantam abſurditatem ſine correctione non relinquerunt. Quum enim nepotis & proneptis nomen commune eſſet, tũ ijs, qui per virilem ſexũ, tũ ijs, qui ex fœminis deſcendunt: ideo communem eis ordinem & eundem ſucceſſionis gradum donarunt. Sic tamen vt nonnihil plus haberent, qui per virilem ſexum deſcendunt, vtpote quos & natura agnoſcat, & vetera iura tantũ honorarint: ita vt iam tertia parte plus habeant. Nã ſi quis decedat relicto filio, & ex filia nepote nepteve, vel pronepote pronepteve, filius quidem octo vncias habebit, nepos vero neptiſve, aut pronepos proneptiſve ex filia iam ante mortua, quatuor, hoc eſt, tertia parte minus quam mater eorum vel auia, ſi ſupereſſet, haberet. Erat.n.mater eorum ſiue auia ſex uncias habitura, ſi vixiſſet: nunc uero illa defuncta, nepos aut pronepos ex ea deſcendens, minus tertia parte, hoc eſt, ſextante ſiue duabus vncijs (nam ſex unciarum ſextans tertia pars eſt) accepturus eſt ex aui uel proaui hæreditate. Quod ſi mortua ſit fœmina relicto filio filiave, relicto item nepote aut pronepote ex filio filiave, iam ante defunctis filius ille aut filia octo vncias habebit, nepos vero aut pnepos ſiue ex filio ſint, ſiue ex filia iam ante defun

ctis, quatuor: hoc eſt, & ipſi tertia parte minus, q̃ pater eorũ aut mater, vel auus auiàve ſiue pa terni, ſiue materni haberent. Quoniam quum perſona quæ defuncta eſt, ſit fęmina, de cuius hæreditate quæſtio eſt, nulla eſt differentia, vtrum quis per uirilẽ ſexum, an ex fęminis deſcendat. Sin autem maſculus deceſſerit, relictis ex filia iam ante mortua nepotibus: vel fęmina, quæ ex filio filiave iam ante mortuis, nepotes habeat, ſuperſint autẽ & defuncti agnati.. olim quidem (vt dictum eſt) ex lege XII. Tabul. agnati hiſce nepotibus præferebantur. Hodie vero, etiam ſi ſoli ſuperſint nepotes, nullus agnatis aditus ex lege XII. Tabul. ad ſucceſſionem defuncti defunctæve dabitur: propterea quòd nepotes & pronepotes in locum eorum, ex quibus nati ſunt, ſuccedant. Sed enim quum, vt dictum eſt, defuncto uel defunctæ filius aut filia ſuperſtes fuerit, in maſculi ſucceſſione, nepotes ex filia nati: in fęminæ ſucceſſione, nepotes oẽs ſiue ex filio ſint, ſiue ex filia, tertia parte minus accipiunt, quam parentes ipſorum. Quum uero certamen illis omne & ſolum cum agnatis eſt, tunc totam parentum hæreditatem accipiunt. Nã fuit olim & cõſtitutio quædam, quæ huiuſcemodi nepotibus dodrantem, ſiue nouẽ vncias daret, agnatis aũt quadrantem ſiue tres vncias. Emiſſa erat & alia poſterior conſtitutio, quæ leuiter tantũ & obſcure contrarium volebat. Sed Imperator noſter, vt dubitationem hanc ex rei obſcuritate coortã tolleret, prædictã ſecundã conſtitutionẽ Codici ſuo inſeri noluit, neq; ex Theo-

dosiano

doſiano Codice transferri conceſſit. Verum generalem & clariſſimam edidit conſtitutionem, qua totam dodrantis & quadrantis diuiſionem ſuſtulit, & in ſolidum prædictos nepotes agnatis antepoſuit. Abſurdum enim erat eos, qui ex tranſuerſa linea veniunt, potiores eſſe illis, qui in ordine liberorum ſunt. Et ne multa, eandem conſtitutionem, ſecundum illa quæ in ea cauentur, ac ſecundum tempora quæ in ea deſignantur, & nunc obtinere voluit. Quemadmodum autem ſupra diximus, quum quis relicto filio decedit, & nepotes neptesve habet ex filio iã ante mortuo: eos, qui ex filio iam, antea mortuo deſcendunt, in ſtirpem, & non in capita vocari. Sic etiam ſi maſculus aliquis decedat relicto filio, & nepotibus ex filia iam ante mortua natis, omnes nepotes in ſtirpem vocantur, tertia parte minus accipientes. Sin autem fœmina decedat, relicto filio, & nepotibus ex filio aut filia iã ante defunctis, rurſum nepotes quotcunq; ſint, trientẽ accipient: & quemadmodum ſi maſculus decedat, nullum relinquens filium: ſed ex filijs iam ante mortuis nepotes diuerſo numero, ex vno vnum, aut duos, ex altero tres aut quatuor, non in capita, ſed in ſtirpes diuiſio fit, & vnus ille aut duo ſemiſſem accipiunt, tres uero, hi aut quatuor alterũ ſemiſſẽ: ſic etiam ſi maſculus decedat nepotes ex filiabus iã ante mortuis relinquens: aut ẽt fœmina decedat nepotes ex filijs aut filiabus iam ante mortuis relinquens diuerſo numero: veluti ex vna parte vnum vel duos, ex altera, tres aut quatuor, in ſtirpem diuidetur hæ

reditas: & vnus ille aut duo ſemiſſem accipient: tres uerò hi uel quatuor, alterũ ſemiſſem.

** Item quum fœmina fuerit quę deceſſit ſi certandum habent nepotes, uel pronepotes, cum auũculis ſcilicet aut materteris, tunc partem eius, qui ante obijt, in ſolidum conſequentur, Idq́, ſine vlla tertiæ partis diminutione.*

* Item quum fœmina.] Hic locus omnino corruptus eſt meo iudicio. Namque & prima facie ijs, quæ ſupra dicta ſunt repugnat, & dictio Greca δὲ, quam ego item tranſtuli, non habet quo ſe referat. Cum tamen, aduerſatiua ſit, vt vulgo loquimur, Itaque aut ſuperuacanea ſunt omnia, quæ ſequuntur, aut multa alia deſunt. Quid tamen ſi ſpeciem illam hic dicas repeti, quando nepotes in auiæ hæreditate, cum ijs, qui agnationis iure præferri uolunt, certamen omne & ſolum ſuſtinent? eſt quidem id magnum loquacitatis vitium, verum quid agas in rebus tam perplexis: & hoc ſi probamus, τῶν θείων ſignificationem, quę in Græco eſt, de magnis maioribuſque patruis, vel auunculis, & amitis, uel materteris, intelligere debemus. Curtius.

De le-

De legitima agnatorum ſucceſsione.

TIT. II.

ARGVM.

Cognatio nomen generis eſt, in aſcendentes, deſcendentes, & in eos, qui ex tranſuerſo ſunt: diſſectum. Et qui ex tranſuerſo ſunt: aut agnatorum, aut cognatorum nomen habent. At cognationis ordines ſinguli gradibus uariis diſtinguuntur: in quibus inter aſcendentes, & qui ab eis deſcendunt, hoc iure cauetur legitimo, vt ſuis deficientibus, ad agnatos deferatur hæreditas.

Habeto hæc ueluti in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis. Cognatio nomen generale eſt, ſed in tria diuiſum: in aſcendentes, in deſcendentes, & in eos, qui ex tranſuerſo ueniunt. Et aſcendentes quidem ſunt, qui nos genuerunt: ueluti, Pater, mater, Auus, auia, Proauus, proauia & qui ſupra hos ſunt. Deſcendentes vero, qui ex nobis geniti ſunt: veluti, Filius filia, Nepos, neptis, Pronepos, proneptis: & qui infra hos ſunt. Ex tranſuerſo autem cognati, qui neque nos genuerunt, neque ex nobis geniti ſunt: ſed ſtirpem & radicem nobiſcum communem habent: veluti, Frater, ſoror, patruus vel auunculus, amita uel matertera, patruelis, uel conſobrinus, itemque iur. Rurſus cognatio, quæ ex tranſuerſo eſt, in duo diuiditur, nempe in agnatos & cognatos. Et agnati quidē ſunt, qui per uirilē lineam nobis ſunt coniuncti. Cognati vero, qui per fœmineam. Habēt autē ſinguli cognationis ordines, uarios & diuerſos gra

dus & inter aſcendẽtes et deſcendẽtes, ſiue inter parẽtes et liberos, ſimplex et facilis, ẽ graduũ cognitio, quoniã ſingulæ perſonæ gradũ abſoluũt, & (vt rem vno verbo explicem) quot generationes, tot inuenies et gradus. In ijs autem qui ex trãſuerſo veniũt, maioris negotij res eſt, & non tã faciles inuẽtu ſunt gradus. Neq; n. ſtatim ad perſonã, quæ nobis ex trãſuerſo coniũcta eſt, recurri debet: ſed prius ſurſum verſus aſcẽdi oportet donec peruenerimus ad eũ, qui cognationis huius tranſuerſæ cauſa & origo eſt. Quo inuẽto deſcendendũ eſt ad perſonã, de qua ex tranſuerſo q̃ritur. Et ita omnes (quas collegeris) generationes numerãdæ ſunt, tũ in aſcenſu, tũ in deſcenſu. Nã ita numerũ inire debes, ut ſingulis generationibus ſuũ gradũ aſſignes. Et in liberis quidem facile, id eſt, verbi gratia: Filius meus quoto mihi gradu eſt? Ego eũ genui. Ecce una generatio vnum gradũ confecit. Primo igitur gradu mihi filius meus eſt. Nepos aũt quoto? Ego genui filiũ, filius nepotem. Ecce duæ generationes duos gradus cõfecerunt, Secũdo igitur gradu nepos eſt: Idem tãta & deinceps in pronepote, & abnepote. Similiter videamus & in parentibus. Pater quoto mihi gradu eſt? Me pater genuit: ecce una generatio vnũ gradũ confecit. Primo igitur mihi ẽ gradu. Auus quoto? Me pater genuit, patrẽ auus: ecce duę generationes, duos gradus confecerũt, Auus igitur ſecũdo gradu eſt. Idem & in matre ac auia eſt, cæteriſque aſcendẽtibus tum maſculis tum fęminis. In ijs vero, qui nos ex trãſuerſo cõtingũt, ad eum (vt dictum eſt) aſcẽdi

opor-

oportet, qui cognationis cauſa eſt, generationibus ſemper computandis, & rurſus diſcendi generationes exacte conſtituendo, donec ad eā perſonā peruentum ſit, de qua quærimus. Nam ſi quis te conſulat, quoto gradu ſit tibi frater? Dic, ſecundo. Quam ob rem? Aſcende ad patrem. ecce una generatio à patre in te, unum gradum con fecit. Deinde inuento eo, qui generationis cauſa eſt, deſcende ad fratrē, hic rurſus alterā addens generationē: ecce duę generationes duos gradus cōfecerunt. Recte igitur dictum eſt, fratrem ſecundo eſſe gradu. Rurſus ſi quis te conſulat, Patruus quoto tibi gradu eſt? Dic, tertio. Neceſſe.n. tibi eſt, ut ad patrem aſcendas, & dicas: Pater me genuit, patrem auus: ecce duæ generationes: idem ille auus, patruum meum: ecce tres genera tiones, tres gradus confecerunt. Sic igitur tertio mihi gradu eſt patruus. Atq; ita, & in cæteris, qui deinde ſequuntur, eidem regulæ adhærendo gradus cuiuſque inuenire poteris. His ita præfationis modo inſpectis, uideo nunc rem, de qua agimus. Si quis decedat neminem ſuum he redem relinquens, vel alium, qui inter ſuos aut à Prætore, ut eſt emancipatus, aut, à conſti tutionibus, ut iam dicti nepotes, ad hæreditates vocantur: aut quum perſonæ huiuſcemodi exta rent, hæreditatem tamen defuncti, amplexæ non ſunt, tunc lex. XII. Tab. ſecundo loco proximum agnatum ad hæreditatem uocat.

A R G V M.

Qui per uirilis ſexus perſonas nobis coniuncti ſunt, ij agnati dicuntur: neque ij demum, qui per

generationem, ſed per ciuilem quoque natiuitatem, ideſt, adoptionem agnaſcuntur. At non quot quot agnati ſunt, ad hæreditatem ſimul lex XII. Tabul. vocat, ſed, quos proximum gradum obtinere conſtiterit.

SVnt autem agnati, (ut primo quoque libro diximus) cognati per uirilis ſexus perſonas nobis coniuncti, quaſi à patre cognati. Sic igitur fratres eodem patre nati, agnati inter ſe ſunt, et Latine dicũtur cõſanguinei, Græce ὁμαιμοι. Nec intereſt, ex eadem matre: an ex diuerſis matribus nati ſint. Sed & patruus meus agnatus mihi eſt, & ego illi. Sic & qui ex duobus fratribus nati ſunt, agnatorum iura inter ſe habent qui dicuntur fratres patrueles: & per abuſionẽ etiam conſobrini, quum conſobrini proprie ſint, qui ex duabus ſororibus nati ſunt, quaſi conſororini: quam regulam ſi quis ſequatur, & ad plures gradus poſſit peruenire: & dicere. Patrui mei filius & ex filio nepos, agnati ſunt. Et (ut uno verbo rem concludam) quandiu per fœminę perſonam, cognationem non ſcindi uidebis: agnatos eſſe qui naſcuntur, pronuntiato. Porro non ij tantum, qui uiuo patre nati ſunt, ſed etiam ij, qui poſt mortem eius iura conſanguinitatis erga me habent. Non tamẽ omnes ſimul agnati ad defuncti hæreditatem uocantur a lege duodecim Tabularum, ſed ij tantum, qui tunc proximum gradum obtinebant, quum certum eſſe cœpit, inteſtatũ aliquem deceſſiße. Quod quemadmodum intelligi debeat, infra latius docebimur. Sic igitur, ſi & frater & patruus extant: quoniã

frater

frater ſecundo gradu eſt; patruus autem tertio: frater præfertur. Enimuero non per generationem tantum, ſed etiam per adoptionem, ius agnationis conſiſtit, veluti: Habeo naturalem filium, accepi et adoptiuum: hi ſeſe mutuo non agnatos tantum, ſed etiam conſanguineos uocabunt. Sed & ſi ex cæteris agnatis quiſpiam: veluti frater meus, aut patruus, patrui ue filius, uel ex filio nepos, in adoptionem aliquem acceperit: agnatio inter nos conſtituitur.

ARGVM.

Iuris veteris in ſuccedendi ratione inter uirilis ac fœminei ſexus agnatas perſonas, inæquabilitate reiecta, hodie ſiue maſculi, ſiue fœmellæ ab inteſtato ſucceſſionis ius ex æquo, gradus prærogatiua ſeruata, habent agnati omnes.

HAereditas inter maſculos iure agnationis defertūr, etiam ſi longiſſimo inter ſe gradu ſint defunctus & ſucceſſor eius. Quoniam fieri poteſt, ut extet patrui abnepos: per omnes virilis ſexus perſonas deſcendens, qui ſeptimo gradu eſt. Nam patruus tertio gradu eſt: Filius quarto: Nepos, quinto: Pronepos, ſexto: unde ſequitur, vt abnepos ſit ſeptimo. Et hæc quidem inter maſculos. Quòd uero ad fœminas attinet: ſi fœmina erat, quæ ad hæreditatem aſpirabat, tunc demum iure agnationis ad bona defuncti admittebatur, quum ſoror eſſet conſanguinea: Quod ſi aut amita erat, aut fratris filia: vt agnata hæres eſſe non poterat. Nam id in uniuerſum ſciendum eſt, perſonam fœmineam, quæ gradum conſanguinitatis exceſſit, iure agna- §. Cæterum

tionis ad hæreditates nō admitti. Sin uero fœmina erat, quæ deceſſerat, maſculus autem ad hæreditatē eius uocabatur: ſiue tertio, ſiue quarto gradu fuiſſet, hæres fiebat. Qua de cauſa, ſi fratris mei uel patrui filię, aut amita mea deceſſerit, ego ad hæreditatem eius ut agnatæ admittebar: ſin autem ego deceſſeram, ipſæ iure agnationis ad hæreditatem meam non ueniebant. Hæc ideo ſic erant conſtituta, quia commodius uidebatur eſſe & utilius, frequentiores ad maſculos quàm ad fęminas hæreditates conſtruere: propterea quod utiliores ſe maſculi præſtent Reipublicæ, dum aut bella gerunt, aut ſacra faciunt, aut muneribus publicis funguntur. Verum quoniam ſane iniquum erat, in uniuerſum eas repelli a defunctorum ſucceſſione, quaſi extraneis ſimiles: Prætor id quod natura æquum eſt præoculis habens, bonorum poſſeſſionem, Vnde cognati eis pollicitus eſt: ex ea parte edicti uocans eas, qua cognatis aditum ad bona inteſtatorum dedit, hoc eſt quum neque proximior cognatus inuenitur. Quod autem dictum eſt, fœminas iure agnationis hæredes habere, ſed hæredes non eſſe, ubi gradū conſanguinitatis excedunt: non inuentū legis XII. Tab. eſt. Nā lex XII Tab. familiarē legib. ſimplicitatē amplexa, ſimili modo omnes tum agnatos tum agnatas cuiuſcunq; gradus eſſent, ad ſimilitudinem ſuorum, ad ſucceſſiones defunctorum uocabat. Verum Iuriſconſulti, qui poſt legem XII. tabularum uenerunt, ea quidem poſteriores, ſed Principum conſtitutionibus priores, ſubtilitate quadā adducti,

ducti, prædictam differentiam commenti ſunt, vt eas penitus ab agnatorum ſucceſſione repellerent: donec (vt dictum eſt) Prætores aſperitatem Iuri Ciuili a prudentibus immiſſam, humaniores conſilio corrigentes, vt cognatas eas ad ſucceſſionem admiſerunt, aut potius quod deerat implentes, (nam id eis familiare eſt) tertio ordine cognatorum inuento, vt cognatas eas nocarunt, bonorum poſſeſſionem, quæ, Vnde cognati dicitur, illis pollicẽdo. At uero Imperator noſter ſanctiſſimus, æqualitatem inter maſculos & fœminas a lege XII. Tab. inuentam conſeruans: laudat quidem Prætores humanitatis ſuæ, quòd nõ omnino fęminas a ſucceſſionibus paſſi ſint excludi, ſed negat perfecte ab eis remedium aduerſus fęminarum iniuriã inuentum eſſe. Abſurdiſſimum enim eſſe, fœminas quę ex uno eodemq; gradu cum maribus concurrant, neque ſolum naturalem cognationem habeant, ſed etiam agnatarum nomen conſeruent, non eodem modo, quo mares ſuccedunt, ad ſucceſſiones admitti, uerum ſolas ſorores iure agnationis ad defuncti hæreditatem venire. Atque his igitur rationibus motus Imperator noſter ſanctiſſimus, vetera iura, ex lege (inquam) XII. Tab. reuocauit, & conſtitutione ſua ſanxit, vt perſonæ omnes, quæ per uirilem ſexum, defunctum cõtingunt, ſiue mares ſint ſiue fœminæ, ſimili modo ad legitimæ ſucceſſionis iura vocentur: quod tamen ſeruata ubiq; gradus prærogatiua fiat. Nã proximum quenq; aut proximã ijs, qui remotiore gradu ſunt, præferri vult. Neve ideo minus iuris habeãt, q gradum

conſanguinitatis egreſſæ ſint: verum ut ſi quis decedat, duos relinquens agnatos, eiuſdem gradus: quorum alter maſculus, & altera ſit fœmina, ſimul veniant: veluti, uerbi gratia, eſt filius patrui iam antea defuncti, & filia patrui quamuis ea & quarto in gradu ſit. & conſanguinitatem exceſſerit, nihilominus una cum fratre ſuo, ſuccedet defuncto.

ARGVM.

Vterinæ vel conſanguineæ ſororis filij filiæve qui ſunt, hi & ad auunculi ſucceſsionem, filiorum intermortuorum filijs, non in ſtirpes, ſed capita, hoc iure vocantur.

§. Hoc etiam. *HIs ita in dicta conſtitutione cautis, & illud inſuper adiecit Imperator noſter ſanctiſſimus. Nam gradum vnum ſiue perſonam vnam, à Iure cognationis in ordinem agnatorum tranſtulit, iubens ac ſanciens non filium tãtum aut filiã fratris mei, ad hæreditatem meam vt agnatos (ſicut iam dictũ eſt) venire: verum ẽt & ſororis filios, ſiue eiuſdẽ patris ſimus, ſiue eiuſdẽ matris. Si quis igitur decedat, relinquens fratris iã ante mortui filium aut filiam, & ſororis quoq; iam ante mortuæ (ſiue conſanguinea ſit, ſiue vterina) filium aut filiam: ex æquo uenient omnes, & ex æquo ſuccedent: illi, ut patruo: hi, vt auunculo: perinde atq; ſi per uirilis ſexus perſonas omnes cognati eſſent. Hæc autem ita, ut ſpecies ficta eſt, ĩtelligere oportet: ſcilicet quum fratres aut ſorores, ex quibus ij deſcendent, in uiuis non ſunt. Nam ſi illi ſuperſint, & defuncti hæreditatẽ amplectãtur, ij, q ſequẽtes*

gradus

gradus obtinent, quieſcẽt. Porro inter dictas perſonas, quas dicta conſtitutio inuenit, hęreditas defuncti non in ſtirpes, ſed in capita diuidetur. Quę tamen exẽplo aliquo explicãda ſunt. Quidã exceſſit e uiuis, relicta ſorore uterina. i. eadẽ matre nata, relicto et filio fratris iã tũ mortui. Olim quidẽ filius fratris ante mortui, hęres fiebat, ut agnatus: et quãuis gradus vinceretur (nã ipſe tertio erat gradu, ſoror ſecũdo) tamẽ ordine (quũ potioris eſset) vincebat. Verũ hodie ex ijs, quæ à Principe noſtro inuenta ſunt, ipſa filio fratris perferetur, ius agnatæ habens ex conſtitutione. Quod autem dicitur IN CAPITA, ſic intelligendũ eſt: veluti, Euenit vt inteſtatus moreretur relictis fratris & ſororis iã tunc mortuorũ filiis: ſed fratris quidem erant tres, aut quatuor, ſororis autem vnus, aut duo. Non eſt dicendũ filios ſororis dimidiã partẽ, et filios fratris alterã dimidiã accepturos: uerum in capita fiet diuiſio. Et fratris filij quum quatuor ſint, quatuor partes habebũt ſororis aũt duas. Inteſtatus aliquis deceſſit, qui multos habebat agnatos, diuerſis tamen gradibus: lex duodecim Tab. proximum vocat. Itaque ſi, verbi gratia

*Verum in capita] Signa hęc pro opinione Azonis de fratrũ liberis, quã præter paucos, in quibus et Zaſium, cęteri oẽs uno ore ĩprobant, ſed fallũtur ut vel hinc liquere põt. Nec iuuãtur noua Cæſaris Cõſtitutiõe, qm̃ ea iis ſuccurrit, qui iure ueteri erãt excluſi: Atq; hac in ſpe(ut uides) fratrũ

gratia, & frater de- *functi ſupereſt, & de* *functi fratris filius,* *aut etiam patruus:* *fratris cauſa potior* filijs, nihil de iure ueteri obſtabat. Si quęris alia, adi Zaſium, in li. Singul. Intell. & in li. Feud. Curtius. *eſt, hic. n. in ſecundo, cęteri in tertio ſunt gradu.*

ARGVM.

Agnati defuncto, & ſi plures ſunt, non eos tamē lex ad inter mortui ſucceſſionem euocat: ſed ut quiſque illi proximus eſt, ſucceſſionem arripit. Quod ſi æquo ſint, gradu, pariter hæreditatē conſequuntur. Is autem proximior cenſetur, qui deſti tuti teſtam, aut mortis teſtantis tempore locum proximum obtinet.

§. Si plures *NOn ſolum autem, quum unus proximus eſt, ad hæreditatem defuncti uocatur, ſed etiam ſi plures ſint in proximo gradu, omnes ſimul ueniunt, quãuis ſingulari numero lex. XII. Tabularum vſa ſit, dicendo proximum præferri: neque dixerit proximos. Si defunctus igitur tres habeat fratres, & fratris iam ante mortui filium: tres illi fratres, hæredes erunt victo fratris ante defuncti filio. Et rurſus, quòd lex.*

§. Proximus *XII. Tabul. dicit Proximi, id proprie plurium graduum comparationem ſignificat. Atqui quamuis id uerbi ſignificatio oſtendat, attamen licet vnus tantum extet gradus, locus eſt legi XII. Tabul. proximum gradum vocanti: veluti. Deceſſit aliquis relicto patruo, nec ullos habens alios agnatos: patruus ut proximus ſuccedit, etiam ſi non ſit alius gradus, cuius comparatione is proximus ſit. Verum enim uero, ſi quis nullo facto teſtamento deceſſerit,*

ille

ille vt proximus admittitur, qui eo tempore, quo is mortuus eſt, de cuius hæreditate agitur, proximus ei erat. Quod ſi quis teſtatus deceſſerit, tunc quis proximus fuerit eo tempore quo certũ factum eſt, neminem defuncto hæredem ex teſtamento extaturum, quærimus. Nam tunc proprie dicitur quiſque inteſtatus deceſſiſſe. Id autem lõgo poſt tempore aliquãdo certum fit. In quo temporis interuallo nonnumquam accidet, vt qui mortis tempore remotiore erat gradu, iam proximum gradum obtinens, ad hæreditatem vocetur: ueluti, Deceſſit aliquis extraneo hærede inſtituto, extante fratre, extante & patruo. Hæres ſcriptus deliberabat num adeunda ſibi eſſet hæreditas: & medio tempore frater defuncti diem obijt. Extraneus deinde hæreditatem repudiauit: patruus, vt proximus vocatur. Quoniam demum certum factum eſt, defunctum inteſtatum eſſe. Quum enim nemo ex teſtamento ad hæreditatem venerit, proximus inuentus eſt patruus, quãuis alius mortis tẽpore eũ pcederet: propterea, quod tunc frater defuncti extabat.

ARGVM.

Sucelſorio edicto inter agnatos olim de perſona in perſonam non erat locus, præterquam in tutelæ onere ſubeundo: quod vt parum legitimum, hodie hac conſtitutione Imperator emendans, de perſona in perſonã ſucceſſoriu n edictum inducit. Cæterum, quoniam tum demum olim pater legitimam filii emancipati conſequi potis erat, ſi contracta fiducia iure patrio filium liberaſſet, hoc tã dem iure emancipatio ſine contracta (quam idem ius præſumit) fiducia minime intelligitur.

In hoc

§. Placeat. *IN hoc autem genere percipiendarum iure agnationis hæreditatum, lex duodecim Tabularũ ſucceſſionem non nouit: id eſt, negamus, eo qui proximus eſt, vel hæreditatem repudiante, vel antequàm adiret mortuo: eum qui ſequenti gradu eſt, legitimo iure admitti ad hæreditatem: veluti, Deceſſit aliquis inteſtatus, extante fratre, extante & patruo. Frater vocabatur, nimirum vt proximus: ſi modo contingat vt frater, aut antequàm adeat, decedat, aut hæreditatem repudiet, patruus, aut agnatus venire non poterit: propterea quòd lex duodecim Tabularum ſucceſſionem neſciat. At prætor erratum legis duodecim Tabularum corrigens, non perfectum quidem ille, auxilium tamen aliquod tulit, quoniam patruum ex cognatorum ordine vocanit: vtpote agnationis iure nihil hic valente, quum ſucceſſio locum non habeat. Imperator vero noſter ſanctiſſimus, in omnibus perfecta eſſe iura cupiens, conſtitutionem emiſit, in qua de iure patronatus diſſeruit. & humanitate ſuggerente ſanciuit, vt & in agnatorum hæreditatibus eſſet ſucceſſio. Abſurdum enim putauit eſſe, quod cognatis a Prætore conceſſum eſſet (eſt.n. inter eos ſucceſſio) id agnatis non adeſſe: quum præſertim onus tutelæ ſucceſſionem habeat. Nã ſi quis impubes ſit, & duo ſuperſint agnati frater & patruus: frater vt proximus ad tutelam vocabitur. Sin vero & is decedat, quoniam hoc modo ſecundus gradus deficit, locus fiet ſucceſſioni, & patruus legitimus erit tutor. Quod igitur in onere tutelæ obtinebat, abſurdum erat in*

lucro

lucro hæreditatis non obtinere. Ex ordine legiti-morum, ad filij hæreditatem, & defuncti pater vocatur, qui ſpecialiter contracta fiducia, filium filiamve, nepotem neptemve, ac deinceps emancipauit, Hodie vero ex conſtitutione Imperatoris noſtri, ſuperuacuum eſt ſpecialiter cõtracta fiducia emancipare, quoniã id præſumptũ vult eſſe dicta conſtitutio, et tacite ſequi, vt in emancipando contracta eſſe fiducia intelligatur. §. Ad legitimam.

De ſenatuſconſulto Tertulliano.

TITV. III.

ARGVM.

Filio olim leg. xij. Tab. ab inteſtato mater: nec contra matri filius ſuccedebat: ex ſuperuenientis autẽ Senatuſconſul. Tertul. beneficio ingenua quæ tres, aut libertina, quæ quatuor liberos mater ſuſceperat, ab ĩteſtato filij ſuccedere cœpit. Et quid in ſucceſſione patris, vbi mater una cum libertis, aut maſculis, aut ſexus vtriuſque ſuperſit.

EX ijs, quę ſupra dicta ſunt, ſatis cognoſci poſſunt legis duodecim Tab. ſolennitates, & anguſtiæ circa hæreditates. Nam & emancipatos a parentum ſuorum ſucceſſione reiecit, veluti quæ eos non agnoſceret, obſequutam capitis diminutionem, et eos qui per virilis ſexus perſonas coniunguntur, ijs qui ex fœminis deſcendunt prætulit, quaſi ignotis, adeo vt nec mater filio filiæve inteſtato mortuis ſuccederet, nec eius rurſus hæreditas, ad ipſos deuolueretur. Prætor autem vbique fouens natu-

ram,

ram, ex cognatorum proximitate, ultro citroque bonorũ poſſeſſionis petendæ, per caput, Vnde cognati ius ipſis dabat. Sed hæ iuris anguſtiæ poſtea emendationem conſequutæ ſunt. Et primo quidem. D. Claudius matri in ſolatium amiſſorũ liberorum, legitimam eorum dedit hęreditatem. Poſt tempus aliquód factum eſt. S. C. Tertullianum, regnante Hadriano, quo perfectius huic rei proſpectum eſt, & matri amiſsos liberos lugẽti, legitima eorum hæreditas data eſt: quod tamen auiæ conceſſum non eſt. Dixit. n. Si filius decedat relicta matre, eam, ſi ingenua ſit, & ius trium liberorum habeat, aut libertina, & quatuor liberorum ius habeat, ut agnatam ad bona liberorum (ſiue maſculi ſint, ſiue fœminæ) inteſtato mortuorum admitti, non ſolum quum ſui iuris eſt mater, ſed etiã quum in parentis ſui poteſtate eſt, ſic tamen ut iuſſu eius adeant, cuius iuri ſubiectæ ſunt.

§. Præferuntur. *Præferuntur autem matri, liberi eius qui defunctus eſt. Nam ſi quis decedat: & matrem relinquens et liberos: liberi uocãtur, ſiue ſui ſint, ſiue loco ſuorum quod genus ſunt emancipati: ſiue primi gradus ſint, ſiue ſecundi, ſiue infra ſecundum. Sed & fęmina defuncta, liberi defunctæ auiam ſuam ab hæreditate excludunt. Maſculus aliquis aut etiam fęmina deceſſit: extabat aũt pater, in cuius poteſtate non erant, extabat et mater: pater præferetur. Sin autem auus uel proauus extabat, cuius iuri non erant ſubiecti, tunc mater præferetur, ſcilicet quum inter eos ſolos de hæreditate agitur. Frater quoq; cõſanguineus defuncti fratris,*

aut

aut defunctæ ſororis,matrem eorum excludit. Soror uero conſanguinea pariter cũ matre admittitur:ideſt,ex æquis partibus hæredes fiunt. Quod ſi & frater & ſoror et mater extabat,frater matri quãuis ius liberorum habenti,præfere batur.Et cõmunis erat hęreditas ex æquis partibus inter fratres & ſorores. Sic igitur ſi aut ſolus frater defuncto extabat,ſiue & frater & ſoror & mater,excludebatur mater.Sin aũt frater non extabat, ſed ſola ſoror et mater,tunc & mater ſemiſſem & ſemiſſem ſoror habebat.

ARGVM.

Veteris iuris acerbitate ſublata,matres quamlibet non ter enixæ ſi ingenuæ,aut quater,ſi libertinæ fuerint, inteſtatorum filiorum hæreditatem agnatis excluſis habent, defunctı filii fratribus, demptis,vtroque.vel altero parente progenitis, qui pariter cum matribus forma hoc ıure tradita ad ſucceſſiones vocantur.

SEd hæc quidem olim.Verum edita eſt Imp. noſtri conſtitutio,quæ & Codici eius inſerta eſt, quæ conſtituit,tum ad naturã ipſam, tũ ad puerperiorũ diſcrimen,quod interdum & mortẽ adducit,reſpiciens, ut matri auxilium præſtetur. Impium.n.eſſe duxit, ea quæ forte fortuna,nec ex voluntate matris accidunt,in detrimentum eius conuerti. Etenim ſi non contigiſſet ut ingenua mater tres liberos, aut libertina quatuor pæreret,nullo ſuo merito a ſucceſſione defuncti repellebatur. Quod enim peccatum eis imputabatur, quòd non tres aut quatuor peperiſſent, per quos legitimo iure ad hæreditates admitti poterant, ſed eum tantum aut eam, §. Sed nos.

qui

§. Sed cũ antea. *qui quæve nunc fato functus functave eſt? Sed & quum Principum quorundam, qui paucis ab hinc annis regnarunt, conſtitutiones de legitima ſucceſſione tractantes, alias matrem iuuarent, alias premerent, non in ſolidum eam ad hæreditatem liberum vocantes. ſed quibuſdam in caſibus, (veluti quum ius liberorum habebat) tertiam partem ei ablatam certis perſonis darent. Porro in alijs, quum legitimo iure non poterant admitti, certa portione conſolarentur. Quod, vt melius apertiusq́, intelligatur, exemplo ſiue ſpecie ad rem confictam, oſtendendum eſt: Si contigiſset, vt quis decederet relinquens matrem iure liberorum cohoneſtatam, ſupereſset autem & patruus, qui eſt legitimus, aut patrui filius: mater octo capiebat vncias, ſiue beſſem hæreditatis, patruus autem aut eius filius trientem, hoc eſt, quatuor vncias. Quod ſi ex contrario ius liberorum mater non habuiſſet, tunc patruus, aut filius eius beſſem hæreditatis capiebat, at mater trientem ſolum. Ideo Imperator noſter ſanctiſſimus recta ſimpliciq́; via, matrem omnibus perſonis legitimis antepoſuit, & ſine diminutione vlla, liberorum ſuorum eis ſucceſſionem præbuit excepta fratris, & ſororis perſona, ſiue conſanguinei ſint defunctis, ſiue ſola cognationis iura cum eis habeant. Nam quemadmodum eam toti alij ordini legitimorũ Imperator antepoſuit: ita quẽuis fratrem, et quãuis ſororem, etiã ſi legitimi non ſint, ad hæreditates vna cũ ipſa vocauit. Sic tamen vt ſi ſolæ ſorores (ſiue agnationis, ſiue cognationis iura habeant,) & mater defuncti, vel defun-*

ctæ

ctæ ſuperſint, dimidiam quidem mater defuncti vel defunctæ, alteram vero dimidiam omnes ſorores habeant. veluti, Deceſſit aliquis relinquens matrem, relinquens & duas, aut tres ſorores: ſemiſſem quidem mater, ſemiſſem vero omnes ſorores habebunt. Quòd ſi defunctæ perſonæ frater ſupereſt, aut fratres, vel vna & fratres & ſorores: quamuis tantum cognationis iura habentes, in capita diſtribuenda eſt hæreditas. Sic igitur fratre non extante, mater dimidiam prorſus partem accipit, & ſoreres quotcunque ſint, pro vna tantum habetur: fratre vero ſuperſtite, non item ſorores locum vnius obtinent.

ARGVM.

Tutorem, quæ intra tempus lege definitum, filijs non petierit, aut dari non curarit mater, ab illorum ſucceſſione, velut parum pia ſi impuberes deceſſerint, iure repellitur. Hoc tamen præcipuũ habent matres, vt uel meretricio concubitu, ac vulgo quæſitis filiis defunctis, Tertull. beneficio ſuccedant.

Porro autem quemadmodum & matri conſultum proſpectumque eſt per Imperatorem noſtrum ſanctiſſimum: ſic & eam curam liberorum ſuorum gerere iubet. Hortatur enim eas, ſi impuberes habent liberos, qui rectore egeant, quum neque initio vllus tutor datus eſt, aut qui decretus eſt, vel excuſatione eſt vſus, vel vt ſuſpectus remotus: vt tutorem petant, neque eos peſſum ire ſine rectore permittant. Datum eſt autem iis tempus, intra quod liberis tutorem petere poſſint, nempe vnius anni. Quòd ſi matres liberis ſuis pupillis tutores intra annum petere §. Sed quẽadmodũ

negle-

neglexerint, & hi impuberes deceſſerint: hæreditates eorum matres non capient. Abſurdum. n. eſt, eam quæ liberos ſuos auxilio deſtitutos non adiuuit, eorum ſucceſſione frui. Vocatur autem mater ad bona filij ex S.C. Tertulliano, et ſi ex meretricio cōcubitu defunctum filiū cōceperit.

§. Licet.

De ſenatuſconſ. Orficaino. TIT. IIII.

ARGVM.

Filius ac nepos Orficiani Senatuſcon. beneficio matri & auiæ ab inteſtato decedentibus ſuccedunt: neque ij ſolum, qui ex legitimis ſunt, ſed & uulgo quoque quæſiti agnatis alijs excluſis omnibus. Nec huic ſuccedendi iuri minima capitis minutio oberit.

DIximus ſupra, neque matrem ad bona liberorum, neq; liberos ad bona matris, ex lege duodecim Tabularum uocari ſolitos. Sed a Prætore eis vltro citroq; ex proximitate cognatorum ius petendæ bonorum poſſeſſionis datum fuiſſe. Diximus item ſucceſſu temporis factum eſſe S.C. Tertullianum, quod matri in liberorum hæreditatibus legitimæ ſucceſſionis iura præberet. Quę res tandem perfectā ex conſtitutione Imperatoris noſtri emendationem accepit, ſicut præcedens titulus docuit. Porro ad ſimilitudinem S.C. Tertulliani, factum eſt & S.C. quod Orficianum vocatur, imperante D. Marco, Orficio et Rufo COSS. Quorum filio tum filiæ in materna ſucceſſione datum eſt ius legitimæ hæreditatis, etiā ſi alieno iuri ſubiecti ſint. Præferuntur aūt & conſanguineis fratribus, & ceteris agnatis defunctæ matris. Verū S.C. hoc nepo-

nepotibus opem nõ fert. Quemadmodũ.n.auia ex Tertulliano nõ uocatur, ita nec nepos ex Orficiano. Sed tamen ex Principum conſtitutionibus emẽdationem S.C. Orficianum accepit. His.n.cautum eſt, ut ad ſimilitudinẽ filij filiæq́, & neptos neptiſq; vocetur.

Illud aũt ſignandum eſt, capitis diminutione, iura hæc legitimæ ſucceſſionis, quæ ex S.C. Orficiano aut Tertulliano data ſunt, non tolli: idq; ꝓpter illã regulam, qua dicimus legitimas hæreditates ex nouo iure inuentas capitis diminutione nõ perire, ſed eas tãtum, quarum inuentum ad legem duodecim Tabularum refertur. Ex S.C. quoq; Orficiano admitti debent & liberi uulgo quæſiti, ſiue ex meretricio concubitu nati. §. Sciẽdum. §. Nouiſſime.

ARGVM.

Ius accreſcendi in ſucceſſione ex ſenatuſco. Orfic. beneficio inducta, adeo locum habet: vt adeuntium portioni, non adeuntium, aut alioqui partẽ non capientium portio accreſcat. quod etiam ius ad hæredes eodem iure tranſmittitur.

SI quis decedat, multis relictis legitimis perſonis eiuſdem gradus: & alij hæreditatem adeant, unus autem aliquis repudiet, aut hæres eſſe prohibeatur uel morte, vel alia quauis cauſa (nã multi per conſtitutiones Principum ab hæreditatibus arcentur) tunc pars eius, reliquis qui adierint, accreſcit. Veluti quum quatuor eſſent, tres adierunt, vnus adire non potuit, uel quòd repudiaſſet, uel quòd mortuus eſſet, uel quòd lege prohiberetur: pars huius reliquis tribus pro æquis partibus accreſcit, ſiue ij qui adierunt, ſuperſint: ſiue euenit ut morerentur. §. Si ex pluribus.

Deſuc-

De ſucceſsione cognatorum.

TITV. V.

ARGVM.

Suis hæredibus non ſuperſtitibus, neque agnatis, qui proximiores e cognatis ſunt, etiam emancipati agnati Prætoris beneficio ad defuncti ſucceſſionem vocantur, ſi tamen defuncti frater ac ſoror non ſint, qui cum agnatis & ſi non eorum liberi admittuntur.

AD hæreditatem eius, qui inteſtato mortuus eſt, diximus vocari ſuos: & quos eorũ numero Prætor habet, vt emãcipatos: & quos deinde conſtitutiones iis adiunxerunt, vt eos qui curijs oblati ſunt, aut qui ex ea muliere nati ſunt, qui cum maritalis affectio non erat, & deinde confectis dotalibus inſtrumentis ius ſuorum adepti ſunt. Poſt hos vocantur ab inteſtato agnati, & quibus ius agnatorũ tribuit aut S.C. Tertullianum, vel Orficianum nempe matres, & liberi earum: aut conſtitutio Imperatoris noſtri ſanctiſſimi, nempe ij qui ex ſorore naſcuntur. Poſt omnes igitur iam dictos, & tertium ordinem inuenit Prætor, quo cognatos vocauit. Quos natura quidem nouit, ſed anguſtiæ Iuris, quod ex lege duodecim Tabularum deſcendit, neſciuerunt. Hi autem ſunt qui capitis diminutionem paſſi ſunt, aut ex ijs nati. Quos quum odio lex duodecim Tab. proſequeretur, Prętor eos ex tertio ordine vocauit. Hęc aũt dico, ſolis exceptis fratribus et ſororibus emãcipatis:

patis:non tamen liberis eorum. Extat enim conſtitutio D. Anaſtaſij, qua cautum eſt, vt ſi quis decedat relicto fratre integri iuris, hoc eſt, qui nondum capitis diminutionem ſubijt, relicto & fratre capite diminuto: vterque quidem ad fratris defuncti hæreditatem uocetur, non tamen ex æquis partibus: ſed vt plus habeat legitimus, hoc eſt, ut capite diminutus habeat quatuor vncias: & frater integri iuris duplum ideſt octo vncias. Sed totam eiuſce Iuris ſeriem clarius cognoſcet, qui dictam conſtitutionem legerit. Frater igitur capite diminutus vocatur quidem vna cum fratre integrum ius legitimi habente, minorem tamen portionem accipit vt dictum eſt. Alijs vero agnatis, etiam ſi capitis diminutionem paſſus ſit, anteponitur in ſolidum, ac multo etiam magis cognatis. Nam ſi ego decedam relicto fratre capite minuto, relicto etiam patruo, frater præferetur. Nemo igitur capite minutus ex ordine agnatorum vocatur preter fratrem & ſororem tantum, non etiam liberos fratris. Hi enim capite minuti, in cognatorum ordinem incidunt.

Eos quoque qui per feminini ſexus perſonas deſcendunt, ſicut & capite minutos, legi XII. Tabularum ignotos, Prætor ex tertio ordine vocauit. Habebit autem & tertius ordo filium in adoptionem datum, quum ad naturalis patris hæreditatem admitti poſtulabit. §. Eos etiam

ARGVM.

Qui ex meretricio concubitu nati ſunt, agnationis iura inter ſe non habent: ut qui patrem non cognoſcunt, patri agnaſci non uideantur, cogna-

tionis tamen Iure non priuantur. Quo fit ut matribus, & qui ex huiuſmodi linea deſcendunt, iuris huius beneficio ad bonorum poſſeſſionem, unde cognati, non ex æquo quidem ac ſimul omnes, ſed iuxta proximitatis prærogatiuam, uocentur.

§.Vulgo. *MVlier ex meretricijs concubitibus liberos habuit, nullos hi agnatos habebunt. Agnatio enim per patrem cognſcitur, hi vero patrem non habere intelliguntur. Sic igitur, neque inter ſe erunt conſanguinei. Quoniam conſanguinitas ſpecies eſt agnationis. Cognationis vero iura inter ſe habent filij ex meretrice matre nati: ſicut & erga quemuis, qui per matrem eis coniunctus eſt, cognatum. Igitur & hi ex tertio ordine ſuccedent. Itaque tertius hic a Prætore inuentus ordo, habet agnatos capite minutos, (exceptis fratribus) & eos deinde qui ex illis naſcuntur. Adhæc & illos, qui per fœminas nos contingunt. Et filium, qui quum in adoptiua familia ſit, patri tamen naturali hæres eſſe poſtulat. Et liberos poſtremo, vulgo quæſitos. Quibus omnibus, proximitatis nomine, bonorum poſſeſſionem, Vnde cognati pollicetur: hoc eſt, non omnes ſimul vocans, ſed ut quiſque gradu proximus eſt.*

ARGVM.

Ad hæreditates inteſtatorum agnati ad decimum vſque gradum, cognati uero ad ſextum uſque gradum duntaxat. Quibus e ſeptimo gradu filium ac filiam, conſobrinum atque conſobrinam tantum adiici hoc iure receptum eſt.

Porro

POrro quum multæ ſint inter agnatos, & cognatos differentiæ, tum & illa præter cęteras vna eſt. Nam ſi quis inteſtato decedat; agnatus eius ad hæreditatem ipſius uocabitur, etiam ſi decimo ſit gradu, & vt ex lege. X I I. Tabul. adire poterit, aut ex edicto Prætoris, bonorum poſſeſſionem, Vnde legitimi petere. Quod ſi agnatus nullus ſuperſit, ſed cognatos habeat defunctus: dabitur ijs bonorum poſſeſſio, Vnde cognati, quardiu inter ſextum gradum ſunt. Nam e ſeptimo gradu ſolæ uocantur hæ perſonę: Filius filiave, conſobrini conſobrinæve. Qui autem hi ſint, ex ſequenti titulo diſcemus. §. Hoc loco.

De gradibus cognationum.

T I T. V I.

A R G V M.

Totus in eo eſt Titulus hic, vt quoto quæque perſonæ hic connumeratæ gradu inter ſe, aut coniungantur, aut diſtent, doceat: quod promptius titulum ipſum diligenter expendendo, atque compendiariam epitomen diutius relegendo, quiuis aſſequi poteſt. Iuuabitur autem adoleſcentis plurimum labor, ſi ſubiectæ in hoc arbuſculæ circulos, aut cellulas penitius expendat, graduſque ſolerter dinumeratos excutiat.

QVod nuper in præuia quidem inſpectione de gradibus diximus, id nunc nobis per ipſam ordinationem rerum exhibendum eſt, quo res maiorem fidem habeat. Sic igitur gradus cognationis numerabuntur. Interim tamen in primis ſciendum eſt: cognationem, aut aſcendentium & deſcendentium eſſe, aut eorum, qui ex latere veniunt, qui dicuntur ex tranſuer-

ſo, fratrum, ſororum, & qui ex ijs naſcuntur: & conſequenter, patrui & auunculi, amitæq; & materterę. Et aſcendentium quidem & deſcendentium cognatio, a primo gradu incipit: eorum vero qui ex tranſuerſo veniunt, a ſecundo. Nam primus gradus nullus eſt ex tranſuerſo. Primus gradus, ſupra habet patrem & matrem: Infra vero filium & filiam.

§. Primo. *Secundus ſupra habet, auum & auiam: Infra nepotem & neptem. Ex tranſuerſo, fratrem & ſororem.*

§. Secúdo. *Tertius gradus ſupra habet proauum, proauiam: Infra, pronepotem, proneptem. Ex tranſuerſo, fratris & ſororis, filium filiam. Et conſequenter, patruum, auunculum, amitam, materteram.*

§.Tertio.

§. Quarto. *Quartus ſupra continet, abauum, abauiam: infra abnepotem, abneptem. Ex tranſuerſo, fratris & ſororis nepotem, neptem: patruum magnum, amitam magnam. Similiter & auunculum magnum, materteram magnam, ideſt, aui & auiæ meæ fratrem & ſororem. Eſt & conſobrinus & conſobrina, ideſt, qui quæve ex duobus fratribus aut ſororibus procreantur. Quidam tamen ueterum recte dixerunt, conſobrinos eos proprie vocari, qui ex duabus ſororibus geniti ſunt, quaſi conſororinos. Eos vero, qui ex duobus fratribus procedunt, proprie dici fratres patrueles. Si autem ex duobus fratribus filiæ naſcantur, inter ſe ſorores patrueles dicuntur. At ij qui ex fratre & ſorore generantur, amitini proprie dicuntur. Amitę meæ filij conſobrinum me uocant, & ego illos amitinos. Itaque*

que (vt rem in pauca contraham) per abuſionem ij, qui ex duobus fratribus aut ſororibus nati ſint, conſobrini appellantur. Sed proprie mares ex duobus fratribus, fratres patrueles fęminæ, ſorores patrueles. Et ex duabus ſororibus mares aut fęminæ, conſobrini & conſobrinæ. Et qui ex fratre & ſorore nati ſunt, amitini. Sed ſororis quidem filius: fratris filium uocabit conſobrinum: fratris autem filius, ſororis filium, amitinum.

Quintus gradus habet, ſupra adauum, adauiam: infra, adnepotem adneptem. Ex tranſuerſo, Fratris & ſororis pronepotem, proneptem. Et conſequenter, maiorem patruum, maiorem amitam, id eſt, proaui fratrem & ſororem, Auunculum maiorem, materteram maiorem, id eſt, proauiæ fratrem & ſororem. Similiter eorum, qui ex fratribus vel ſororibus naſcuntur, & (vt dictum eſt) modo fratres patrueles, alias ſorores patrueles: modo conſobrini & conſobrinæ, nonnunquam amitini & amitinæ vocantur, filium & filiam. Deinde & proprium conſobrinum, propriamque conſobrinam, ſicut vocantur, hoc eſt, patrui magni & amitæ magnæ, anunculi magni & materteræ magnæ, filium, filiam. §. quinto.

Sexto gradu ſunt ſupra, tritauus, tritauia: infra, trinepos, trineptis. Ex tranſuerſo, fratris & ſororis abnepos, abneptis. Et conuenienter, patruus maximus, amita maxima, hoc eſt, abaui frater & ſoror. Auunculus maximus, matertera maxima ideſt, abauiæ frater & ſoror. Similiter & maior conſobrinus & maior §. Sexto.

conſobrina, id eſt, qui quæve ex filijs filiabuſq; fratrum ad ſororum patruelium, conſobrinorum conſobrinarumue, amitinorum am tinarum ve naſcuntur. Hactenus monſtraſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur: quoniam ſciendum eſt, ſemper generata perſona gradum vnum adijci. Eſt autem longe facilius dicere quoto gradu quiſque ſit, quam propria cognationis nomina exprimere. Eodem quoque modo & agnationis gradus numerantur, & cognationis. Verum quum veritas per oculos quam per aures maiorem fidem habeat, ideo neceſſarium viſum eſt, poſt narrationem graduum etiam præſenti libros eos inſcribi, vt iuuenes & auribus & oculis hæc accipientes, perfectiſſimam graduum doctrinam adipiſcantur.

* *

Not. hic in Inſtitutionibus Latinis eē titulū de ſeruili cognatione, qui tñ in Græco Theophilo nō notatur.

ARGVM.

Cognationē ſeruilem vetera nequaquā olim iura, ſed ne Prætor quidem in conſideratione habuit; hodie vero minime Imperator eam contempſit, qui animo pie ſic ipſi conſultum voluit, ut inter patrem ac filios: fratres atque ſorores ſecuta manumiſſione, patronatus iure ſopito, ſuccedendi ius locum habeat. Et quid quam late, ac qua ratione procedat, facile hic traditur.

Illud autem ante omnia noſſe oportet, Prætorem, quum cognatorum ordinem excogitaſſet, ſeruilem cognationem in eo numero non habuiſſe. Nam neque veteres leges, vt eſt lex XII. Tabula. aut aliæ quædam quæ de cognatis loquuntur, eam nouerunt. Verum Imperator noſter in conſtitutione quadam, quam de iure pa-

tronatus ſcripſit, ſublata rerum obſcuritate & iuris confuſione, humanitate ſuggerente & hoc conſtituit, ut ſi quis in ſeruitute liberum vel liberos habuerit, ſiue ex libera, ſiue ex ſerua: aut contra, ſi qua mulier ex libero uel ſeruo liberos pepererit, cuiuſcunque ſexus ſint: & contigerit, vt pater ſeruus aut mater ſerua manumittatur, & ij qui ex ſeruili ventre nati ſunt, ad libertatem quoque venerint: hi omnes libere ad ſucceſſionem patris & matris veniant, iure patronatus in hac parte ſopito. Neque vero qui ſic nati ſunt, ſolum ad parentum ſucceſſionem venient, ſed etiam alter ad alterius mutuam ſucceſſionem vocatur, quemadmodū ſpecialiter uult dicta conſtitutio. Siue ij ſoli ſuperſint qui in ſeruitute nati, & deinde manumiſſi ſunt, ſiue euenerit, ut poſt manumiſſionem parentum alij quoque naſcerentur: quoniam vna cum eis ad paternam vel maternam hæreditatem admittentur: ſiue ex eadem matre, aut ex eodem patre in lucem prodierint ij, qui poſt parentum manumiſſionem nati ſunt, ſiue ex diuerſis. Et (vt uno verbo rem totam abſoluam) omnia in eis obtinere debent, ad ſimilitudinem eorum, qui ex iuſtis nuptiis nati ſunt.

ARGVM.

Cognationis ordines tres ſunt, ſuorum nempe ac legitimorum, & eorum, qui generali nomine cognati dicuntur. At cum de ſucceſsione agitur, liberorum priorem ac potiorem cauſam eſſe, qui quamlibet diſtent aſcendentibus quibuſcunque ac etiam agnatis præferuntur.

§.Repetitis EX ÿs quæ dicta ſunt (vt rem veluti per capita colligendo in compendium contrahã) tres ſunt ordines cognationis: Suorum, Legitimorum, & Cognatorum. Qua propter dicendum non eſt eum, qui proximus gradu ſit, ſtatim etiam in hæreditate percipienda præferri, quoniam ordo ordini præfertur. Et qui in proximiore ordine eſt, quãuis eum alius gradu præcedat, dum ipſe ordine potior ſit, & in hæreditate percipienda potior eſt. Tunc autem gradus fit comparatio, quum plures perſonæ ex eodem ordine veniunt, Neque igitur, qui parem gradum cognationis obtinent ſemper pariter vocantur: neque eius, qui proximior eſt cauſa ſemper potior eſt. Primus enim ordo, primaque cauſa Suorum eſt, & eorum, qui Suorum numero habentur: vt emancipatorum, & qui per fęminam deſcendunt, nepotum, atque aliorum, quos ſupra particulatim enumerauimus. Finge ergo defuncto eſſe pronepotem vel abnepotem eſſe & fratrem, patremve aut matrem. Pronepos iſte, abnepoti præferetur, vt pote, qui ex potiore ordine veniat, quamuis gradu ſuperetur. Nam pater aut mater, primo gradu ſunt, ſicut latius dictum eſt: frater, ſecundo. At pronepos, tertio, abnepos quarto. Et tamen hic, quum ex quarto gradu veniat, præfertur ÿs, qui ex primo aut ſecundo gradu ſunt: propterea, quod ordine potior ſit. Nec intereſt, Pronepos iſte uel abnepos in poteſtate morientis fuerit, an non fuerit, quod vel emancipatus eſſet, vel ex emancipato, aut per fęmininum ſexum propagatus.

ARGVM.

ARGVM.

Suis, aut qui eorum loco habentur, non ſuper ſtitibus ad ſucceſsionem uocantur agnati, poſt quos & cognati proximi, fratribus ac ſororibus emancipatis demptis, qui licet cognati ſint, ulte rioris tamen gradus agnatis in ſuccedendo prępo nuntur, eoſque excludunt.

QVando autẽ Sui non ſuperſunt, aut qui loco Suorum habentur, ſed agnatus ſupereſt, hoc eſt, qui integrum ius habeat legitimi, etiam ſi remotiore gradu ſit, plerunque tamen proximiore cognato, potior habetur. Nam patrui nepos, qui quinto gradu eſt: aut pronepos, qui ſexto, auunculo & matertera præferuntur, quamuis tertium gradum obtineant. Toties igitur proximum cognatum aut potiorem eſſe dicimus, aut una cum ijs, qui eodem gradu ſunt, vocari, quoties neque Suus aliquis, aut qui Sui vicem obtinet, extat: neque etiam agnatus vllus ſupereſt. Nam hi in hæreditatibus præferuntur. Hæc dicimus exceptis fratre & ſorore emancipatis. Hæ enim perſonæ circa ius agnationis per capitis diminutionem non læduntur. Sed agnatis omnibus, qui tertio aut remotiore gradu ſunt, præferuntur: ſecundum Anaſtaſii conſtitutionem. Quod igitur ante diximus, plerunque, propter fratres emancipatos dictum eſt. Nam quanuis hi ſecundum veteres ius tantum cognationis habeant: tamen ex dicta conſtitutione prælati ſunt. § amotis.

De ſucceſsione liberorum.

TIT. VII.

ARGVM.

Patronatum olim uetera tum demum Iura ad liberti hęreditatem vocabant, cum Suorum hære dum nullus ſupereſſet. At iure deinceps prætorio in liberi bonis dimidia, non modo inſtituto, verum etiam ab inteſtato filio adoptiuo hærede relicto, patrono concedebatur. Eum tamen in poteſtate liberi, aut etiam emancipati, vel in adoptionem dati, ſi modo inſtituti, aut præteriti, bonorum poſtulaſſet poſſeſſionem, excludebant.

HEc habeto veluti pro quadam pręuia inſpectione. Cognatio nomen generale eſt. Diuiditur autem in aſcendentes, deſcendentes, & eos qui ex tranſuerſo veniunt. Verum hæ tres cognationum ſpecies, in cognatis ingenuis ſpectantur. Nam in libertinis, aſcendentes non norunt veteres. Nam quomodo, quũ in ſeruitute nati ſint? ac ne eos quidem, qui ex tranſuerſo coniunguntur. Qui enim aſcendentes non habet, neque ex tranſuerſo cognatos habere poteſt, quum hi ex illis intelligantur. Solam igitur habent deſcendentium cognationem, hoc eſt, eorum quos poſt libertatem conceperint, & pepererint. His ita præcognitis, videto nunc cætera. Quum diſputatum ſit, de ſucceſſione ingenuorum, conſequens eſt dicere & de ſucceſſione libertorum: ſi libertus inteſtatus decedat, quis ad hęreditatem eius vocetur, Et ſi quidem liberos habet poſt libertatem conceptos, ex ordine Suorum hæredum hi vocabuntur. Quod ſi liberi

beri

beri nulli extent, videamus quis ſi uocandus. Et agnatum quidem dicere non poſſumus; quoniam parentes libertus non habet, vt in ſeruitute natus. Atque ideo non ſine ratione, & cognatis ex tranſuerſo caret. Nam hi ab illis procedunt. Quando igitur nullus ei agnatus eſt, lex in agnati locum, patronum ſubiecit. Quæcunque igitur agnatum a ſucceſſione defuncti ſubmouent, ea & patronum a ſucceſſione liberti reijciunt. Liberti igitur liberis extantibus, patrono locus non eſt. Quoniam autem & facto teſtamento agnatus hæreditatem nõ percipit, ita ſimiliter nec patronus. Olim igitur quantum ad legem X I I. Tab. pertinet liberto patronum præterire licebat. Nam ita demum lex X I I. Tab. ad hæreditatem liberti aditum dabat patrono, quum nullus ſuus extabat, nullumque factum erat teſtamentum. Et quidem quum aliquis liberorum ſuperſtes patronum excluderet, poterat: neque enim indignum erat, patronum naturæ cedere. Verum quum adoptiuus filius, vt iura ſui hæredis habens, patrono præferretur, id aperte abſurdum & iniquum erat, patronum ab adoptiuo filio ſuperatum, liberti ſucceſſione priuari. Qua de cauſa Prætor poſtea edicto ſuo, huic Iuris iniquitati ſuccurrit: iubens liberum, qui teſtamentum faceret, dimidiam bonorum ſuorum partem omnino patrono relinquere. Quod ſi minus dimidia reliquiſſet, dabat patrono bonorum poſſeſſionem contra tabulas teſtamenti liberti, per quam ſemiſſem penitus conſequebatur. Si vero inteſtatus libertus decederet, adoptiuum filium relinquẽs, §. Qua de cauſa.

Prætor dabat patrono poſſeſſionem Contra tabulas, per quam ſemiſſem accipiebat. Porro naturales liberi patronum excludebant, tum qui in poteſtate erant, tum emancipati. Quinimo & filij in adoptionem dati, ſi modo ex aliqua parte minima heredes ſcripti erant: ueluti Quum ego libertus eſſem, habebam patronum; habebam & filium naturalem hunc in adoptionem dedi. Si igitur teſtamento condito, ego eum ex parte hæredem ſcripſero: aditus patrono præcluſus eſt ad hæreditatem meam. Sin uero præteriero, nihil obſtabit quominus contra tabulas teſtamenti mei bonorum poſſeſſionem petere poſſit. Liberi igitur mei, ſiue in mea poteſtate ſint, ſiue emancipati, quum aut voluntate mea, aut Iure hæredes mihi ſunt patronum ſuperant. Voluntate mea, quum hæredes eos ſcripſero. Iure, quum aut inteſtatus decedo, aut teſtamento condito eos prætereo. Nam is, qui in poteſtate eſt, ipſo iure ſubuertens teſtamentum. emancipatus vero bonorum poſſeſſionem Contra tabulas petens, locum in hæreditate mea patrono non relinquunt. Quoniam bonorum poſſeſſionem Contra tabulas nunquam dat Prætor aduerſus liberos naturales. Verum enim uero & poſt hoc Ius Prętorium, quo patrono pſpectum videbatur, adhuc ſuberat ratio, qua libertis nihil relinqueret patrono. Nam ſi libertus filium naturalem habebat, neque lex Duodecim Tabularum opem patrono ferebat, neque item Prætor naturam reuerens.

ARGVM.

LEGE Papia, quæ olim patronorum præcipuam curam habere contendit, deinde ab Imperatore temperata, ac certis finibus limitata, hodie eorundem in libertorum ſuceſſione hæc ratio habetur: vt libertis, quorum facultates aureos ſolidos centum minime pertingunt, libere de his teſtari vel patrono præterito liceat, qui tamen liberis libertorum ſuperſtitibus nullis, ipſis patronatus Iure ex lege XII. Tabul. inſolidum hæres futurus eſt. At ſi ſuperiores centenario fuerint libertorũ facultates, iiſdẽ defunctis ac teſtamẽto condito, patrono præterito, ſi liberi non ſint, aut qui exhæredes facti ſint, quadrans hæreditatis ab omni onere immunis bonorum poſſeſſione contra tabulas petita, principali conſtitutione tribuitur.

SEd poſtea lex Papia iura patronorum adauxit, cautum eſt enim, vt ex bonis locupletioris liberti (eum uero locupletem definijt qui centum millia ſeſtertium poſſideret) cui pauciores quam tres eſſent liberi, ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus mortuus fuiſſet, uirilis pars patrono conſeruaretur. Itaque ſi contigiſſet, ut libertus lucupletior condito teſtamento moreretur, vnum relinquens filium aut vnam filiam, lex Papia vna cum filio aut filia patronum admittebat data ei dimidia parte bonorum defuncti, perinde atque ſi nullus filius nullave filia extitiſſet. Sin autem duos filios duasve filias hęredes ſcripſiſſet, in tertiam partem admittebatur. Quum autem tres extabant, expellebatur patronus, propter multitudinem liberorum. §. Poſtea.

Et hæc quidem olim. Edita eſt autem Imperatoris noſtri conſtitutio, quam ut omnibus innoteſceret §. Sed noſtra

ſceret compendioſo tractatu habito, Græca lingua euulgauit. Per quam definijt, ut ſi libertus libertavè minores ſint centenarijs, id eſt, patrimonium habeant minus centum ſolidis, (ſic enim a lege Papinia taxatam centum millium ſeſtertium ſummam interpretatus eſt, vt mille ſeſtertij ſolidum unum faciant) nullum locum habeat patronus, quum teſtamentum factum eſt, ad hæreditatem eius. Nam ſi inteſtatus decedat, nullos relinquens liberos, tunc patronus ex lege XII. Tabul. hæreditatem eius inſolidum habebit. Sin autem maior fuerit centenario, & liberos relinquat, qui ad hæreditatem eius vocentur, vel Iure ciuili, vel honorario (quia ſint emancipati) ſiue unus ſit ſiue plures, cuiuſcunque ſexus, aut gradus: hi in ſolidum vocabuntur, patrono & filiis patroni ab eiuſcemodi hæreditate repellendis. Quod ſi libertus, quū maior eſſet centenario, nullos moriens reliquerit liberos: tunc ſi inteſtato deceſſerit, patronus aut patrona in ſolidum hæredes erunt. Sin autem condito teſtamento patronum aut patronam præterierit, quum liberos non haberet: aut quos habebat exhæredaſſet, aut quum liberta eſſet defuncta, quæ filium præterierit, aut libertus defunctus, qui nepotem ex filia iam ante mortua, quoniam (vt ſcis, & ſecundo libro a nobis dictum eſt) in his præteritio loco exhæredationis accipitur: nec poſſint ij liberi mota inofficioſi querela teſtamentum ſubuertere: tunc ex conſtitutione Imperatoris noſtri ſanctiſſimi patrono patronæque data contra tabulas bonorum poſſeſſione, non dimidiam partem vt olim,

ſed

ſed tertiam tantum auferent, aut, quod tertię parti deeſt, ſupplebitur, Quoniam forte libertus eos ex vncia, aut ſextante vel quadrāte hęredes ſcripſerat. Sic autem per bonorum poſſeſſionem Contra tabulas tertiam partem capient, vt tamen legata aut fideicommiſſa ideo præſtare non cogantur: non ſolum extraneis perſonis, ſed ne liberis quidem libertis libertæve, (verum quod ab ipſis relictum fuerit, id cohæres agnoſcet,) exhæredatis forſitan, aut præteritis, quando præteritio uim exhæredationis habet: qui ſi hæredes ſcripti fuerint, nihil debetur patrono. Et ſi contingat eum hæredem ſcribi, legata liberis debentur.

ARGVM.

In libertorum ſucceſsione coniunctorum quoque patroni ratio, nedum patronorum ipſorum habetur: ut hi vel ad gradum vſque quintum ad libertorum ſucceſsionem vocentur, ſeruata tamen inter ipſos, ſi non æqualis ſit, coniunctionis prærogatiua, ceſſante hodie omni inter libertos differentia ciuis nomen ex principalis beneficentia adepti ſint.

MVltos autem & alios caſus, ad huius iuris diſpoſitionem neceſſarios collegit dicta cōſtitutio. Et enim ſanxit, vt tam patroni patronęq; quam liberi eorum, necnon, qui ex tranſuerſo veniunt ad qnintum vſq; gradum, ad libertorum libertarumve ſucceſſionem vocentur. Si igitur eiuſdem patroni patronæ ve, aut duorum patronorum duarumve patronarum, aut etiam plurium extent liberi, is qui gradu proximior eſt, ad liberti libertæve ſucceſsionem vocabitur. Veluti, deceſſit libertus aut liberta nullos habens liberos, §. Moltos.

nec

nec vllo condito teſtamentum, quum neq; patronus aut patrona ſupereſſet:verum extabant liberi nepos forte & pronepos:nepos uocabitur. Et in capita hæreditas,non autem in ſtirpes diuidetur. Veluti, vnius patroni duo erant liberi, alterius tres:in quinque partes ſcindetur ſucceſſio. Idem & ijs, qui ex tranſuerſo patronum patronamve contingunt,obtinebit,vt & proximior potior ſit, & in capita hæreditas diuidatur. Quoniam pene conſonantia eſſe ingenuitatis & libertinitatis iura in ſucceſſionibus dicta conſtitutio uoluit. Pene dixi,ideo:quod inter ingenuos & vltra quintum gradum deferantur hæreditates: Libertinorum vero ſucceſſiones intra quintum gradum cognatorum patroni & patronæ conſiſtant. Et hæc quidem de ijs Libertinis hodie tractamus, qui ciues Romani ſunt,quum nec ſint alij liberti. Didiciſſe. n. te opinor ex primo libro, deditiorum & Latinorum iura ſublata eſſe. Porro,quum Latinorum uſus adhuc receptus eſſet,de nulla ipſorum ſucceſſione agitabatur. Quamuis. n. maxime vt liberi uiuerent,tamen vt ſerui moriebantur, veluti vna cum ſpiritu libertatem exuentes. Et quaſi ſeruorũ bona eorum a manumiſſoribus poſſidebantur,non iure hæreditatis:quoniam ſeruorum nullas dicere poſſumus hæreditates:ſed iure peculij, idq; ex lege Iunia. Poſtea factũ eſt. S.C. Largianum,quo cautũ fuerat,vt liberi manumiſſoris non nominatim exhæredati, extraneis hæredibus eius in ſucceſſione Latini præponerentur. Veluti,manumiſi ſeruũ meũ,et Latinũ feci: mortuus ſum inſtitutis hæredibus liberis meis & quibuſdam extraneis.

Et

Et lege quidem Iunia ſi contingat Latinorum mori, liberi mei una cum extraneis hæredibus ad bona Latini veniſſent. Ex S.C. autem Largiano, ſoli liberti mei Latini ſuccedent, quoniam nominatim exhæredati non ſunt. Poſt S.C. Largianum venit Traiani Imperatoris edictum quo cauebatur, vt ſi quis Latinus, inuito aut inſcio patrono, Ciuitatē ſibi Romanam petijſſet & obtinuiſſet, viueret quidē vt ciuis Romanus, & omnia ageret quæ ciuiū Romanorum ſunt, verum vt Latinus moreretur. Sed Imperatoris noſtri conſtitutio, has conditionum mutationes peroſa, quum vt ciuis Romanus uiueret, ac ut Latinus, moreretur, & alias quoque difficultates hinc naſcentes ſuſtulit, ex poſitis non Latinis tantum & lege Iunia, & S.C. Largiano, ſed etiam edicto Traiani: vt iam omnes liberti cines Romani ſint. Et ita ueluti quadam adiectione ſiue inuentione, quibus modi Latini olim fiebant, qui manumittebantur, iiſdem & ciuitatem Romanam ſerui adipiſcuntur.

De aſsignatione libertorum.

TIT. VIII.

ARGVM.

Aſsignatio libertorum patronis conceſſa, nō ex teſtamēto ſolum, ab inteſtato quoque fieri poteſt. Ea autem facta id liberis, quibus facta eſt, præſtat, ut ſolus liberto is ſuccedat: cui ille a patrono, aſſignatus eſt. Quod ſi is nullis liberis, cui facta eſt aſsignatio, decedat, ad ſuperſtites liberos.

Qu..m

Vum dictum ſit de liberis, dicamus ut in ſumma de aſsignatione ipſorum. Scis enim liberos patroni quum parem gradũ obtinent, ſimul paritero;, & ex æquis partibus ad ſucceſſionem liberti paterni venire. Factum tamen eſt poſtea S. C. quo placuit, patrono plures habenti liberos, licere ut vni eorum libertũ aſſignet. Et deinde mortuo liberto, is ſolus patroni iura habebit, cui ille aſſignatꝰ fuerit, & cæteri liberi patroni, qui pariter ad eadem bona venturi erant nulla aſſignatione interuenien te, iam nullum aditum ad hęreditatẽ liberti habebũt. Quod ſi is, cui libertus aſſignatus fuerit, dece dat nullis relictis liberis: tũc cęteri patroni liberi priſtinũius recipiunt, & liberto poſſũt ſuccedere. Nec tantũ libertũ, ſed ẽt libertam. Et non tãtum filio nepotive, ſed ẽt filię neptive aſſignare permittitur. Porro hęc aſſignandi facultas ei competit, q duos aut plures liberos ĩ poteſtate habet. Quoniam emancipato libertus aſsignari non poteſt. Quid ergo, ſi quis libertum ſuum filiorum in poteſtate aſſignauerit, & deinde quum ſuperuixiſſet. filium emancipauerit? Quærimus an euaneſcat aſſignatio? Et Iuliano ac pleriſque Iuriſcon ſultis placuit eam euaneſcere. Poſſumus autem aſſignare, non tantum in teſtamẽto, uerum etiã ab ĩteſtato. Neque etiã, hac in re inuẽta ſunt ſolẽnia quædam, & formalia uerba. Porro S. C. quod de agnatione libertorum loquitur, imperante Claudio factum eſt Suillio Rufo, & Hoſtorio Scapula Coſs.

§. Datur.

De

De bonorum poſſeſsionibus.
TIT. IX.

ARGVM.

Prætori Iuris Ciuilis emendandi, impugnandi, aut quod eidē deeſt, ſupplendi atqũe coadiuuandi comprobādique, olim ſumma curat fuit;ac proinde in hac potiſſimū parte, quæ de ſucceſſionibus eſt,ſucceſſuris anxie prouidere curauit. Nan bonorum poſſeſſionem tam ex teſtamento quā ab inteſtato adinuenit, quæ decem numero olim fuerunt, ex teſtamento ſcilicet,contra & ſecundum tabulas,reliquæ vero ab inteſtato tributæ. Eas autem Imperator preſſiore numero coercuit, & quod pium uiſum eſt,principali conſtitutione ſanciuit.

QVemadmodum legis XII. Tabularum inuentum eſt, vt ex teſtamento uel ab inteſtato vocaremur:& qui uocantur,alias efficit,vt exiſtant tamen, quod genus ſunt neceſſarij: alias requirit vt adeant,cuiuſmodi ſunt cęteri præter hos: ſic & Prętor bonorum poſſeſſiones inuenit, per quas interdū Ius Ciuile emendat. Neque id ſolum in inteſtatorum hęreditatibus, ut dictum eſt (. Nam quum Ius Ciuile capite minutos,& eorum liberos, necnon & eos,qui ex fęminis naſcuntur,ignoraret: ipſe tertio quodam ordine inuento bonorum poſſeſſionem,Vnde cognati,eis dedit) uerum etiam in eorum,qui teſtamento facto decedunt, erratum legis XII. Tabular.correctum eſt. Nam ſi quis moriens alienum poſthumum hæredem ſcribat (ſcire opinor quis ſit alienus poſthumus, nempe

is qui

is qui ſi naſcatur, ſuus mihi, futurus non eſt) is ſi natus fuerit, quod ad ius Ciuile, adire non poſſet : reiecit.n.talem inſtitutionem Ius Ciuile: uerum Prætor ei bonorum poßeſſionem ſecundum tabulas largitur, & bonorum poßeſſorem eum facit. Sed & Imperatoris noſtri' conſtitutio, recte hunc hæredem uult inſtitui, quaſi nec Iure Ciuili incognitum. Aliquando Prætor non emendat, ſed impugnat Ius Ciuile. Veluti (ſicut diximus) quum libertus patronum præterit : Lex XII. Tab. nullum dabat patrono, quaſi teſtamento facto ſuperaretur, aditum ad bona liberti. At contra Prętor bonorum poſſeſſionem Contra tabulas commentus eſt. Hic igitur ex aduerſo pugnat. Porro non eſt Prętor acerbus aut contentioſus: quoniam ubi Ius Ciuile probari in uulgus putauit, non emendãdi, neque impugnandi, ſed confirmandi eius gratia, ſuam iuriſdictionem interpoſuit. Nam ſi quis recte atque ordine facto teſtamento, hæres inſtitutus ſit, non ſolum Iure Ciuili adire poterit, ſed etiam Prętor ei dat bonorũ poſſeſſionem ſecundum tabulas. Et Ius quidem Ciuile ex lege hæredem facit. Prętor vero & ab inteſtato bonorum poſſeſſorem approbat. Nã ſuos quidẽ hæredes & agnatos uocat Ius Ciuile : atque vt illi exiſtant, & hi adeant efficit. At uero Prætor cum Iure Ciuili concurrens, illis dat bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, his bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi. Atque etiam ſi maxime bonorum poßeſſionem non petierint, nihilominus hæredes fiunt Iure Ciuili. Sic igitur Prætor aut emendat, aut impugnat, aut comprobat. Emen-

dat

dat: ut in extraneo poſthumo. Impugnat, vt in pa trono præterito. & comprobat, ut in hæredibus ſcriptis. Et in ijs, qui ab inteſtato vocantur, ex pri mo aut ſecundo ordine.

Quos autem ſolus Prętor, non etiam Ius Ciuile ad ſucceſſionem uocat hęredes quidem ipſo Iure non facit. Nam hæredis nomen nemini Prętor tribuit: ſed aut lex, aut quod legi vicem habeat. Veluti S.C. aut conſtitutio Principis. S.C. vt Tertullianum & Orficianum: conſtitutio Principis, ut Imperatoris noſtri conſtitutio, quæ ſororis filiū in numerum legitimorum retulit. Prętor igitur hæredem non facit, ſed data bonorum poſſeſſione loco hæredis eum conſtituit: & bonorum poſſeſſorem efficit, ſic ut utiliter & experiri poſſit & conueniri. Neque uero iam dictas bonorum poſſeſſiones tantum Vnde liberi, Vnde legitimi, & Vnde cognati inuenit Prętor: ſed etiam alias plurimas, quum unus eius ſit ſcopus: ne quis ſine ſucceſſore moriatur. Nam anguſtiſſimis finibus concluſum a lege duodecim Tabularum ius percipiendarum hæreditatum, Prętor ex bono & ęquo dilatauit. §. Quos autem §. Ad huc.

Porro bonorum poſſeſſiones alię ex teſtamento ſunt, aliæ ab inteſtato. Et ex teſtamento quidem ſunt hæ duæ. Prima, quæ Contra tabulas dici tur: quam Prætor liberi præteriti pollicetur. Secunda quæ Secundum tabulas vocatur: quam omnibus Iure ſcriptis hæredibus largitur. Et quum eas primas feciſſet, quæ ex teſtamento dan tur, ad eas tranſiit, quæ ab inteſtato locum haberent. Ac primo loco ſuis hæredibus: & ijs qui

inter ſuos hæredes connumerantur (dico autem emancipatos) bonorum poſſeſſionem dedit, quæ uocatur, Vnde liberi. Secundo loco ab inteſtato ijs dedit bonorum poſſeſſionem Vnde legitimi, qui Iure Ciuili ad hæreditatem defuncti vocantur: ut agnatis, & patrono liberiſque eius in bonis liberti libertæve. Et ijs qui ex S.C.Tertulliano, uel Orficiano, aut Principum conſtitutionibus ius ab inteſtato percipiendarum hæreditatum habent. Tertio loco propoſuit bonorum poſſeſſionem Vnde decem perſonæ: per quam extraneo manumiſſori liberi capitis, decem perſonas cognatorum prætulit, parentum, liberorum, & eorum qui ex tranſuerſo veniunt vſque ad ſecundum gradum. Quid autem id ſit, dicere neceſſe eſt, quamuis in uſu communi non verſetur. Si tibi ego filium meum quem emancipaſſem, in primum & ſecundum & tertium mancipium dediſſem: tuque eum manumiſiſſes, & ſui iuris feciſſes: propter libertatis dationem iura legitimæ ſucceſſionis in eo habebas ad ſimilitudinem patroni. Et ſi contigiſſet vt hic manumiſſus, inteſtatus decederet, tu omnibus cognatis præferebaris. quippe qui, vt dictum eſt, iura legitimi haberes propter libertatem: & cæteri omnes cognati eſſent propter capitis diminutionem. Verum quia iniquum erat ob ſolam, & nudam libertatem omnibus cognatis te præferri: ideo Prætor decem perſonas uocauit, quæ in ſucceſſione ab inteſtato præferri tibi debeant. Filium, filiam, nepotem, neptem, ſiue ex filio ſint, ſiue ex filia patrē, matrem, auum, auiam, ſiue paterni ſint, ſiue materni: fra-

trem & ſororem. Hoc igitur extraneo manumiſſori prætulit, dans ei bonorum poſſeſſionem, Vnde decem perſonę. Ex numero.n.eorum qui petere poſſent, nomen bonorum poſſeſſio hæc accepit. Quarto loco, bonorum poſſeſſionem, Vnde cognati. Quinto loco, pollicitus eſt bonorum poſſeſſionem, quam, Tanquam ex familia uocant. Eſt autē huic locus, in caſu huiuſcemodi. Libertus ſine liberis ſineq; teſtamento deceſsit, quum neque patronus ſuperſtes eſset. Agnati patroni ad bona liberti veniunt per bonorum poſſeſſionem, Tanquam ex familia. Sexto loco inuenit eam, quam patrono patronæque dedit parentibuſque eorum, & liberis: & vocauit, Vnde liberi patroni, & patronæ, & parentes eorum. Nam ſi libertus deceſſerit: & patronus vel patrona liberive eorum per bonorum poſeßionem, Vnde legitimi, venire voluerint, & tempora petendi præterierint, (nam vnaquæque bonorum poſſeſſio certo tempore circumſcripta eſt, vt infra latius docebimur) neque rurſum eam petierint, quæ, Tanquam ex familia vocatur: per hanc bonorum poſſeſſionem venire poſſunt, aut patroni ipſi, aut liberi eorum, ſi ipſi non ſuperſit: aut parentes patronorum patronarum ve. Septimo loco inuenit eam, quæ, Vnde vir & vxor dicitur. Nam ſi aut vir aliquis aut mulier aliqua ſine teſtamento decedat, neminem relinquens qui ex aliqua dictarum bonorum poſſeſſionum, ad ſucceſſionem eius vocetur: tunc locus ſit huic bonorum poſſeſſioni. Et uir uxori, uxorque viro ſuccedit. Octauum locum obtinet inter bonorum poſſeſſiones, quæ ab inteſtatō dantur,

ea quæ,

ea quæ, Vnde cognati manumiſſoris dicitur. Nā ſi libertus inteſtatus decedat, nec patronum habens, neque patroni liberos, neque etiam agnatos, cognati patroni ex hac parte bonorum poſſeſſionem petunt. Et has quidem bonorum poſſeſſiones Prętor inuenit, duas ex teſtamento, & octo ab inteſtato. Verum Imperator noſter ſanctiſſimus, nihil intactum inexcuſumque relinquens: ea, quæ emendatione indigere videbantur, in melius trāſtulit, atque eam quidem, quę Contra tabulas dicitur, eamq; item quę Secundum tabulas, vt neceſſarias, in ſuo habitu reliquit. Nec non & ex ijs quę ab inteſtato dantur, eam quę, Vnde liberi, eamq; quæ, Vnde legitimi. Quę autem tertio loco poſita eſt inter eas quę ab inteſtato dantur, & quinto quantum & ad eas quę ex teſtamento ac uocatur, Vnde decem perſonę: eam ex numero bonorum poſſeſſionum ſuſtulit, breui ratione ſuperuacaneam eſſe oſtendens. Quum enim prę-fata bonorum poſſeſſio decem perſonas cognatorum (ſicut dictum eſt) extraneo manumiſſori preferret, conſtitutio autem præfati Imperatoris, quam de emancipationibus conſcripſit omnibus patronis, & manumiſſoribus prę ſumptionem contra ctæ fiducię in manumiſſionibus dederit: ſic ut ipſa emancipatio tacite id in ſeſe habeat: merito & prę fata bonorum poſſeſſio pro ſuperuacua habenda eſt: quū extraneus poſthac manumiſſor nullus intelligatur. Sublata igitur bonorum poſſeſſione Vnde decem perſonę, quæ quinta erat numero, bonorum poſſeſſionem, Vnde cognati, quę prius ſexta erat in ordine, quintam fecit.

Porro

Porro eam bonorum poſſeſſionem quæ ſeptimo loco erat, tanquam ex familia, eamque quæ octauo, Vnde liberi, patroni patronæque, & parentes eorum. vtranque inutilem fecit, in ſacra ſua conſtitutione, quam de Iure patronatus compoſuit. Quum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis Ingenuorum & Libertinorũ ſucceſſiones redegiſſet: eas vſque ad quintum gradum coarctando vt aliquid eſſet inter Ingenuos, & Libertinos differentiæ: contentos eſſe eos voluit bonorum poſſeſſionibus, Contra tabulas: & Vnde legitimi, & Vnde cognati. Ex quibus hæreditatem liberi ab inteſtato cognati patroni ſibi uindicare poſſunt: omni ſcrupuloſitate, & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum ſublata. §. Cũq; antea.

Noua autem bonorum poſſeſſione, quæ Vnde vir & uxor dicitur, ſexto loco poſita, decimam bonorum poſſeſſionem, qua erat, Vnde cognati manumiſſoris, pro ſuperuacua haberi vo'uit, propter rationes in dicta conſtitutione de Iure patronatus enumeratas. Ita ut iam ſex tantum ſint ordinariæ bonorum poſſeſſiones: duę ex teſtamento, Contra tabulas, & Secundum tabulas, & quatuor ab inteſtato, Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cognati, & Vnde vir & vxor. Sequatur tamen eas, & ſeptima bonorum poſſeſſio, quam optima ratione Prætoris introduxerunt: ex ultima edicti ſui parte ÿs eam pollicentes, quibus eam dari aut lex aut Senatus Conſul. aut conſtitutio Principis iuſſerit. Hanc autem neque ÿs, quę ex teſtamento §. Aliam. §. Septima

dantur, neque ijs quę ab inteſtato, perpetuo poſſes annumerare. Sed vt extremum auxilium & prætor ordinem inuentum, eam Prętores dare, quũ neceſſe fuerit, ſolent, alias ex teſtamento, alias ab inteſtato. Porro nomen ei tale eſt, Quibus vt detur, uel lege, vel S.C. vel Principis conſtitutione comprehenſum eſt. Potes & aliud ei nomen dare ac vocare, Quibus ex legibus.

ARGVM.

Quas bonorum poſſeſſiones Prætor, introduxit, eiſdem certo definitoque tempore cõcluſit, nedum in capeſſenda hæreditate inter perſonas diſparis gradus mora ſit, ſuis actionibus experiundi creditoribus occaſio præcidatur, ac proinde his per moras fraudentur. Sicque parentibus ac liberis tum naturalibus, tum adoptiuis anni ſpatium ad bonorum poſſeſſionem ex teſtamento, uel ab inteſtato prout competit, petendam, indulſit, agnatis vero ac cognatis, & deinceps extraneis centum dierum moras conceſſit. Eius autem qui intra hæc tempora non petierit, portio his, qui eiuſdem gradus fuerint, accreſcit: quibus deficientibus reliqui ſecundum gradus prærogatiuam uocantur.

§. Cũ igitur

QVum igitur multas bonorum poſſeſſionum ſpecies Prætor introduxerit, eaſque per ordinem diſpoſuerit, & in vnaquaque bonorum poſſeſſione, nonnunquam multæ ſuperſint perſonæ diſpari gradu: ne actiones creditorum longius differantur, ſed ut habeant, quos conuenire poſſint: ut ne facile in poſſeſſionem bonorum defuncti mittantur, & ita indemnitati ſuę conſulant huiuſce rei gratia, Prætor vnamquanque bonorũ poſſeſſionem certo tempore concluſit: quo elapſo ijs, qui ſequuntur, locus ſit. Parentibus igitur liberiſque

que,tum naturalibus tum adoptiuis, anni ſpatiū dedit Prætor ad petendam bonorum poſſeſſionem ex teſtamento vel ab inteſtato ſibi competentē: hoc autem tempore præterito bonorum poſſeſſionē ſibi competentem amittunt. Cæteris vero agnatis, vel cognatis aut extraneis ſpatium centum dierū dedit. Et ſi intra hos centum dies bonorum poſſeſſionem ſibi competentem agnoſcere neglexerint, tunc ſiquidem ſunt alij eodem gradu, pars non petentis illis accreſcit: ſin autem nullus ex eodē gradu præcedit, qui ſequenti gradu ſunt, veniunt veluti per ſucceſſionem: perinde atque ſi is, qui præceſſit, nec petijt ex eo numero non fuiſſet.

Quum delata mihi eſſet bonorum poßeſſio, & ego eam intra annum petere deberem, quia ex parentibus eram aut ex liberis: vel intra cētum dies, quia alius quiſpiam eram: repudiaui eam. Non dicimus expectandum eſſe, quoad tempus quod vel anno deerat vel centum diebus prætereat, vt ſequenti locus tunc demum fiat: verum ſtatim cæteri, qui ſequenti gradu, aut ordine ſunt, ad bonorum poſſeſſionem vocabuntur. §. Si quis itaq;

ARG VM.

Ad petendum bonorum poſſeſſionem tempora vtiliter connumerantur, non autē continenter ſupputantur, præſertim ei, qui eam ſibi competere ſciuit. Cæterum ei, qui ignorauit, aut cum ſciret, maiori negotiorum neceſſitate diſtrictus petere non potuit, huiuſmodi tempora non current. Et qui bonorum poſſeſſionem petere aut agnoſcere uoluerit, libere, ut uolet, citra iuris ſolennitatem, id efficere poteſt.

6. Impetenda. *TEmpus bonorum poſſeſſionis petendæ, vtile eſt non continuum, hoc eſt illi currũt dies bonorum poſſeſſionis, qui eam ſibi ſcit competere, & eam petere poteſt. Si enim aut neſciuit ad bonorum poßeſſionem defuncti ſe vocari, aut ignorauit aliquem cognatorum defunctum eſſe; aut quũ hæc ſciret, petere tamen non potuit, quod maiori neceſſitate diſtineretur tempora ei bonorum poßeſſionis non current. Et olim quidem petendę erãt, & in petendo conſiſtebant bonorum poßeſſiones: ac neceſſe erat Prætorem adire, & ſpecialiter dicere: Da mihi hanc bonorum poſſeſſionem: Sed hodie conſtitutionibus principum effectum eſt, vt quocũque modo is, cui bonorum poſſeſſio competit, intra ſtatutum tempus oſtenderit ſe dictam bonorum poſſeſſionem admittere, pleniſſimum habeat eius beneficium.*

De acquiſitione per arrogationem.

TIT. X.

ARGVM.

Arrogati bona, quanquam olim arrogatori omnia acquirerẽtur, his ſolum quæ capitis minutione pereunt exceptis: hodie tamen principali conſtitutione ſolus ipſi bonorum adſcititiorum arrogati uſuſfructus acquiratur: vt conditionis melioris nõ ſit is, quẽ ius Ciuile patrem, quã quẽ natura fecit.

DICTVM eſt de duob⁹ ꝑ vniuerſitatẽ acquirẽdi modis: de hęreditate, quę vel ex teſtamento vel ab inteſtato ad nos pertinet. Deinde & de bonorũ poſſeſſione, quæ & ipſa

ipſa ſimiliter vel ex teſtō, uel ab īteſtato nobis defertur. Dicamus, & de tertia ꝑ uniuerſitatē acqſitione. Hæc aūt neque lege duodecim Tabularū, neque edicto Prætoris inuēta: ſed eo iure, qđ ſine ſcripto et ex āpbatione prudētū receptū eſt, introducta eſt in communem ciuitatis uſum. Nā longe aliud eſt lex, & aliud ciuilis uſus. Quoniā lex eſt, quæ propriā habet appellationem, vt lex duodecim Tabularum, lex Ælia Sentia, lex Furia Caninia, lex Falcidia. Vſus uero ciuilis eſt approbatio prudentium nulla ſcriptura conſtans, quum quid primum ſine ſcripto indictum eſt, deinde per vſum longius productum: & ad extremum, quum prudentes id vtile eſſe indicaſſent, approbatione ſua confirmarunt: veluti, Ecce ſi paterfamilias in arrogationem ſe dederit, omnes illius res corporales & incorporales, quę ei debentur, arrogatori antea quidem acquirebat, dominum eum rerum ſuarum faciens: ijs exceptis, & quæ per capitis diminutionem pereunt, cuiuſmodi eſt operarum obligatio, (quid autem id ſit, infra dicemus) & ius agnationis, nam iure agnationis propter capitis diminutionem ad ſuperiorum agnatorum hęreditatem non vocabatur. Vſus enim & vſuſfructus, quanuis olim hoc quoque modo extinguerentur, Imperatoris tamen noſtri conſtitutionē prohibitum eſt, ne minima capitis diminutione perirent. Sed idem ille ſanctiſſimus noſter Imperator, acquiſitionem hanc, quæ per arrogationem fiebat, in anguſtum contraxit, ſimilem eam faciens acquiſitioni naturalium parentum.

Quoniam neque naturali, neque adoptiuo patri quicquam vltra uſumfructum in ijs rebus acquiritur, quas liberi extrinſecus, & non ex re patris acquirunt.

A. R G V M.

Arrogati hæreditas ad arrogatorē, niſi hi, qui ipſi de Iure præferūtur, ſuperſint, defertur, nec pro nominibus ante arrogationem contractis proprio nomine recte conuenitur, filij autem nomine utiliter impeditur.

§. Mortuo. *SI contingat, ut is, qui in arrogationem acceptus eſt, apud arrogatorem, inque adoptiua familia decedat: & rerum dominium in arrogatorem tranſit, niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quę ex conſtitutione Imperatoris noſtri, patri in ſucceſſione earū rerū, quæ acqri non poſſunt, præferantur.*

§. Sed ex diuerſo. *Sin autem is, qui ſe in arrogationem dedit, debeat aliquibus, ipſo quidem Iure, & ſtricta ratione, arrogator pro eo non tenetur. Quomodo enim ex eo quod alius contraxit, cum alio agetur? Sed nomine filij agetur cum eo: et ſi nolit eum defendere, facultas datur creditoribus: ut authoritate competentium magiſtratuum, bona, quæ filij adoptiui cum uſufructu futura erant, ſi ſeſe in arrogationem non dediſſet, in poſſeſſionem ſuam redigant, & legitimo modo ea diſponant.*

De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.

T I T. XI.

A R G V M.

Teſtatoris in teſtamento libertates relinquentis, ſi hæreditas ab hærede ſcripto non adeatur, ac proinde

inde ruituræ ſint libertates ipſæ: poteſt idem, cui & libertas relicta eſt, aut alius quiſpiam colore cõ ſeruandarum libertatum quæſito, defuncti bona ſibi addici petere, & ſatiſdato creditoribus de ſuo recipiendo, hæreditatem apprehendere, eiuſdemq; creditoribus quatenus defuncti facultates ferent ſatisfacere. Et quibus libertas directo aut per fidei commiſſum relicta fuerat, hi liberi mox fient, quãlibet à fiſco bona intercepta fuerint. Quo fit ut eodem vno remedio ſimul & defunctorum uoluntati & libertati, & ſimul creditoribus conſulatur.

EST & quarta ſpecies acquiſitionis per uniuerſitatem, noua admodum, & veteribus ignota, ex conſtitutione D. Marci inuenta. Nã ſi hi, qui libertatem acceperunt in teſtamento, ex quo nemo hęreditatem adit, libertatum conſeruandarum cauſa bona ſibi addi ti petant, id aſſequentur, quemadmodum dicta Marci voluit conſtitutio, quam ad Popilium Rufum ſcripſit in hac ſpecie. Verginius quidem Valens teſtamento condito, & Titio hęrede inſtituto, ſeruis ſuis libertatem reliquit, quum & creditores haberet. Is qui hæres ſcriptus erat, hæreditatẽ adire noluit. Futurum erat, vt creditores in bona mitterentur, et ea ſicuti uellent diſponerent: vnus aliquis eorum, qui libertatem in eo teſtamento ac ceperat, nomine Popilius Rufus, bona ſibi volebat addici: ut & libertates conſeruarentur, & creditores danno non afficerẽtur. Aditus igitur Marcus Imperator, in hunc modum reſcripſit: Si Verginij Valentis, qui quibuſdam teſtamento ſuo libertatem adſcripſit, hæreditatem is, quem hære-

idem ſcripſerat, non vult adire, & ex hoc periculum eſt, ne bona à creditoribus diſtrahantur: aditus competens iudex, ab eo, qui libertatem in eo teſtamento accepit, & ſibi bona conſeruandarum libertatum gratia cupit addici, rationem deſiderij eius habebit, & bona ei addicet. Sic tamen, vt & directæ libertates, & eæ, quæ per ſpeciem fideicommiſſi relictæ ſunt, præſtentur. Dummodo ante omnia datis fideiuſſoribus, aut aliter idonee, ſecuros faciat creditores, de ſolido, quod cuique debetur, ſoluendo. Et hi quidem, quibus directa libertas data eſt, perinde ſunt liberi, ac ſi hæreditas ab hærede ſcripto adita fuiſſet, hoc eſt, Orcini fiunt liberti. In ijs autem quibus fideicommiſſaria libertas relicta eſt, is, cui bona addicta ſunt, factum manumittentis ſupplebit, & ipſius ſcilicet fient liberti. Poteſt autem is, cui bona addicuntur, dicere: Non aliter mihi volo bona addici, niſi hac conditione, vt & ij, qui directas libertates habent, mei liberti fiant. Hoc enim proponens audietur, & poſtulationem eius confirmat Imperator: duntaxat, ſi ij, quibus directa libertas debetur, conſentiunt. Sed & illud eadem conſtitutio ad confirmationem ſuæ humanitatis adijcit. Ait enim, Si nullo adeunte, fiſcus vt vacantia, bona defuncti occupare voluerit, non aliter ea capiet, quam ſi libertatem ijs, qui teſtamento manumiſſi ſunt, præſtet: & defuncti ſeruetur voluntas ijs, qui, ſi hæreditas adita fuiſſet, eam conſecuti fuiſſent.

Præſens reſcriptũ non libertatibus tãtũ ſubue

nit,

nit, verum etiam defunctis: ne bona eorum a creditoribus poſſideantur, & veneant. Bonis enim uni eorum, qui libertatem acceperunt, per occaſionem conſeruandarum libertatum addictis, ceſſat bonorum venditio: quoniam idoneus defuncto defenſor inuentus eſt, qui ſecuros, de ſolido quod debetur ſoluendo, creditores faciat. §. hoc reſcripti.

ARGVM.

Bonorum libertatum conſeruandarum cauſa addictio, tum demum locum habet, cum aut ex teſtamento, aut abinteſtato, libertates relictæ fuerint. Et licet qui ſemel hæreditatem repudiarit, reſtitutione petita, eam rurſus adire queat, bonorum tamen ſemel addictio facta, libertateſque datæ minime reuocabuntur. Et quæ inter uiuos libertates datæ fuerint, bonorum addictionem fieri non impedient: quanquam de his cõtendi poſſit, num in fraudem data ſint creditorum.

IN primis hoc ſciendum eſt, tũc locum eſſe huic reſcripto, quũ libertates teſtamento datę ſunt. Quod ergo ſi quis inteſtato decedens codicillis libertates dederit, neque ab inteſtato quiſquã hæreditatem adierit? Et huc quoque ſententia conſtitutionis trahenda eſt. Sin autem quis teſtamento facto decedat, nec teſtamento libertates, ſed codicillis relinquat: dubium non eſt: quin & hic conſtitutio locum habeat. Tunc autem conſtitutionis uerba locum ei oſtendunt eſſe, quum nemo ab inteſtato ſucceſſor exiſtit: ergo quàm diu incertum eſt an exiſtat quis, an non exiſtat ceſſat conſtitutio: quum vero certum fuerit, neminem §. Imprimis

aditurum, tunc coſtitutio vires ſuas explicat.

§. Si is qui. *Deceſſit aliquis, libertatibus in teſtamento relictis, minor quiſpiam vigintiquinque annis ad hæreditatem huius uocabatur: abſtinuit ab hære ditate. Locuſne eſt conſtitutioni? an vero quoniam per in integrum reſtitutionem ad hæreditatem redire poteſt, ceſſat conſtitutio? Et dicimus recte ex conſtitutione petenti bonorum addictionem fieri: quamuis is, qui ab hæreditate abſtinuit, poſſit deinde penitentia acta per in integrum reſtitutionem adeam redire. Quid ergo ſi poſt addictionem bonorum & præſtitas iam libertates, adoleſcens in integrum reſtitutus hæreditatem recuperauit? an libertates, quę ſemel competierunt, reuocabuntur? Nequaquam.*

§. hæc conſtitutio. *Hæc præſens conſtitutio conſeruandis libertatibus introducta eſt. Si nulla igitur libertas relicta eſt, tractatus eius non procedit. Titius, quum creditores aliquot haberet, ſeruos ſuos inter viuos manumiſerat, alijs mortis cauſa libertates dedit: dicendo inter manumittendum: Liberos vos eſſe volo niſi ab hoc morbo liberatus fuero. Mortuus eſt Titius. Creditores volebant reuocari libertates, dicentes in fraudem ſui eas datas fuiße. Hi, qui manumiſſi erant, bona ſibi petebant addici creditoribus de indemnitate promittentes. Audient hæc dicentes: quamuis verba conſtitutionis ad hunc caſum non pateant.*

§. Sed cũ multas. *Sed quum multas diuiſiones huic iuri Imperator noſter ſanctiſſimus videret deeſſe conſtitutionem edidit per quam perfectiſſimum eſt Ius huius ſucceſſionis effectum. Porro diuiſiones eiuſcemodi,*

modi, ipſa conſtitutionis illius verba docebunt.

De ſucceſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditione & ex Senatuſconſulto, Claudiano.

TIT. XII.

ARGVM.

Sublatis, quæ olim per bonorum venditiones, & ex Senatuſconſulto Claudiano fiebant, ſucceſsionibus, hodie per vniuerſitatem acquirendi modos ſanctiſsimus Imperator quatuor reliquit: nimirum hæreditas bonorum poſſeſsio per arrogationem, & bonorum libertatem conſeruandarum cauſa addictionem. Formula autem, qua in iure olim bonorum venditiones fierent, hic egregiè ſimul & doctè traditur.

ANte eam per vniuerſitatem acquiſitionem, quam proximo titulo explicauimus, erant & aliæ per vniuerſitatē acquiſitiones. Quod genus fuerit, Bonorum emptio: quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages multoſq; circuitus fiebat. Et tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in uſu eſſent: hoc eſt, cum vno tantum tempore conuentus haberentur. Porro de conuentu, libro primo abunde dictum eſt. Hodie vero quum iudicia ſint extraordinaria, & quouis tempore exerceantur: non iniuria & bonorum venditiones in deſuetudinem abierunt. Et cum pluribus debere quem compertum eſt, officio iudicis continetur, vt creditoribus bona communis debitoris poſſidere permittat,

*& ea, diſponere prout ſibi conducere putabunt. Sed hæc ex latiore Digeſtorum traditione perfectius cognoſci poterunt. Et hunc quidem in modum olim hæc fiebant: Si contigerat, ut quiſquam grande æs alienum contraxiſſet, ac multa nomina confeciſſet: & poſtea latitaſſet, nec defenſorem habuiſſet: creditores in vnum congregati, Prætorem adibant, querelam ei ſuam exponentes; permittebatq; illis Prætor, ut bona debitoris poſſiderent: & poſſidebant ea in certum dierum ſpatium. Quibus elapſis rurſus adibant Prætorem, petentes ut ſibi liceret vnum ex numero ſuo conſtituere, qui debitoris patrimonium diuendere deberet. Nam quum moleſtum eſſet quotidie omnes in unum coire, unum ex numero ſuo creabant, qui dicebatur * Magiſter. Et de cætero ille cum ijs qui emere vellent, contrahebat. Fiebatq; in celeberrimis quibuſque totius vrbis locis proſcriptio, hęc ſignificans: Ille debitor noſter, in ea cauſa eſt, uel bona eius diuendi debeăt. Nos creditores patrimonium eius diſtrahimus. Quicunque emere volet, adeſto. Ac deinde paucis diebus elapſis, iam tertium adibant Prætorem, qua ex re conſequebantur, ut ſibi liceret legem bonorum vẽditorẽm facerę.*

*Magiſter.] Hinc locus Ciceronis in quandam, quã dũ viueret ludũ habuiſſe dicebat, & mortuam magiſtros habere cępiſſe. Hinc & ad Fabium Gallum, de Cęſare, Sed heus tu (inquit) Manum de tabula, Magiſter adeſt. Curtius.

Atque

Atque ex eo tempore, pręfatæ præſcriptioni talia quædam addebant, Verbigratia, Ea quicunque emerit, creditoribus in dimidiam partem eorum, quæ ipſis debentur, reſpondere debet: ſic, vt cui centum aurei debentur, accipiat quinquaginta: & cui ducenti, accipiat centum. Atque quum poſt hęc, ſtatutum tempus præteriſſet, tunc emptori patrimonium debitoris addicebatur. Et vocabatur is, qui emerat, bonorum emptor. Actioneſque omnes, quæcunque ei vel contra eum, qui paſſus erat bonorum venditionem, competebant, hæ in bonorum emptorem transferebantur, & vtiliter vel experiebatur, vel conueniebatur: ſicut & bonorum poßeſſor. Vterque enim ſucceſſor Prætorius eſt. Sed quemadmodum iam ante dictum eſt, omnes illæ ambages otioſæ ſunt atque inutiles, quoniam iudicia ſunt extraordinaria.

Erat & alia per vniuerſitatem acquiſitio, quæ inuenta fuit ex Senatuſconſulto Claudiano. Nam ſi libera mulier ſerui mei amore accenſa, impedimento fuiſset, quo minus frequenti diligentiq; eius opera miniſterioq; vtere: licebat mihi denuntiationem coram ſeptem teſtibus ad eam mittere, monendo ac iubendo, ut a ſeruo meo abſtineret. Si non parebat denuntiationi primæ, nec abſtinebat, licebat & ſecunda denuntiatione vti. Et quum illa nihil de conſuetudine ſua mutaret, denuntiabam ei & tertium. Si neque tunc a ſeruo meo ſe continebat: profitebar, ac proferebã denuntiationes meas apud Prætorem aut Præſidem, qui interloqutione ſua, eam §. Erat

mihi

dantur, neque ijs quę ab inteſtato, perpetuo poſſes annumerare. Sed vt extremum auxilium & prætor ordinem inuentum, eam Prętores dare, quū neceſſe fuerit, ſolent, alias ex teſtamento, alias ab inteſtato. Porro nomen ei tale eſt, Quibus vt detur, uel lege, vel S. C. vel Principis conſtitutione comprehenſum eſt. Potes & aliud ei nomen dare ac vocare, Quibus ex legibus.

ARGVM.

Quas bonorum poſſeſſiones Prætor, introduxit, eiſdem certo definitoque tempore cōcluſit, nedum in capeſſenda hæreditate inter perſonas diſparis gradus mora ſit, ſuis actionibus experiundi creditoribus occaſio præcidatur, ac proinde his per moras fraudentur. Sicque parentibus ac liberis tum naturalibus, tum adoptiuis anni ſpatium ad bonorum poſſeſſionem ex teſtamento, uel ab inteſtato prout competit, petendam, indulſit, agnatis vero ac cognatis, & deinceps extraneis centum dierum moras conceſſit. Eius autem qui intra hæc tempora non petierit, portio his, qui eiuſdem gradus fuerint, accreſcit: quibus deficientibus reliqui ſecundum gradus prærogatiuam uocantur.

§. Cū igitur *QVum igitur multas bonorum poſſeſſionum ſpecies Prætor introduxerit, eaſque per ordinem diſpoſuerit, & in vnaquaque bonorum poſſeſſione, nonnunquam multæ ſuperſint perſonæ diſpari gradu: ne actiones creditorum longius differantur, ſed ut habeant, quos conuenire poſſint: ut ne facile in poſſeſſionem bonorum defuncti mittantur, & ita indemnitati ſuę conſulant huiuſce rei gratia, Prætor vnamquanque bonorū poſſeſſionem certo tempore concluſit: quo elapſo ijs, qui ſequuntur, locus ſit. Parentibus igitur liberiſque*

que, tum naturalibus tum adoptiuis, anni ſpatiū dedit Prætor ad petendam bonorum poſſeſſionem ex teſtamento vel ab inteſtato ſibi competentē: hoc autem tempore præterito bonorum poſſeſſionē ſibi competentem amittunt. Cæteris vero agnatis, vel cognatis aut extraneis ſpatium centum dierū dedit. Et ſi intra hos centum dies bonorum poſſeſſionem ſibi competentem agnoſcere neglexerint, tunc ſiquidem ſunt alij eodem gradu, pars non petentis illis accreſcit: ſin autem nullus ex eodē gradu præcedit, qui ſequenti gradu ſunt, veniunt veluti per ſucceſſionem: perinde atque ſi is, qui præceſſit, nec petijt ex eo numero non fuiſſet.

Quum delata mihi eſſet bonorum poſſeſſio, & ego eam intra annum petere deberem, quia ex parentibus eram aut ex liberis: vel intra cētum dies, quia alius quiſpiam eram: repudiaui eam. Non dicimus expectandum eſſe, quoad tempus quod vel anno deerat vel centum diebus prætereat, vt ſequenti locus tunc demum fiat: verum ſtatim cæteri, qui ſequenti gradu, aut ordine ſunt, ad bonorum poſſeſſionem vocabuntur. §. Si quis itaq;

ARGVM.

Ad petendum bonorum poſſeſſionem tempora vtiliter connumerantur, non autē continenter ſupputantur, præſertim ei, qui eam ſibi competere ſciuit. Cæterum ei, qui ignorauit, aut cum ſciret, maiori negotiorum neceſſitate diſtrictus petere non potuit, huiuſmodi tempora non current. Et qui bonorum poſſeſſionem petere aut agnoſcere uoluerit, libere, ut uolet, citra iuris ſolennitatem, id efficere poteſt.

6\. Impetenda.

TEmpus bonorum poſſeſſionis petendæ, vtile eſt non continuum, hoc eſt illi currũt dies bonorum poſſeſſionis, qui eam ſibi ſcit competere, & eam petere poteſt. Si enim aut neſcinit ad bonorum poſſeſſionem defuncti ſe vocari, aut ignorauit aliquem cognatorum defunctum eſſe; aut quũ hæc ſciret, petere tamen non potuit, quod maiori neceſſitate diſtineretur tempora ei bonorum poſſeſſionis non current. Et olim quidem petendę erãt, & in petendo conſiſtebant bonorum poſſeſſiones: ac neceſſe erat Prætorem adire, & ſpecialiter dicere: Da mihi hanc bonorum poſſeſſionem: Sed hodie conſtitutionibus principum effectum eſt, vt quocũque modo is, cui bonorum poſſeſſio competit, intra ſtatutum tempus oſtenderit ſe dictam bonorum poſſeſſionem admittere, pleniſſimum habeat eius beneficium.

De acquiſitione per arrogationem.

TIT. X.

ARGVM.

Arrogati bona, quanquam olim arrogatori omnia acquirerẽtur, his ſolum quæ capitis minutione pereunt exceptis: hodie tamen principali conſtitutione ſolus ipſi bonorum adſcititiorum arrogati uſuſfructus acquiratur: vt conditionis melioris nõ ſit is, quẽ ius Ciuile patrem, quã quẽ natura fecit.

DICTVM eſt de duob⁹ ꝑ uniuerſitatẽ acquirẽdi modis: de hęreditate, quę vel ex teſtamento vel ab inteſtato ad nos pertinet. Deinde & de bonorũ poſſeſſione, quæ & ipſa

ipſa ſimiliter vel ex teſtō, uel ab īteſtato nobis defertur. Dicamus, & de tertia ꝑ uniuerſitatē acqſitione. Hæc aūt neque lege duodecim Tabularū, neque edicto Prætoris inuēta: ſed eo iure, qđ ſine ſcripto et ex appbatione prudētū receptū eſt, introducta eſt in communem ciuitatis uſum. Nā longe aliud eſt lex, & aliud ciuilis uſus. Quoniā lex eſt, quæ propriā habet appellationem, ut lex duodecim Tabularum, lex Ælia Sentia, lex Furia Caninia, lex Falcidia. Vſus uero ciuilis eſt approbatio prudentium nulla ſcriptura conſtans, quum quid primum ſine ſcripto indictum eſt, deinde per uſum longius productum: & ad extremum, quum prudentes id vtile eſſe indicaſſent, approbatione ſua confirmarunt: veluti, Ecce ſi paterfamilias in arrogationem ſe dederit, omnes illius res corporales & incorporales, quę ei debentur, arrogatori antea quidem acquirebat, dominum eum rerum ſuarum faciens: ijs exceptis, & quæ per capitis diminutionem pereunt, cuiuſmodi eſt operarum obligatio, (quid autem id ſit, infra dicemus) & ius agnationis, nam iure agnationis propter capitis diminutionem ad ſuperiorum agnatorum hęreditatem non uocabatur. Vſus enim & uſuſfructus, quamuis olim hoc quoque modo extinguerentur, Imperatoris tamen noſtri conſtitutionē prohibitum eſt, ne minima capitis diminutione perirent. Sed idem ille ſanctiſſimus noſter Imperator, acquiſitionem hanc, quæ per arrogationem fiebat, in anguſtum contraxit, ſimilem eam faciens acquiſitioni naturalium parentum.

R 3 *Quoniam*

Quoniam neque naturali, neque adoptiuo patri quicquam vltra uſumfructum in ijs rebus acquiritur, quas liberi extrinſecus, & non ex re patris acquirunt.

A.R G V M.

Arrogati hæreditas ad arrogatorē, niſi hi, qui ipſi de Iure præferūtur, ſuperſint, defertur, nec pro nominibus ante arrogationem contractis proprio nomine recte conuenitur, filij autem nomine utili ter impeditur.

§. Mortuo. *SI contingat, ut is, qui in arrogationem acceptus eſt, apud arrogatorem, inque adoptiua familia decedat: & rerum dominium in arrogatorem tranſit, niſi ſuperſint aliæ perſonæ, quę ex conſtitutione Imperatoris noſtri, patri in ſucceſſione earū rerū, quæ acqri non poſſunt, præferantur.*

§. Sed ex diuerſo. *Sin autem is, qui ſe in arrogationem dedit, debeat aliquibus, ipſo quidem Iure, & stricta ratione, arrogator pro eo non tenetur. Quomodo enim ex eo quod alius contraxit, cum alio agetur? Sed nomine filij agetur cum eo: et ſi nolit eum defendere, facultas datur creditoribus: ut authoritate competentium magiſtratuum, bona, quæ filij adoptiui cum uſufructu futura erant, ſi ſeſe in arrogationem non dediſſet, in poſſeſſionem ſuam redigant, & legitimo modo ea diſponant.*

De eo cui libertatis cauſa bona addicuntur.

T I T. XI.

A R G V M.

Teſtatoris in teſtamento libertates relinquentis, ſi hæreditas ab hærede ſcripto non adeatur, ac proinde

inde ruituræ ſint libertates ipſæ: poteſt idem, cui & libertas relicta eſt, aut alius quiſpiam colore cõ ſeruandarum libertatum quæſito, defuncti bona ſibi addici petere, & ſatiſdato creditoribus de ſuo recipiendo, hæreditatem apprehendere, eiuſdemq; creditoribus quatenus defuncti facultates ferent ſatisfacere. Et quibus libertas directo aut per fideicommiſſum relicta fuerat, hi liberi mox fient, quãlibet à fiſco bona intercepta fuerint. Quo fit ut eodem vno remedio ſimul & defunctorum uoluntati & libertati, & ſimul creditoribus conſulatur.

EST & quarta ſpecies acquiſitionis per uniuerſitatem, noua admodum, & veteribus ignota, ex conſtitutione D. Marci inuenta. Nã ſi hi, qui libertatem acceperunt in teſtamento, ex quo nemo hæreditatem adit, libertatum conſeruandarum cauſa bona ſibi addici petant, id aſſequentur, quemadmodum dicta Marci voluit conſtitutio, quam ad Popilium Rufum ſcripſit in hac ſpecie. Verginius quidem Valens teſtamento condito, & Titio hærede inſtituto, ſeruis ſuis libertatem reliquit; quum & creditores haberet. Is qui hæres ſcriptus erat, hæreditatẽ adire noluit. Futurum erat, vt creditores in bona mitterentur, et ea ſicuti vellent diſponerent: vnus aliquis eorum, qui libertatem in eo teſtamento acceperat, nomine Popilius Rufus, bona ſibi volebat addici: ut & libertates conſeruarentur, & creditores danno non afficerẽtur. Aditus igitur Marcus Imperator, in hunc modum reſcripſit: Si Verginij Valentis, qui quibuſdam teſtamento ſuo libertatem adſcripſit, hæreditatem is, quem hære-

idem ſcripſerat, non vult adire, & ex hoc periculum eſt, ne bona à creditoribus diſtrahantur: aditus competens iudex, ab eo, qui libertatem in eo teſtamento accepit, & ſibi bona conſeruandarum libertatum gratia cupit addici, rationem deſiderij eius habebit, & bona ei addicet. Sic tamen, vt & directæ libertates, & ea, quæ per ſpeciem fideicommiſſi relicta ſunt, præſtentur. Dummodo ante omnia datis fideiuſſoribus, aut aliter idonee, ſecuros faciat creditores, de ſolido, quod cuique debetur, ſoluendo. Et hi quidem, quibus directa libertas data eſt, perinde ſunt liberi, ac ſi hæreditas ab hærede ſcripto adita fuiſſet, hoc eſt, Orcini fiunt liberti. In ijs autem quibus fideicommiſſaria libertas relicta eſt, is, cui bona addicta ſunt, factum manumittentis ſupplebit, & ipſius ſcilicet fient liberti. Poteſt autem is, cui bona addicuntur, dicere: Non aliter mihi volo bona addici, niſi hac conditione, vt & ij, qui directas libertates habent, mei liberti fiant. Hoc enim proponens audietur, & poſtulationem eius confirmat Imperator: duntaxat, ſi ij, quibus directa libertas debetur, conſentiunt. Sed & illud eadem conſtitutio ad confirmationem ſuæ humanitatis adijcit. Ait enim, Si nullo adeunte, fiſcus vt vacantia, bona defuncti occupare voluerit, non aliter ea capiet, quam ſi libertatem ijs, qui teſtamento manumiſſi ſunt, præſtet: & defuncti ſeruetur voluntas ijs, qui, ſi hæreditas adita fuiſſet, eam conſecuti fuiſſent.

Præſens reſcriptũ non libertatibus tãtũ ſubue

nit,

nit, verum etiam defunctis: ne bona eorum a cre ditoribus poſſideantur, & veneant. Bonis enim uni eorum, qui libertatem acceperunt, per occaſionem conſeruandarum libertatum addictis, ceſſat bonorum venditio: quoniam idoneus defuncto defenſor inuentus eſt, qui ſecuros, de ſolido quod debetur ſoluendo, creditores faciat. §. hoc reſcripti.

ARGVM.

Bonorum libertatum conſeruandarum cauſa ad dictio, tum demum locum habet, cum aut ex teſtamento, aut abinteſtato, libertates relictæ fuerint. Et licet qui ſemel hæreditatem repudiarit, reſtitutione petita, eam rurſus adire queat, bonorum tamen ſemel addictio facta, libertateſque datæ minime reuocabuntur. Et quæ inter uiuos libertates datæ fuerint, bonorum addictionem fieri non impedient: quanquam de his cõtendi poſſit, num in fraudem data ſint creditorum.

IN primis hoc ſciendum eſt, tũc locum eſſe huic reſcripto, quũ libertates teſtamento datę ſunt. Quod ergo ſi quis inteſtato decedens codicillis libertates dederit, neque ab inteſtato quiſquã hæreditatem adierit? Et huc quoque ſententia conſtitutionis trahenda eſt. Sin autem quis teſtamento facto decedat, nec teſtamento libertates, ſed codicillis relinquat: dubium non eſt: quin & hic conſtitutio locum habeat. Tunc autem conſtitutionis uerba locum ei oſtendunt eſſe, quum nemo ab inteſtato ſucceſſor exiſtit: ergo quam diu incertum eſt an exiſtat quis, an non exiſtat ceſſat conſtitutio: quum vero certum fuerit, neminem §. Imprimis

 aditurum,

aditurum, tunc coſtitutio vires ſuas explicat.

§. Si is qui. *Deceſſit aliquis, libertatibus in teſtamento relictis, minor quiſpiam vigintiquinque annis ad hæreditatem huius uocabatur: abſtinuit ab hæreditate. Locuſne eſt conſtitutioni? an vero quoniam per in integrum reſtitutionem ad hæreditatem redire poteſt, ceſſat conſtitutio? Et dicimus recte ex conſtitutione petenti bonorum addictionem fieri: quanuis is, qui ab hæreditate abſtinuit, poſſit deinde penitentia acta per in integrum reſtitutionem adeam redire. Quid ergo ſi poſt addictionem bonorum & præſtitas iam libertates, adoleſcens in integrum reſtitutus hæreditatem recuperauit? an libertates, quę ſemel competierunt, reuocabuntur? Nequaquam.*

§. hæc conſtitutio. *Hæc præſens conſtitutio conſeruandis libertatibus introducta eſt. Si nulla igitur libertas relicta eſt, tractatus eius non procedit. Titius, quum creditores aliquot haberet, ſeruos ſuos inter viuos manumiſerat, alijs mortis cauſa libertates dedit: dicendo inter manumittendum: Liberos vos eſſe volo niſi ab hoc morbo liberatus fuero. Mortuus eſt Titius. Creditores volebant reuocari libertates, dicentes in fraudem ſui eas datas fuiſſe. Hi, qui manumiſſi erant, bona ſibi petebant addici creditoribus de indemnitate promittentes. Audient hæc dicentes: quamuis verba conſtitutionis ad hunc caſum non pateant.*

§. Sed cũ multas. *Sed quum multas diuiſiones huic iuri Imperator noſter ſanctiſſimus videret deeſſe conſtitutionem edidit per quam perfectiſſimum eſt Ius huius ſucceſſionis effectum. Porro diuiſiones eiuſcemodi,*

modi, ipſa conſtitutionis illius verba docebunt.

De ſucceſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditione & ex Senatuſconſulto, Claudiano.

TIT. XII.

ARGVM.

Sublatis, quæ olim per bonorum venditiones, & ex Senatuſconſulto Claudiano fiebant, ſucceſsionibus, hodie per vniuerſitatem acquirendi modos ſanctiſsimus Imperator quatuor reliquit: nimirum hæreditas bonorum poſſeſsio per arrogationem, & bonorum libertatem conſeruandarum cauſa addictionem. Formula autem, qua in iure olim bonorum venditiones fierent, hic egregiè ſimul & doctè traditur.

ANte eam per vniuerſitatem acquiſitionem, quam proximo titulo explicauimus, erant & aliæ per vniuerſitatē acquiſitiones. Quod genus fuerit, Bonorum emptio: quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages multòſq; circuitus fiebat. Et tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in uſu eſſent: hoc eſt, cum vno tantum tempore conuentus haberentur. Porro de conuentu, libro primo abunde dictum eſt. Hodie vero quum iudicia ſint extraordinaria, & quouis tempore exerceantur: non iniuria & bonorum venditiones in deſuetudinem abierunt. Et cum pluribus debere quem compertum eſt, officio iudicis continetur, vt creditoribus bona communis debitoris poſſidere permittat,

Atque ex eo tempore, pręfatæ præſcriptioni talia quædam addebant, Verbigratia, Ea quicunque emerit, creditoribus in dimidiam partem eorum, quæ ipſis debentur, reſpondere debet: ſic, vt cui centum aurei debentur, accipiat quinquaginta: & cui ducenti, accipiat centum. Atque quum poſt hęc, ſtatutum tempus præteriſſet, tunc emptori patrimonium debitoris addicebatur. Et vocabatur is, qui emerat, bonorum emptor. Actioneſque omnes, quæcunque ei vel contra eum, qui paſſus erat bonorum venditionem, competebant, hæ in bonorum emptorem transferebantur, & vtiliter vel experiebatur, vel conueniebatur: ſicut & bonorum poſſeſſor. Vterque enim ſucceſſor Prætorius eſt. Sed quemadmodum iam ante dictum eſt, omnes illæ ambages otioſæ ſunt atque inutiles, quoniam iudicia ſunt extraordinaria.

Erat & alia per vniuerſitatem acquiſitio, quæ inuenta fuit ex Senatuſconſulto Claudiano. Nam ſi libera mulier ſerui mei amore accenſa, impedimento fuiſset, quo minus frequenti diligentiq; eius opera miniſterioq; vtere: licebat mihi denuntiationem coram ſeptem teſtibus ad eam mittere, monendo ac iubendo, ut a ſeruo meo abſtineret. Si non parebat denuntiationi primæ, nec abſtinebat, licebat & ſecunda denuntiatione vti. Et quum illa nihil de conſuetudine ſua mutaret, denuntiabam ei & tertium. Si neque tunc a ſeruo meo ſe continebat: profitebar, ac proferebã denuntiationes meas apud Prætorem aut Præſidem, qui interloquutione ſua, eam §. Erat

mihi in ſeruitutē dabat: & dominus efficiebat, non mulieris tantum, ſed etiam omnium bonorum eius. Id quum Imperator noſter religioſiſſimus temporibus ſuis indignum iudicaſſet, ſuſtulit, & e ciuitate ſua eiecit, neque Digeſtis ſuis paſſus eſt inſeri. Sic igitur quatuor ſunt per uniuerſitatem acquiſitiones, hæreditas, bonorum poſſeſſio, per arrogationem, & bonorum addictio libertatum conſeruandarum cauſa. Et hæ adhuc in communi uſu uerſantur. Sublatæ autem duæ ſunt, & ex Senatuſconſulto Claudiano in ſeruitutem redactio.

De obligationibus.
TIT. XIII.

ARGVM.

Abſolutis, ac perfectæ Iuris ciuilis partibus prioribus duabus, de perſonis nempe atque rebus, traditis, nunc ad tertiam partem tranſiturus, quaſi viam præmuniturus, prius de obligationum vi atque natura tractat, vt inde velut fonte & actionum primaria materia ad ipſas actiones, ſit huius ſtudij candidatus non modo paratior, ſed inſtructior quoque. Et quoniam hic titulus, aut finiendo, aut diuidendo procedit, argumento ſummario nō eget.

QVum de rebus dictum ſit, tranſeamus nunc ad obligationes. Atqui, poſſit aliquis ordinem hunc reprehendere, & dicere, nos præter quàm promiſſum eſt, de obligationibus diſputationem inſtituere. Nam quum libro primo diſſereremus, circa quot Ius Ciuile Romanorum verſaretur, diximus id omne eſſe in his, in perſonis, in rebus, & in actionibus. Quū igitur

igitur tractauerimus de perſonis, diſſeruerimus item de rebus, conſequens erat de actionibus dicere. Quomodo igitur relictis actionibus, ad obligationes deflexímus? Verum defenſione hic ordo nō caret. Nam, qui de obligationibus tractat, paulatim taciteque & de actionibus tractat: Quoniam actionum matres ſunt obligationes. Defenſa ordinis noſtri ratione, dicamus quid ſit obligatio. Obligatio eſt Iuris vinculum, quo quiſque ſoluere, quod debet, cogitur, ſecundum ciuitatis noſtræ iura. Nouiße enim te opinor, non omnem debiti ſolutionem validam & vtilem eſſe per ſeſe, niſi ſecundum iura fiat. Id autem dixi ueluti per obſcurum ſignificans, ea quæ vel pupillo ſoluuntur, vel pupillus ipſe ſoluit. Nam & tutoris authoritatem interuenire oportet, aliquando etiam alia obſeruari debent. Omnium autem obligationum ſumma diuiſio in his eſt: Nanque aut Ciuiles ſunt aut Prętoriæ. Ciuiles quidem, quæ aut legibus inuentæ, aut Iure ciuili comprobatæ ſunt. Prætoriæ vero, quas Prætor ex ſua Iuriſdictione conſtituit: quæ & Honorariæ uocantur. Et hæc quidem prima diuiſio eſt. Sequens diuiſio hæc eſt, quæ in quatuor ſpecies ſcinditur. Aut enim ex contractu ſunt, aut ex quaſi contractu, aut ex delicto, aut ex quaſi delicto. Porro prius eſt, ut de ijs diſſeramus, quæ ex contractu ſint. Contractus autem eſt, duorum plurium ve in idem conuentio & conſenſus ad coſtituendam obligationem, & vt alter alteri fiat obnoxius. Quatuor autem ex contractibus ſpecies obligationum naſcuntur, quoniam aut re contrahuntur, aut verbis, aut

§. Omnium.

§. Sequēs.

§. Prius.

ferrum, cera, pix, ſtannum. Menſura, veluti oleū, vinum, frumentum. Numero, vt minuti numi. Et (vt vno verbo rem totam concludam) quaſcunque res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientis fiant: non vt eadem nobis reddantur, ſed aliæ eiuſdem naturæ & qualitatis. Vnde & mutuum appellatum eſt, quia ita à me tibi datur, vt de meo tuum fiat. Ex hoc autem contractu naſcitur actio, quæ dicitur Condictio.

ARGVM.

Indebitum quoque errore ſolutum, accipientem re etiam obligat, quem errore deinceps comperto, ad ſoluti indebitē reſtitutionem indebiti cōdictione conuenire licet. Ad mutui uero repetitionem, mutùi condictio competit. Pupillus tamen tutoris authoritate non interueniente, non magis ex indebite ſoluto re obligatur, atque ex mutuo, quod cū pupillo ſubſiſtere nequit.

INter obligationes, quæ re contrahuntur, eſt & Indebitum. Nam ſi quum ego me tibi debere putarem centum ſolidos: eos tibi per errorem ſoluero, dominum te facio. Sed poſtea cognita ueritate poſſum eos recipere, per actionem condictitiam. Nam agens dicam, Si apparet hunc dare oportere. Sed & mutuum repetens agam actione condictitia, (vt dictum eſt) iiſdem vtens uerbis. Sed altera dicitur condictio mutui, & altera condictio indebiti. Quoniam in vtroque factum numerationis procedit. Neque hæc ſola eſt communio condictionis mutui & indebiti, verum etiam illa: Pupillus) vt dictum §. Item is qui que.

eſt

eſt libro ſecundo) ſine tutoris authoritate mutuo accepto, non obligatur: neque etiam ſi indebitum ei ſoluero tutore non præſente, condictione indebiti mihi tenetur. Et in his quidem communio eſt: in illo autem differentia, quód condictio mutui ex contractu conſtituatur. Nam mutuum do, vt tu mihi obligeris. Condictio vero indebiti, nullum in ſeſe contractum habeat. Quis enim contractum vocet, quum animo debitum agnoſcentis & obligationem diſſoluere volentis, erroneam ſolutionem facio, non ut obligationem conſtituam?

ARGVM.

Commodato acceptum re obligationem parit, ſicuti & mutuo captum. At inter hæc differentia eſt, quòd in illo dominium non transferatur, in hoc ſic. Ad hæc qui mutuum accepit, quocunque caſu res interuerſa fuerit, aut perierit, obligatus permanet: in commodato non æque, licet in re cuſtodienda exactiſſimam diligentiam, præſtare debeat. At de fortuitis, ſi non culpa præceſſerit, mini me tenetur. Hoc præterea in ſe, commodatum habet, vt gratuitum ſit, mercede autem conſtituta
§. Itē is cui. commodationem amplius non retinebit.

INter obligationes quæ re contrahuntur, refertur & commodatum. Nam ſi quis me rogarit, ut librum meum ſibi commodem, & ego commouerim: ecce factum ſubſequutum eſt, & obligationem, quæ re contrahitur, peperit, & commodati actio naſcitur. Sed longe diſtat commodatum a mutuo. Nam in mutuo dominium transfertur, in commodato non transfertur: & ob id, de ea re ipſa reſtituenda tenetur is, qui vtendum accepit. Eſt & alia differentia: Nam is, qui mutuum accepit,

pit, ueluti, incendio, ruina, naufragio, aut latronum hoſtiumve incurſu: nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum accepit ſane quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare iubetur, nec ſufficit ei, tantam diligentiam rei commodatę adhibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibet: ſed quantam alius quiſpiam diligentior adhibere poßet. Si tamen maiore vi, hoc eſt, fortuito caſu rem commodatam contingat perire, non tenebitur: ſi modo non ipſius culpa is caſus interuenerit. Unde ſi commodauerim tibi librum, tuque peregre profectus eum tecum tuleris, & hoſtium prędonumve incurſu amiſeris: non dubium eſt, quin ad eius reſtitutionem teneаris. Nec enim decebat eum, præter meum conſenſum tecum peregre ferre. Commodatum gratuitum eſſe oportet, hoc eſt, gratis commodanda eſt quæq; res, nulla data mercede ac ne conſtituta quidem. Mercede enim conſtituta aut data, locatus tibi eße libri uſus uidetur: nec amplius id commodatum uocabitur. Commodatum enim (ut dictum eſt) gratuitum eße oportet.

ARGVM.

Obligatio re quoque ex depoſito & pignore contrahitur: at depoſitarius de dolo, creditor vero ob pignus acceptum de leui culpa tenetur. Et electi in depoſito negligentia, eligenti imputanda eſt.

INter obligationes, quæ re contrahuntur, eſt & depoſitum. Nam ſi ego rem meam apud te deponam, re mihi obligaris, & teneris actione depoſiti: quam aduerſus te habebo, ipſum depoſitum repetens. Id autem ſolum cauendum eſt, nequid dolo in re depoſita cōmittas: ſin uero deſidia tua, §. Præterea.

aut

qui negligentia deterior facta fuerit, non teneberis eo nomine: quemadmodum neque ſi per negligentiam tuam furto ſublata fuerit. Quia qui negligenti amico rẽ ſuam cuſtodiendam tradidit, ſuam ſtultitiam accuſare debet. §. Creditor. *Quum centum ego ſolidos a te mutuo accepiſſem, ſeruum tibi meum in cauſam pignoris tradidi. Re mihi obligaris, & teneris actione pignoratitia, per quam poſt debiti ſolutionem, tu mihi rem ipſam reſtituere cogeris. Porro in vtriuſque commodum & vtriuſque gratia pignus inuentum eſt, tum mea qui mutuor: tum tua, qui mutuas: Et mea quidem, quia tu accepto pignore libentius mihi credis centum illos ſolidos. Tua autem, quia per retentionem pignoris cauſa crediti tui in tuto eſt. Itaque ob eam rem, quia ſcilicet id lucrari videaris, quod de indemnitate conſultum tibi ſit, exactam diligentiam cuſtodiendo pignori adhibere debes. Quód ſi quo fortuito caſu pignus perierit, non tenebitur creditor, ſed abhuc creditum ſine impedimento repetet.*

De verborum obligationibus.

TIT. XV.

ARGVM.

Verbis obligatio tum contrahi dicitur, cum nobis fieri darive ſtipulamur, interrogatione ac reſpõſione apte commodeque intercedentibus: Ex ea autem actiones duæ proficiſcuntur, cer-

tiſci-

ti ſcilicet condictio, & ſi quid incertum in ſtipulationem deductum ſit, ex ſtipulatu actio. Quibus autem uerbis ſtipulatio hodie fiat, nihil omnino refert, ſi modo contrahentes ſe mutuo intelligant, & eorum conſenſus intercedat.

QVVM dictum ſit de obligatione quæ re contrahitur, dicamus & de ea, quę verbis. Verbis autem contrahitur obligatio, ex interrogatione & commoda reſponſione: quum quid fieri, aut dari ſtipulamur. Dari: vt Promittis mihi dare centum aureos? Fieri: ut, Promittis mihi ędificare domum? Porro ex uerborum obligatione duæ actiones proficiſcuntur, Condictio. & Ex ſtipulatu. Et ſi quidem certum eſt, & apertum, ſtabileq;, et ſtatutum, quod in ſtipulationem deductum eſt, competit certi condictio. Dixi enim, Promittis mihi dare hūc fundum aut hunc librum? Quód ſi incertum ſit, ut ſi dixerim, Promittis mihi dare, quæ in arcula illa ſunt, aut quæ in horreo illo habes? tunc naſcitur actio ex ſtipulatu. Stipulatio autem inde appellata eſt, quód apud ueteres ſtipulū firmū diceretur: forte a ſtipite. In obligatione verborum talia olim verba fuerūt tradita, ꝑ quæ ſtipulationes fiebāt. Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto. Fide promittis? fide ꝓmitto? Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam. Nec intererat, Latine, an Græce, an quauis alia lingua, ueluti Syrorum aut Aegyptiorum ſtipulatio conciperetur: duntaxat, quum uterq; contrahentium eius lingua intellectum habebat. Nec uero neceſſe erat utrumq; eadem

§. In hac re

dem

dem lingua vti, verum ſufficit conuenienter ad interrogationem dari reſponſum. Veluti ſi me Latine interrogaris, Promittis? poſſum Græce dicere ὁμολογῶ. Aut contra, ſi mihi Græce dixeris, ὁμολογεῖς? poſſum Latine reſpondere, Promitto. Poſſunt etiam duo Græci Latine obligationem verbis contrahere, quod genus eſt illud, Promittis? Promitto. Sed hęc quidē ſolennia verba olim uſu fuerunt. Poſtea autem edita eſt Leonis conſtitutio, quæ ſtipulationum ſolennibus verbis ſublatis, conſenſum ab vtraque parte & conſonantem intellectum intercedere requirit, nulla deſiderata verborum obſeruatione.

ARGVM.

Stipulatio omnis aut pure, aut in diem, aut ſub conditione cōcipitur: quæ pure cōcepta eſt, petitionē ſtatim parit. At in ea quæ in diem collata, & ſi res in ſtipulationem deducta, mox cū promiſſa eſt debeatur, ante diē tamē collapſum peti nequit. Cæterū ſi ad uitæ tēpus ſtipulatio concepta ſit, mortis tempore minime perimitur: ut quæ pura ac perpetua ſit, verum exceptionis beneficio ſubuertitur.

§. Omnis. *STipulationes vero, aut pure, aut in diem, aut ſub conditione cōſtituuntur. Pure. vt, Promittis mihi dare ducentos aureos? Quæ ſtipulatio ſtatim parit petitionem. In diem, quum tempus ſtipulationi adiicitur, quo pecunia ſoluatur. Veluti, Promittis mihi dare decem aureos proximis Calendis Martij? Id autem, quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur: ſed peti priuſquam dies venerit, non poteſt, quinimo ne ipſis quidem Calendis, quia totus is dies in arbitrio promiſſoris eſt, an ſcilicet ſoluere uelit. Quamuis*

enim

enim ſeptem aut octo horæ illius diei prærerie rint, eo non ſoluente: nondum tamen ceſſare vide tur: quoniam fieri poteſt, vt & decima hora ſol uat. Tunc autem ceſſator eſſe uidetur, quum to tus dies Calendarum Martij præterierit, illo ni hil præſtante. Stipulatus ſum ab aliquo in hunc modum: Decem mihi aureos annuos quoad vi- uam dare promittis? Talis ſtipulatio pura eſt: quo niam ex ea primo anno peti poteſt. Eſt autem ea & perpetua, nec tempore vllo perimitur. Nam ſtipulatio ad tempus conſtitui non poteſt. Veluti ſi dicam: Decem mihi aureos dare promittis vſ- que ad decem annos? hoc eſt, vt ſi intra decem an- nos eos a te petam, eos habeam: ſin prætereat de- cennium nec petam, vt perimatur actio. Sic igi- tur perpetua eſt actio ex ſtipulatione, & ita con cepta: Decem aureos annuos quoad viuam dabis? Sed mortuo ſtipulatore, ſi hæres eius ex ſtipulatu velit agere, petens ſummas annorum, qui a morte ſtipulatoris elapſi ſunt, exceptione pacti ſubmoue bitur: quaſi ſtipulatio ſub hac conditione, Quoad viuam, concepta fuiſſet. Hoc enim locum præ- buit exceptioni pacti. §. At ſi ita.

ARGVM.

Conditionalis ſtipulatio ea eſſe dicitur, quæ in aliquem caſum dilata cōmitti habet, ſi quid factū fuerit, vel id minime. Quæ ſi negatiue concepta, eum ſtipulatore viuo impleri nequeat, eius morte effectum conſequitur. At hoc habet conditionalis ſtipulatio, vt ipſius ſpes ad ſtipulantis hæredes permeet.

SVb conditione autem ſtipulatio conſtituitur, quum in aliquem caſum differtur obligatio, vt ſi §. Sub conditione.

vt ſi aliquid factum fuerit vel non fuerit committatur ſtipulatio. Veluti, Quinq; mihi aureos dare promittis ſi Titius conſul factus fuerit? aut ſi non fuerit?

§. Si quis ita. *Si quis ita ſtipuletur, Si in Capitolium non aſcendero, quinque mihi aureos dabis? perinde eſt hæc ſtipulatio, atque ſi ſtipulatus eſſem, Quinque aureos mihi quum moriar, dare promittis? Tunc enim quum moriar, certum planumq; fiet, me in Capitolium non aſcendiſſe. Quoniam quantuncunque temporis me viuo prætereat, & ſi in Capitolium non aſcendam, tamen ad faciendam eius rei fidem non ſufficit, quod amplius in Capitolium non aſcendam. Fieri.n. poteſt, vt qui per ſexaginta aut ſeptuaginta annos in Capitolium non aſcenderit, poſtea tamen aſcendat. At qui iam in vltimo uitæ ſpiritu eſt is, aſcendere non poteſt.*

§. Ex conditionali. *Qui ſub conditione ſtipulatus eſt, ſpem habet, fore vt ſibi debeatur: vnde ſi decedat, hanc ſpem ad hæredes ſuos tranſmittit. Nam conditionales ſtipulationes, & mortuis pendente conditione ſtipulatoribus ad hæredes tranſibunt. Quamuis dixerimus libro II. legatum conditionale legatario ante euentum conditionis mortuo, ad hæredes ipſius non tranſmitti.*

ARGVM.

Locus ſtipulationi inſertus tacitum in ſe continet diem, quo illuc perueniri poſſit, vbi quod promiſſum eſt, præſtari queat, vnde fit vt impoſſibilitas ob temporis concepti anguſtias ſtipulationem reddat inutilem.

§. Loca. *SOlemus & loca ſtipulationibus inſerere: Veluti, Decem aureos Carthagine dabis? aut in illo*

lo loco? Hæc autem ſtipulatio, quamuis pura eſſe prima facie videatur, tacitum tamen in ſe tempus habet, & dilationem: quantum habere neceſſe eſt, vt promiſſor Carthaginem ad ſoluendum venire poſſit. Vnde, ſi quis quum Romæ ſit, ita a me ſtipuletur: Carthagine dare mihi hodie promittis? inutilis eſt ſtipulatio, vt quæ rem impoſſibilē contineat. Nam id fieri non poteſt, vt quis vno die Roma Cartaginem veniat. Porro ſtipulationes, quę ſub impoſſibili conditione fiunt, nullius ſunt momenti.

ARGVM.

Conditio præteritum aut præſens tempus reſpiciens, nullo modo obligationem in ſuſpenſo conſtituit: quinimo aut commodum debetur, quod promiſſum eſt: aut omnino inutile reddit.

§. Cōditiones.

Conditio, quæ ad præteritum uel ad pręſens tempus refertur, aut ſtatum infirmat obligationem, aut omnino non defert: ſed confeſtim petitur. Veluti ad præteritū: Si Titius cōſul fuit, decem mihi aureos dabis? Ad præſens: Si Mæuius viuit, decem mihi aureos dabis? Nam ſi ea ita non ſunt, quia nec Titius Conſul fuerit, nec Mæuius uiuat, nihil valet ſtipulatio. Sin autem ita ſe habent, ſtatim valet ſtipulatio, & competit ius petendi. Neq; enim quia contingit nos neſcire, an hæc ita ſe habeāt, etiam mora dilatioq; petitioni quo minus naſcatur, iniicitur: quoniam quæ per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem, quamuis apud contrahentes incerta ſint.

ARGVM.

Facta in ſtipulatione deduci poſſunt, in quibus operæ pretium fuerit pœnas quoque adijci: ne ſti

pulator eius, quod ſua interſit factum quid eſſe probandi onere grauetur. Cum eius, quod intereſt, præſtatione promiſſor liberetur.

§. Nõ ſolum *Porro, non ſolum res ſtipulationem deduci poſſunt, vt fundus, ſeruus, liber; verum etiam facta: veluti ſi ſtipuler, ut mihi domũ ædifices: aut vt illi non ædifices. In huiuſmodi autem ſtipulationibus, in quibus factum verſatur, ſiue id in faciendo conſiſtat, ſiue in non faciendo: optimũ eſt pęnam ſubijcere. Veluti, Si feceris aut non feceris, decem mihi aureos dabis? Nam pæna non ſubiecta, incertum eſt quid debeat is, qui contra quam promiſit, fecerit. Quoniam. n. futurum eſt ut in id quod intereſt, condemnetur, & hoc quoque incertum eſt. neceſſe erit actori planum facere, quanti ſua interſit. Ad vitandas igitur has & tales difficultates, ſubijcienda pæna eſt. Et ſi quidem a te ſtipuler, quod illud facies: ita & pænam à te ſtipulari debeo. Si id factum non erit, pænæ nomine decem mihi aureos dabis? Sin autẽ in ſtipulationem plura facta deduxerim, quorum alia in faciendo, quædam in non faciendo conſiſtant: ſic pænæ clauſula ſubijcienda eſt, Si quid aduerſus hæc factum erit: aut ita,* Si quid eorum *factum non erit, decem mihi aureos pænę nomine dabis? Et ſi contingat, ut contra quam cautum eſt facias, ſiue in faciendo, ſiue in non faciendo, hæc & talis pęnæ clauſula, ad multarum pænarum exolutionem obligauit te.*

De

De duobus rei ſtipulandi & promittendi.
TIT. XVI.
ARGVM.

Rei ſtipulandi:item & promittendi,qui ſint, hic exemplis facillime traditur: quare epitome opus non eſt. hoc tamen rei promittendi eſt conceſſum, vt quamlibet inſolidum quilibet obligatus ſit, ſolutione vnius alter liberetur: ſicuti contra fit, ut vnius receptione eius,quod debetur, alteri ſtipulatione correo petendi facultas præcidatur.

EVm, qui de ſtipulationibus diſſerit, et de reis ſtipulandi promittendiq; docere neceſſariũ eſt, qui aut duo aut plures fieri poſſunt. Et rei q- dem ſtipulandi fiunt in hunc modum: Si primus et Secundus alicui mutuauerint centum aureos, & vterque eorum ſibi illum inſolidum voluerit obligatum habere, ſeparatim vterque eorum ſtipulatur, poſt omnium autem ſtipulationem, promiſſor dicet, Spondeo: veluti, Primus ſtipulatus eſt à me: Centum mihi aureos dare ſpondes? Similiter & Secundus. Deinde ad utrunque reſpondi: dicens: utrique veſtrum dare ſpondeo. Nam ſi Primo prius reſpondeam: dicens, Dare ſpondeo poſt ea & tantundẽ Secundo reſpondeã, alia & alia obligatio conſtituitur, nec duo rei ſtipulandi fieri dicuntur. Duo autem pluresve rei pro- §.duo *mittendi, conſtituuntur in hunc modum: ueluti, ſi a Mæuio & Seio, quibus quinque aureos mutuo dederim, ita ſtipuler: Mæui, quinque aureos dare mihi ſpondes? Sei, eoſdem quinq; aureos dare mihi ſpondes? Et uterq; ſeparatim reſpondeat:*

 ſpondeo.

§. Ex huiuſmodi. *Spondeo. Ex huiuſmodi enim obligationibus, & ſingulis ſtipulantium ſolidum debetur, & ſinguli promittentium inſolidum obligãtur. In vtraque enim obligatione, vna res vertitur. Nam & vnus reorum ſtipulandi debitum accipiendo, aufert & conſtipulatori petendi facultatem: & vnus reorum promittendi, debitum ſoluendo, etiam compromiſſorem liberat.*

§. Ex duobus. *Ex duobus autem reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt: hoc eſt, nihil impedit, quo minus is, qui pure promiſit, vel ſtatim conueniri poſſit, quanuis alter in diem uel conditione ſpoponderit.*

De ſtipulatione ſeruorũ.

TIT. XVII.

ARGVM.

SERVVS hæreditatem, quod ex ſua ſtipulatione hæreditate iacente acquirit, hæredi futuro acquirit. Nec refert quomodo ſtipuletur ſeruos cum domino ex ipſius ſtipulatione quæratur: ſicuti patri ex filij ſtipulatione, quibus ex cauſis acquiri poteſt, quæritur.

SERVI quum perſonam non habeant, ex perſona dominorum ſuorum ęſtimantur, & ex illa intelligendum eſt, ſtipulatione poſſint, aut non poſſint. Sed id quidẽ quũ ſtipulatoris ſerui dominus in viuis eſt: quód ſi mortuus eſt, neque dum quiſquam hæreditatem adijt, id ipſa hæreditas ſerui domina eſt. Nam & pleriſq; in rebus hæreditas uicem perſonæ defuncti ſuſtinet: ideoq; ſeruus hæreditarius, quod ante aditam hæreditatem ſtipulatur, id incor-

porali

porali illi (ſiue nomen vocas, ſiue ius) hæreditatis acquirit: & hæres poſtea adiens, vna cum cæteris rebus actionibuſque hanc in hæreditate ſtipulationem inuenturus eſt. Nec vero intereſt quo modo ſtipuletur ſeruus: ſiue enim dixerit, Mihi aut domino dare ſpondes? ſiue, Mihi aut conſeruo meo dare ſpondes? ſiue imperſonaliter ſtipulatus ſit, dicendo: Dare ſpondes domino? ex omnibus huiuſmodi ſtipulationibus acquirit. Idem dicimus & de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt: ex quibus ſcilicet cauſis nobis poſſunt acquirere, hoc eſt, ex re noſtra. §. Siue aũt

ARGVM.

Seruus ſi quid, quod ipſius perſonam reſpiciat, ſtipuletur, ex huiuſmodi ſtipulatione ſibi, non domino actionem quærit.

§. Sed quum factũ.

Sed quum factum in ſtipulatione, quam ſeruus noſter facit, continetur, perſona ipſius non autem domini ſpectanda eſt: veluti, ſi ab aliquo ſtipuletur, Iter mihi (ideſt, ſoli tranſire) aut actum (ideſt cum iumento ire) per fundum tuum præbere ſpondes? Tunc enim ſiquidem dominus per fundum ire prohibeatur, nulla datur ei ex huiuſmodi ſtipulatione, actio. Seruo autem prohibito, committitur ſtipulatio, propterea quód factum in ſtipulationem deductum, ad perſonam ſerui referatur.

ARGVM.

Serui multorum dominorum communes, ipſis dominis pro virili ex ſua ſtipulatione quærũt niſi vnius aut iuſſu, aut nomine sũt ſtipulati, quòd ſi ĩdefinitè cõcepta ſit ſtipulatio, quod uni dominorũ q̃ri

non poteſt,alteri inſolidum, qui acquiſitionis capax eſt acquiritur.

§. Seruus cõmunis *Serui autem communes ſtipulando vnicuique dominorum pro parte dominij ex ſtipulatione ob ligationem acquirunt,ſiue æquales partes,ſiue in æquales domini in ſeruo habeant. Inæquales partes habent; vt in hac ſpecie, quum quis moriens Primum & Secundum hæredes inſtituit,alterum ex beſſe, id eſt ex vncijs octo, & alterum ex triente,id eſt,ex quatuor vncijs. Nam eaſdem partes habebunt in ſeruis in hæreditate repertis,nempe aliter duas partes e tribus,& aliter tertiam. Quòd ſi communis ſeruus vnius ex dominis in ſtipulando mentionem fecerit,dicendo: Domino meo Primo dare ſpondes,illi ſoli acquirit. Idemq; eſt, & ſi non ſpecialiter Primi mentionem habuerit in ſtipulando:ſed quum iuſſu Primi ſtipularetur,im* * *perſonaliter ſtipulatus fuerit. Nam & hic ſoli Primo acquirit. Propterea quod nominis habita mentio, & præcedens domini iuſſus tantundem præſtent.*

§. Qđ ſeruus *Quòd ſi indefinite ſtipulatus fuerit ſeruus, & res, quæ in ſtipulationem deducta eſt alteri ex dominis acquiri non poſſit: finge.n.mihi, & Primo communem eſſe ſeruum,eumq; ita a Titio ſtipulatum eſſe, Fundum hunc Titii dare ſponde? ſi meus hic fundus fuerit,quantum ad me attinet ſtipulatio non valet. Quoniam neq; per meipſum recte ſtipulo rem,cuius ſum dominus. Dare.n.eſt dominum facere. At eius qđ meum eſt, amplius dominus fieri non poſſum. Si igitur ex perſona mea,infirma eſt ſtipulatio:quæritur,an quantũ ad id pertinet,*

tinet, quod mihi debebat, acquiri, inutilis ſit ſtipulatio, & ſine effectu: an uero potius mihi quidem nihil acquiratur, ſed ſocio detur ſolidum? Quod & placuit, propter regulam, qua dicimus: Quod uni ex dominis acquiri non poteſt, id alteri, qui acquiſitionis capax eſt, & ad obligationem admittitur, acquiri.

De diuiſione ſtipulationum.

TIT. XVIII.

ARGVM.

Stipulationum ſpecies multiplices ſunt. Aut cuius Iudiciales ſunt, aut Prætoriæ: Conuentionales, aut Communes. Et quid vnaquæque ſit, & deſcriptionibus, & ſimul exemplis ſane quã hic facillime explicatur.

NEC vero abſurdum fuerit, & ſtipulationum diuiſionem nouiſſe. Stipulationum enim aliæ ſunt Iudiciales, aliæ Prætoriæ, alię Cõuentionales, & aliæ Communes: hoc eſt, Prætoriæ ſimul & Iudiciales. Et Iudiciales quidem ſunt unius generis, quæcunq; a mero Iudicis officio proficiſcuntur. Qualis eſt de dolo ſtipulatio. Eſt autem ei locus, quando cum eo, quæ mihi ex ſtipulatione ſeruum debet, ago actione ex ſtipulatu. At reus pro certo habens fore, ut cõdemnetur, venenum ei dat, quod paulo, poſt quam ſeruum mihi dederit, enecare eum, & interimere poſſit. Officium Iudicis eſt ab huiuſmodi ſuſpicione, cogere reum ut in dando ſeruo, ſtipulanti promittat: nihil ſe dolo malo feciſſe, quo ſeruus læderetur. Iudicialis eſt ſtipulatio, & de perſequendo

qui negligentia deterior facta fuerit, non teneberis eo nomine: quemadmodum neque ſi per negligentiam tuam furto ſublata fuerit. Quia qui negligenti amico rẽ ſuam cuſtodiendam tradidit, ſuam ſtultitiam accuſare debet. Quum centum ego ſolidos a te mutuo accepiſſem, ſeruum tibi meum in cauſam pignoris tradidi. Re mihi obligaris, & teneris actione pignoratitia, per quam poſt debiti ſolutionem, tu mihi rem ipſam reſtituere cogeris. Porro in vtriuſque commodum & vtriuſque gratia pignus inuentum eſt, tum mea qui mutuor: tum tua, qui mutuas: Et mea quidem, quia tu accepto pignore libentius mihi credis centum illos ſolidos. Tua autem, quia per retentionem pignoris cauſa crediti tui in tuto eſt. Itaque ob eam rem, quia ſcilicet id lucrari videaris, quod de indemnitate conſultum tibi ſit, exactam diligentiam cuſtodiendo pignori adhibere debes. Quód ſi quo fortuito caſu pignus perierit, non tenebitur creditor, ſed abhuc creditum ſine impedimento repetet.

§. Creditor.

De verborum obligationibus.

TIT. XV.

ARGVM.

Verbis obligatio tum contrahi dicitur, cum nobis fieri darive ſtipulamur, interrogatione ac reſpõſione apte commodeque intercedentibus: Ex ea autem actiones duæ proficiſcuntur, cer-

ti ſcilicet condictio, &, ſi quid incertum in ſtipulationem deductum ſit, ex ſtipulatu actio. Quibus autem uerbis ſtipulatio hodie fiat, nihil omnino refert, ſi modo contrahentes ſe mutuo intelligant, & eorum conſenſus intercedat.

CVM dictum ſit de obligatione quæ re contrahitur, dicamus & de ea, quę verbis. Verbis autem contrahitur obligatio, ex interrogatione & commoda reſponſione: quum quid fieri, aut dari ſtipulamur. Dari: vt Promittis mihi dare centum aureos? Fieri: ut, Promittis mihi ędificare domum? Porro ex uerborum obligatione duæ actiones proficiſcuntur, Condictio. & Ex ſtipulatu. Et ſi quidem certum eſt, & apertum, ſtabileq́;, et ſtatutum, quod in ſtipulationem deductum eſt, competit certi condictio. Dixi enim, Promittis mihi dare hūc fundum aut hunc librum? Quód ſi incertum ſit, ut ſi dixerim, Promittis mihi dare, quæ in arcula illa ſunt, aut quæ in horreo illo habes? tunc naſcitur actio ex ſtipulatu. Stipulatio autem inde appellata eſt, quód apud ueteres ſtipulū firmū diceretur: forte a ſtipite. In obligatione verborum talia olim verba fuerūt tradita, ꝑ quæ ſtipulationes fiebāt. Spondes? ſpondeo. Promittis? promitto. Fide promittis? fide ꝓmitto? Fideiubes? fideiubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam. Nec intererat, Latine, an Græce, an quauis alia lingua, ueluti Syrorum aut Aegyptiorum ſtipulatio conciperetur: duntaxat, quum uterq; contrahentium eius lingua intellectum habebat. Nec uero neceſſe erat utrumq; eadem §. In hac re

dem

dem lingua uti, verum ſufficit conuenienter ad interrogationem dari reſponſum. Veluti, ſi me Latine interrogaris, Promittis? poßum Græce dicere ὁμολογῶ. Aut contra, ſi mihi Græce dixeris, ὁμολογεῖς? poßum Latine reſpondere, Promitto. Poſſunt etiam duo Græci Latine obligationem verbis contrahere, quod genus eſt illud, Promittis? Promitto. Sed hęc quidē ſolennia verba olim uſu fuerunt. Poſtea autem edita eſt Leonis conſtitutio, quæ ſtipulationum ſolennibus verbis ſublatis, conſenſum ab vtraque parte & conſonantem intellectum intercedere requirit, nulla deſiderata verborum obſeruatione.

ARGVM.

Stipulatio omnis aut pure, aut in diem, aut ſub conditione cōcipitur: quæ pure cōcepta eſt, petitionē ſtatim parit. At in ea quæ in diem collata, & ſi res in ſtipulationem deducta, mox cū promiſſa eſt debeatur, ante diē tamē collapſum peti nequit. Cæterū ſi ad uitæ tēpus ſtipulatio concepta ſit, mortis tempore minime perimitur: ut quæ pura ac perpetua ſit, verum exceptionis beneficio ſubuertitur.

§. Omnis. *STipulationes vero, aut pure, aut in diem, aut ſub conditione cōſtituuntur. Pure: vt, Promittis mihi dare ducentos aureos? Quæ ſtipulatio ſtatim parit petitionem. In diem, quum tempus ſtipulationi adiicitur, quo pecunia ſoluatur. Veluti, Promittis mihi dare decem aureos proximis Calendis Martij? Id autem, quod in diem ſtipulamur, ſtatim quidem debetur: ſed peti priuſquam dies venerit, non poteſt, quinimo ne ipſis quidem Calendis, quia totus is dies in arbitrio promißoris eſt, an ſcilicet ſoluere uelit. Quamuis*

enim

enim ſeptem aut octo horæ illius diei præterierint, eo non ſoluente: nondum tamen ceſſare videtur: quoniam fieri poteſt, vt & decima hora ſoluat. Tunc autem ceſſator eſſe uidetur, quum totus dies Calendarum Martij præterierit, illo nihil præſtante. Stipulatus ſum ab aliquo in hunc modum: Decem mihi aureos annuos quoad viuam dare promittis? Talis ſtipulatio pura eſt: quoniam ex ea primo anno peti poteſt. Eſt autem ea & perpetua, nec tempore vllo perimitur. Nam ſtipulatio ad tempus conſtitui non poteſt. Veluti ſi dicam: Decem mihi aureos dare promittis vſque ad decem annos? hoc eſt, vt ſi intra decem annos eos a te petam, eos habeam: ſin prætereat decennium nec petam, vt perimatur actio. Sic igitur perpetua eſt actio ex ſtipulatione, & ita concepta: Decem aureos annuos quoad viuam dabis? Sed mortuo ſtipulatore, ſi hæres eius ex ſtipulatu velit agere, petens ſummas annorum, qui a morte ſtipulatoris elapſi ſunt, exceptione pacti ſubmouebitur: quaſi ſtipulatio ſub hac conditione, Quoad viuam, concepta fuiſſet. Hoc enim locum præbuit exceptioni pacti. §. At ſi ita.

ARGVM.

Conditionalis ſtipulatio ea eſſe dicitur, quæ in aliquem caſum dilata cōmitti habet, ſi quid factū fuerit, vel id minime. Quæ ſi negatiue concepta, cum ſtipulatore viuo impleri nequeat, eius morte effectum conſequitur. At hoc habet conditionalis ſtipulatio, vt ipſius ſpes ad ſtipulantis hæredes permeet.

SVb conditione autem ſtipulatio conſtituitur, quum in aliquem caſum differtur obligatio, §. Sub conditione.

vt ſi

lo loco? Hæc autem ſtipulatio, quamuis pura eſſe prima facie videatur, tacitum tamen in ſe tempus habet, & dilationem: quantum habere neceſſe eſt, vt promiſſor Carthaginem ad ſoluendum venire poſſit. Vnde, ſi quis quum Romæ ſit, ita a me ſtipuletur: Carthagine dare mihi hodie promitttis? inutilis eſt ſtipulatio, vt quæ rem impoſſibilē contineat. Nam id fieri non poteſt, vt quis vno die Roma Cartaginem veniat. Porro ſtipulationes, quę ſub impoſſibili conditione fiunt, nullius ſunt momenti.

ARGVM.

Conditio præteritum aut præſens tempus reſpiciens, nullo modo obligationem in ſuſpenſo conſtituit: quinimo aut commodum debetur, quod promiſſum eſt: aut omnino inutile reddit.

Conditio, quæ ad præteritum uel ad pręſens tempus refertur, aut ſtatum infirmat obligationem, aut omnino non defert: ſed confeſtim petitur. Veluti ad præteritū: Si Titius cōſul fuit, decem mihi aureos dabis? Ad præſens: Si Mæuius viuit, decem mihi aureos dabis? Nam ſi ea ita non ſunt, quia nec Titius Conſul fuerit, nec Mæuius uiuat, nihil valet ſtipulatio. Sin autem ita ſe habent, ſtatim valet ſtipulatio, & competit ius petendi. Neq; enim quia contingit nos neſcire, an hæc ita ſe habeāt, etiam mora dilatioq; petitioni quo minus naſcatur, iniicitur: quoniam quæ per rerum naturam certa ſunt, non morantur obligationem, quamuis apud contrahentes incerta ſint. §. Cōditiones.

ARGVM.

Facta in ſtipulatione deduci poſſunt, in quibus operæ pretium fuerit pœnas quoque adijci: ne ſti

 pulator

pulator eius, quod ſua interſit factum quid eſſe pro bandi onere grauetur. Cum eius, quod intereſt, præſtatione promiſſor liberetur.

§. Nō ſolum *Porro, non ſolum res ſtipulationem deduci poſſunt, vt fundus, ſeruus, liber; verum etiam facta: veluti ſi ſtipuler, ut mihi domū ædifices: aut vt illi non ædifices. In huiuſmodi autem ſtipulationibus, in quibus factum verſatur, ſiue id in faciendo conſiſtat, ſiue in non faciendo: optimū eſt pœnam ſubijcere. Veluti, Si feceris aut non feceris, decem mihi aureos dabis? Nam pæna non ſubiecta, incertum eſt quid debeat is, qui contra quam promiſit, fecerit. Quoniam. n. futurum eſt ut in id quod intereſt, condemnetur, & hoc quoque incertum eſt. neceſſe erit actori planum facere, quanti ſua interſit. Ad vitandas igitur has & tales difficultates, ſubijcienda pæna eſt. Et ſi quidem a te ſtipuler, quod illud facies: ita & pœnam à te ſtipulari debeo. Si id factum non erit, pænæ nomine decem mihi aureos dabis? Sin autē in ſtipulationem plura facta deduxerim, quorum alia in faciendo, quædam in non faciendo conſiſtant: ſic pænæ clauſula ſubijcienda eſt, Si quid aduerſus hæc factum erit: aut ita, Si quid eorum factum non erit, decem mihi aureos pœnę nomine dabis? Et ſi contingat, ut contra quam cautum eſt facias, ſiue in faciendo, ſiue in non faciendo, hæc & talis pęnæ clauſula, ad multarum pænarum explutionem obligauit te.*

De

De duobus rei ſtipulandi & promittendi.
TIT. XVI.
ARGVM.

Rei ſtipulandi: item & promittendi, qui ſint, hic exemplis faciliime traditur: quare epitome opus non eſt. hoc tamen rei promittendi eſt conceſſum, vt quamlibet inſolidum quilibet obligatus ſit, ſolutione vnius alter liberetur: ſicuti contra fit, ut vnius receptione eius, quod debetur, alteri ſtipulatione correo petendi facultas præcidâtur.

EVm, qui de ſtipulationibus diſſerit, et de reis ſtipulandi promittendiq́, docere neceſſariũ eſt, qui aut duo aut plures fieri poſſunt. Et rei q̃dem ſtipulandi fiunt in hunc modum: Si primus et Secundus alicui mutuauerint centum aureos, & vterque eorum ſibi illum inſolidum voluerit obligatum habere, ſeparatim vterque eorum ſtipulatur, poſt omnium autem ſtipulationem, promiſſor dicet, Spondeo: veluti, Primus ſtipulatus eſt à me: Centum mihi aureos dare ſpondes? Similiter & Secundus. Deinde ad utrunque reſpondi: dicens: utrique veſtrum dare ſpondeo. Nam ſi Primo prius reſpondeam: dicens, Dare ſpondeo poſt ea & tantundẽ Secundo reſpondeã, alia & alia obligatio conſtituitur, nec duo rei ſtipulandi fieri dicuntur. Duo autem pluresve rei promittendi, conſtituuntur in hunc modum: ueluti, ſi a Mæuio & Seio, quibus quinque aureos mutuo dederim, ita ſtipuler: Mæui, quinque aureos dare mihi ſpondes? Sei, eoſdem quinq; aureos dare mihi ſpondes? Et uterq; ſeparatim reſpondeat: §.duo

 ſpondeo.

§. Ex huiuſmodi. *Spondeo. Ex huiuſmodi enim obligationibus, & ſingulis ſtipulantium ſolidum debetur, & ſinguli promittentium inſolidum obligãtur. In vtraque enim obligatione, vna res vertitur. Nam & vnus reorum ſtipulandi debitum accipiendo, aufert & conſtipulatori petendi facultatem: & vnus reorum promittendi, debitum ſoluendo, etiam compromiſſorem liberat.*

§. Ex duobus. *Ex duobus autem reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt: hoc eſt, nihil impedit, quo minus is, qui pure promiſit, vel ſtatim conueniri poſſit, quanuis alter in diem uel conditione ſpoponderit.*

De ſtipulatione ſeruorũ.

TIT. XVII.

ARGVM.

SERVVS hæreditatem, quod ex ſua ſtipulatione hæreditate iacente acquirit, hæredi futuro acquirit. Nec refert quomodo ſtipuletur ſeruos cum domino ex ipſius ſtipulatione quæratur: ſicuti patri ex filij ſtipulatione, quibus ex cauſis acquiri poteſt, quæritur.

SERVI quum perſonam non habeant, ex perſona dominorum ſuorum æſtimantur, & ex illa intelligendum eſt, ſtipulatione poſſint, aut non poſſint. Sed id quidẽ quũ ſtipulatoris ſerui dominus in viuis eſt: quod ſi mortuus eſt, neque dum quiſquam hæreditatem adijt, id ipſa hæreditas ſerui domina eſt. Nam & pleriſq; in rebus hæreditas uicem perſonæ defuncti ſuſtinet: ideóq; ſeruus hæreditarius, quod ante aditam hæreditatem ſtipulatur, id incor-

porali

porali illi (ſine nomen vocas, ſiue ius) hæreditatis acquirit: & hæres poſtea adiens, vna cum cæteris rebus actionibuſque hanc in hæreditate ſtipulationem inuenturus eſt. Nec vero intereſt quo modo ſtipuletur ſeruus: ſiue enim dixerit, Mihi aut domino dare ſpondes? ſiue, Mihi aut conſeruo meo dare ſpondes? ſiue imperſonaliter ſtipulatus ſit, dicendo: Dare ſpondes domino? ex omnibus huiuſmodi ſtipulationibus acquirit. Idem dicimus & de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt: ex quibus ſcilicet cauſis nobis poſſunt acquirere, hoc eſt, ex re noſtra. §. Siue aũt

ARGVM.

Seruus ſi quid, quod ipſius perſonam reſpiciat, ſtipuletur, ex huiuſmodi ſtipulatione ſibi, non domino actionem quærit.

§. Sed quum factũ.

SEd quum factum in ſtipulatione, quam ſeruus noſter facit, continetur, perſona ipſius non autem domini ſpectanda eſt: veluti, ſi ab aliquo ſtipuletur, Iter mihi (id eſt, ſoli tranſire) aut actum (id eſt cum iumento ire) per fundum tuum præbere ſpondes? Tunc enim ſiquidem dominus per fundum ire prohibeatur, nulla datur ei ex huiuſmodi ſtipulatione, actio. Seruo autem prohibito, committitur ſtipulatio, propterea quód factum in ſtipulationem deductum, ad perſonam ſerui referatur.

ARGVM.

Serui multorum dominorum communes, ipſis dominis pro virili ex ſua ſtipulatione quærũt niſi unius aut iuſſu, aut nomine sũt ſtipulati, quòd ſi īdefinitè cõcepta ſit ſtipulatio, quod uni dominorũ q̃ri

non poteſt,alteri inſolidum, qui acquiſitionis capax eſt acquiritur.

§. Seruus cõmunis *Serui autem communes ſtipulando vnicuique dominorum pro parte dominij ex ſtipulatione ob ligationem acquirunt,ſiue æquales partes,ſiue in æquales domini in ſeruo habeant. Inæquales partes habent; vt in hac ſpecie, quum quis moriens Primum & Secundum hæredes inſtituit,alterum ex beſſe, id eſt ex vncijs octo, & alterum ex triente,id eſt,ex quatuor vncijs. Nam eaſdem partes habebunt in ſeruis in hæreditate repertis,nempe aliter duas partes e tribus,& aliter tertiam. Quòd ſi communis ſeruus vnius ex dominis in ſtipulando mentionem fecerit,dicendo: Domino meo Primo dare ſpondes,illi ſoli acquirit. Idemq; eſt, & ſi non ſpecialiter Primi mentionem habuerit in ſtipulando:ſed quum iuſſu Primi ſtipularetur,im* * *perſonaliter ſtipulatus fuerit. Nam & hic ſoli Primo acquirit. Propterea quod nominis habita mentio, & præcedens domini iuſſus tantundem præſtent.*

§. Qđ ſeruus *Quòd ſi indefinite ſtipulatus fuerit ſeruus, & res, quæ in ſtipulationem deducta eſt alteri ex do minis acquiri non poſſit: finge.n.mihi, & Primo communem eſſe ſeruum,eumq; ita a Titio ſtipulatum eſſe, Fundum hunc Titii dare ſponde? ſi meus hic fundus fuerit,quantum ad me attinet ſtipulatio non valet. Quoniam neq; per meipſum recte ſtipulo rem,cuius ſum dominus. Dare.n.eſt dominum facere. At eius qđ meum eſt, amplius dominus fieri non poſſum. Si igitur ex perſona mea,infirma eſt ſtipulatio: quæritur,an quantũ ad id pertinet,*

tinet, quod mihi debebat, acquiri, inutilis ſit ſtipulatio, & ſine effectu: an uero potius mihi quidem nihil acquiratur, ſed ſocio detur ſolidum? Quod & placuit, propter regulam, qua dicimus: Quod uni ex dominis acquiri non poteſt, id alteri, qui acquiſitionis capax eſt, & ad obligationem admittitur, acquiri.

De diuiſione ſtipulationum.
TIT. XVIII.

ARGVM.

Stipulationum ſpecies multiplices ſunt. Aut cuius Iudiciales ſunt, aut Prætoriæ: Conuentionales, aut Communes. Et quid vnaquæque ſit, & deſcriptionibus, & ſimul exemplis ſane quã hic facillime explicatur.

NEC vero abſurdum fuerit, & ſtipulationum diuiſionem nouiſſe. Stipula.ionum enim aliæ ſunt Iudiciales, aliæ Prætoriæ, aliæ Cõuentionales, & aliæ Communes: hoc eſt, Prætoriæ ſimul & Iudiciales. Et Iudiciales quidem ſunt vnius generis, quæcunq; a mero Iudicis officio proficiſcuntur. Qualis eſt de dolo ſtipulatio. Eſt autem ei locus, quando cum eo, quæ mihi ex ſtipulatione ſeruum debet, ago actione ex ſtipulatu. At reus pro certo habens fore, vt cõdemnetur, venenum ei dat, quod paulo, poſt quam ſeruum mihi dederit, enecare eum, & interimere poſſit. Officium Iudicis eſt ab huiuſmodi ſuſpicione, cogere reum vt in dando ſeruo, ſtipulanti promittat: nihil ſe dolo malo feciſſe, quo ſeruus læderetur. Iudicialis eſt ſtipulatio, & de perſequendo

ſeruo, qui in fuga eſt. Nam ſi quis ſeruum meum ab aliquo bona fide emerit, quum neq; vitium ſubeſſet, nihil impedit, quo minus currat vſucapio. Quod ſi nunc ego ante finem temporis, quod vſucapionem perfici, forte ante duos aut etiam tres menſes, cum poſſeſſore actione in rem agam: & quum longior mora Iudicis fieret, impleta ſit uſucapio, ac deinde ſeruus ſine dolo eius, qui cum agitur, fugiat. poſteaq; ego petitor dominum me eius eſſe oſtendam: quoniam & illud iniquum, vt reus condemnetur, qui nihil fraudis in fuga ſerui admiſit, & illud abſurdum ut abſolnatur, ne iudicium illud omne eluſoriũ ſit: officium Iudicis eſt, vt reum cautionem præſtare cogat: ſe, quum ſeruum inuenerit, eum a poßeſſore vindicaturum, ueluti, qui per præfatam vſucapionem factus ſit dominus. eumq; mihi aut æſtimationẽ eius reſtituturum. Nam ſi vſucaptus nõ ſit ſeruus, cautione hac nihil indigeo. Dabitur.n. actori aduerſus quemuis poſſidentem poteſtas rei vendicationem intentandi. Prętoriæ autem ſtipulationes ſunt, quæcunque a mera Prætoris iuriſdictione proficiſcuntur, qualis eſt damni infecti. Eſt autem ei locus, quum vicini ædes tam vitioſæ putridęq; & iam carie ſunt conſumptæ, vt ruinam minentur. Etenim ſi nolit vicitus refectionem earum ad curam ſuam uocare, neq; ſpondeat ſe damnum, quod mihi ex ruina earum, ſi collapſæ danno me affecerint, illatum fuerit, reſarturum; in poßeſſionem aditum uitioſarũ mittor. Vicinus igitur, qui me nolet ĩ poſſeſſionem ędium ſuarum mitti, repromittere mihi

cogitur hanc damni infecti ſtipulationem: hoc eſt, de damno, quod nondum contigit. Nam inde eam appellationem habet, quód nondum ex ruina ędium damnum vllum factum ſit. Huiuſcemodi ſtipulatio eſt, & ea quæ Legatum dicitur. Nam ſi quis moriens hæredem te inſtituerit, & legatum mihi a te ſub conditione reliquerit; veluti, Si nauis ex Aſia venerit: quoniam pendente conditione, nullam aduerſus te hæredem actionem mouere poſſum: & non mediocris ſubeſt formido, ne tu medio tempore, conſumptis ac confectis fortunis omnibus, ad inopiam redactus, inane mihi beneficium teſtatoris facias: iubet te hæredem Prætor repromittere, & ante conditionis euentum: etiam datis fideiuſſoribus: legatum a te, vbi conditio extiterit, præſtitum Iri. Id ſi hæres facere nolit, ego in poſſeſſionem rei legatæ: aut etiam totius hæreditatis mittar. In numero autem Prætoriarum ſtipulationum habentur, & Aedilitiæ ſtipulationes. Nam & hæ a iuriſdictione Prætoris veniunt. Eſt autem ys locus in interrogationibus, quæ de vitÿs morbiſq; in vendendis ſeruis fieri ſolent. Venditorem enim emptori repromittere oportet: ſe, ſi quid occulti vitÿ morbi ne in ſeruo vendito inuentum fuerit, duplum (verbi gratia) præſtaturum. Conuentionales vero ſunt, quæcunq; ex communi conuentione vtriuſq; partis concipiũtur, hoc eſt, neque iuſſu Iudicis, neq; iuſſu Prætoris, ſed ex volũtate contrahẽtiũ Tot.n.sũt genera cõuẽtionaliũ ſtipulationum, quot pene & Contractus. Communes autem ſtipulationes ſunt, veluti Rẽ pupiplli ſal-

uam fore. Nam Prętor, vt dictum eſt libro primo, eum qui tutor conſtituitur, datis fideiuſſoribus cauere iubet, rē pupilli ſaluam, & incolumen fore. Quod ſi contingat, vt ante ſatiſdationem tutor debitorem pupilli conueniat, atq; is neq; reſpōdere velit, neque iudicium ſuſcipere, quòd nondum tutorem dicat ſatiſdediſſe: quoniam aliter iudicium procedere non poteſt, iubet tutori Iudex, ad quē in Ius additū eſt vt debitori pupilli ſatiſdet rē pupilli ſaluā fore. Et ita īuenietur hęc ſtipulatio cōis Iuriſdictioni Prætoris & officio Iudicis. Idem eſt, & in ſtipulatione, ratam rem dominum habiturum. Quoniam & Prætor eum qui alieno nomine agit, quum dubium eſt, an ex domini voluntate incedat, ſatiſdationem præſtare iubet. Et ſi contingat, vt aliquis tanquam mandatum habens, mecum agat: quoniam me dubitationem de mādato interiiciente, iudicium procedere non poteſt. Iudex actorem iubet repromittere, ratam rem dominum habiturum. Et hoc modo, in cōſtitutione pręſentis ſtipulationis communicabūt, tum Pręτor ex cuius Iuriſdictione ea res in vniuerſum deſcendit: tum Iudex, qui, vt iudicium procedat, fieri hæc procurat.

De inutilibus ſtipulationibus.

TIT. XIX.

ARGVM.

Stipulationem inutiliter concipi uarie contingit: ut ſi quis rem, quæ nec eſt, nec natura eſſet poſſit, aut quæ in dominio, uel commercio noſtro non ſit: ſtipuletur. Quo fit, vt rei ſacræ, aut eius quæ publica eſt, ſtipulatio conſiſtere nequeat. Nec proin-

de

de rei euentus,ad quem res non tendit, & ſi ad illum peruenire poſſit, ſpectandus: quandoquidem & qđ ab initio ualuit,ex caſu inutile reddi poſſit.

STIPVLATIONVM, alię vtiles ſunt aliæ inutiles. Et vtiles quidem multæ, inutiles uero paucæ. Neceſſe eſt igitur de paucis dicere: etenim per eas & multitudinem utilium cognoſcemus: In primis ſciendum eſt,rem quanque, quę dominio noſtro ſubÿci poteſt,vtiliter in ſtipulationem deduci,ſiue mobilis ſit,ſiue immobilis. At ſi quis rem,quæ in rerũ natura non eſt,aut eſſe non poteſt,dari ſibi ſtipulatus,fuerit inutilis eſt ſtipulatio. Et quod rerum natura non eſt,tale fuerit: veluti, Stichum ſeruum mihi dare ſpondes? quum is mortuus ſit, & ego eum uiuere putarim: quod eſſe non poteſt: veluti, Hippocentaurum mihi dare ſpondes? qui eſſe non poteſt. In his itaque inutilis eſt ſtipulatio, vt dictum eſt.

Idem eſt etiam, ſi quis rem ſacram aut religioſam ſtipulatus fuerit,quam humani iuris eſſe credebat, aut publicam rem, quę vſibus populi perpetuo deſtinata, & expoſita eſt: veluti forum, theatrum,arenam, & ſi qua talia: aut liberum hominem,quem putabat ſeruum eſſe: aut rem,cuius commercium non habebat (ideſt, quam emere non poterat: quoniam commercium, eſt facultas,vt vendere aut emere liceat.) Sunt enim res quędam, quarum non quiuis iuſtum habeat commerciũ,veluti Prædium, quod orthodoxa Eccleſia habet,hæreticus comparare non poteſt. Aut ſi §. Idẽ iuris.

rem meam a te ſtipulatus fuero dicens. Rem illam dare mihi ſpondes? quoniam Dare, eſt dominum facere. At eius, quod meum eſt amplius non poſsũ dominus fieri. Nec uero dicimus interim in pendenti eſſe ſtipulationis poteſtatem, & conſtitutionem: ob id quod medio tempore res illa publica in priuati hominis dominium recidere poſſit, ſi forte Imperator eam illi donarit. Et qui nunc liber eſt, ſeruus fieri poſſit: forte .n. libertinus eſt, qui, vt ingratus, a patrono redigi poteſt in ſeruitutem. Et ſępe commercium aliquis impetret a Principe eius rei, ad cuius cõparationẽ accedere prohibebatur. Ac fieri poſſit, vt res mea deſinat mea eſſe. Sic vt deinde res in eum caſum veniat, quo ſine impedimento dicere poſſimus, vtilem eſſe ſtipulationem. Sed nos eam dicimus ſtatim ab initio inutilem eſſe. Similiter ex contrario licet ab initio utilis ſtipulatio fuerit, ſi poſtea res in aliquem eorum, de quibus iam dictum eſt, caſum ſiue facto, & non ſtudio promiſſoris, deuenerit, extinguitur ſtipulatio: ueluti, ſtipulatus ita ſum a te: Stichum ſeruum dare mihi ſpondes? At ille Primo ſeruiebat, & dubio procul ualebat ſtipulatio. Sed contingit, ut is ſine conſenſu tuo a domino manumitteretur. Aut ita ſum ſtipulatus a te, Locum hunc (qui tum priuati Iuris erat) dare mihi ſpõdes? deinde is antequam poterem, ſacer aut religioſus factus eſt, inutilis erit ſtipulatio, ut dictum eſt. Quum enim res in eum caſum deuenit, unde incipere non poterat, extinguitur. At ab initio ſtipulari, non poteram liberam perſonã, aut rem ſacram religioſam ve. Quid ergo, ſi quis

liberã

liberam perſonam ita ſtipulatus ſit, Titiũ, quum ſeruus fuerit, dare mihi ſpondes? Aut publicam rem ita, Locum hunc, in quo theatrum eſt vel arena, quum priuati iuris fuerit, dare mihi ſpondes? inutilis eſt ab initio ſtipulatio. Quæ autem ab initio non conſiſtunt, ex poſt facto non confirmãtur. Quoniam quæ natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, utiliter in ſtipulationẽ nõ deducuntur.

ARGVM.

Qui alienum factum promittit, inefficaciter promitit: ueluti & qui alij, cuius poteſtati obnoxius non ſit, ſtipulatur, inutiliter ſtipulatur.

SI quis alium daturum quid facturum ve promiſerit, non obligabitur: veluti ſi dicam, Titium tibi decem aureos, daturum, aut domum tibi ædificaturum ſpondeo. Quod ſi me effecturum procuraturumq́; dixerim, vt Titius tibi decem aureos daret: valet ſtipulatio, quoniam factum meum promiſi. Si quis alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, ſtipuletur: inutiliter ſtipulatur. §. Si quis alium §. Si quis alii.

ARGVM.

Ex ſolutione facta ſtipulationi adiecto, ſoluenti liberatio iure contingit: quamlibet ſtipulanti ſoli obligatio quæſita ſit, cui ad ſoluti repetitionem mandati actio ſupereſt.

SOlutio tamen in extraneam perſonam conferri poteſt. Veluti ſi ita ego ſtipuler, Mihi aut Seio decem aureos dabis? Nam obligatio mihi ſoli, qui ſtipulor, acquiritur. Soluere autem Seio recte vel me inuito poteris, vt tu ipſo iure ſoluendo libereris. Sed ego deinde mandati actionem aduerſus Seium hãbebo, ad aureorum ei datorum repetitionem. §. Planem.

ARGVM.

pulator eius, quod ſua interſit factum quid eſſe probandi onere grauetur. Cum eius, quod intereſt, præſtatione promiſſor liberetur.

§. Nõ ſolum *Porro, non ſolum res ſtipulationem deduci poſſunt, vt fundus, ſeruus, liber; verum etiam facta: veluti ſi ſtipuler, ut mihi domũ ædifices: aut vt illi non ædifices. In huiuſmodi autem ſtipulationibus, in quibus factum verſatur, ſiue id in faciendo conſiſtat, ſiue in non faciendo: optimũ eſt pęnam ſubijcere. Veluti, Si feceris aut non feceris, decem mihi aureos dabis? Nam pœna non ſubiecta, incertum eſt quid debeat is, qui contra quam promiſit, fecerit. Quoniam. n. futurum eſt ut in id quod intereſt, condemnetur, & hoc quoque incertum eſt. neceſſe erit actori planum facere, quanti ſua interſit. Ad vitandas igitur has & tales difficultates, ſubijcienda pœna eſt. Et ſi quidem a te ſtipuler, quod illud facies: ita & pœnam à te ſtipulari debeo. Si id factum non erit, pœnæ nomine decem mihi aureos dabis? Sin autẽ in ſtipulationem plura facta deduxerim, quorum alia in faciendo, quædam in non faciendo conſiſtant: ſic pœnæ clauſula ſubijcienda eſt, Si quid aduerſus hæc factum erit: aut ita, Si quid eorum factum non erit, decem mihi aureos pœnę nomine dabis? Et ſi contingat, ut contra quam cautum eſt facias, ſiue in faciendo, ſiue in non faciendo, hæc & talis pęnæ clauſula, ad multarum pœnarum exolutionem obligauit te.*

De

De duobus rei ſtipulandi & promittendi.

TIT. XVI.

ARGVM.

Rei ſtipulandi: item & promittendi, qui ſint, hic exemplis facillime traditur: quare epitome opus non eſt. hoc tamen rei promittendi eſt conceſſum, vt quamlibet inſolidum quilibet obligatus ſit, ſolutione vnius alter liberetur: ſicuti contra fit, ut vnius receptione eius, quod debetur, alteri ſtipulatione correo petendi facultas præcidatur.

EVm, qui de ſtipulationibus diſſerit, et de reis ſtipulandi promittendiq́, docere neceſſariũ eſt, qui aut duo aut plures fieri poſſunt. Et rei q-dem ſtipulandi fiunt in hunc modum: Si primus et Secundus alicui mutuauerint centum aureos, & vterque eorum ſibi illum inſolidum voluerit obligatum habere, ſeparatim vterque eorum ſtipulatur, poſt omnium autem ſtipulationem, promiſſor dicet, Spondeo: veluti, Primus ſtipulatus eſt à me: Centum mihi aureos dare ſpondes? Similiter & Secundus. Deinde ad utrunque reſpondi: dicens: utrique veſtrum dare ſpondeo. Nam ſi Primo prius reſpondeam: dicens, Dare ſpondeo poſt ea & tantundẽ Secundo reſpondeã, alia & alia obligatio conſtituitur, nec duo rei ſtipulandi fieri dicuntur. Duo autem pluresve rei promittendi, conſtituuntur in hunc modum: ueluti, §.duo *ſi a Mæuio & Seio, quibus quinque aureos mutuo dederim, ita ſtipuler: Mæui, quinque aureos dare mihi ſpondes? Sei, eoſdem quinq́ aureos dare mihi ſpondes? Et uterq́ ſeparatim reſpondeat:*

 ſpondeo.

§. Ex huiuſmodi. *Spondeo. Ex huiuſmodi enim obligationibus, & ſingulis ſtipulantium ſolidum debetur, & ſinguli promittentium inſolidum obligătur. In vtraque enim obligatione, vna res vertitur. Nam & vnus reorum ſtipulandi debitum accipiendo, aufert & conſtipulatori petendi facultatem: & vnus reorum promittendi, debitum ſoluendo, etiam compromiſſorem liberat.*

§. Ex duobus. *Ex duobus autem reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt: hoc eſt, nihil impedit, quo minus is, qui pure promiſit, vel ſtatim conueniri poſſit, quanuis alter in diem uel conditione ſpoponderit.*

De ſtipulatione ſeruorũ.

TIT. XVII.

ARGVM.

SERVVS hæreditatem, quod ex ſua ſtipulatione hæreditate iacente acquirit, hæredi futuro acquirit. Nec refert quomodo ſtipuletur ſeruos cum domino ex ipſius ſtipulatione quæratur: ſicuti patri ex filij ſtipulatione, quibus ex cauſis acquiri poteſt, quæritur.

SERVI quum perſonam non habeant, ex perſona dominorum ſuorum ęſtimantur, & ex illa intelligendum eſt, ſtipulatione poſſint, aut non poſſint. Sed id quidẽ quũ ſtipulatoris ſerui dominus in viuis eſt: quód ſi mortuus eſt, neque dum quiſquam hæreditatem adijt, id ipſa hæreditas ſerui domina eſt. Nam & pleriſq; in rebus hæreditas uicem perſonæ defuncti ſuſtinet: ideoq; ſeruus hæreditarius, quod ante aditam hæreditatem ſtipulatur, id incor-

porali

porali illi (ſiue nomen vocas, ſiue ius) hæreditatis acquirit: & hæres poſtea adiens, vna cum cæteris rebus actionibuſque hanc in hæreditate ſtipulationem inuenturus eſt. Nec vero intereſt quo modo ſtipuletur ſeruus: ſiue enim dixerit, Mihi aut domino dare ſpondes? ſiue, Mihi aut conſeruo meo dare ſpondes? ſiue imperſonaliter ſtipulatus ſit, dicendo: Dare ſpondes domino? ex omnibus huiuſmodi ſtipulationibus acquirit. Idem dicimus & de liberis, qui in poteſtate parentum ſunt: ex quibus ſcilicet cauſis nobis poſſunt acquirere, hoc eſt, ex re noſtra. §. Siue aũt

ARGVM.

Seruus ſi quid, quod ipſius perſonam reſpiciat, ſtipuletur, ex huiuſmodi ſtipulatione ſibi, non domino actionem quærit.

§. Sed quum factũ.

Sed quum factum in ſtipulatione, quam ſeruus noſter facit, continetur, perſona ipſius non autem domini ſpectanda eſt: veluti, ſi ab aliquo ſtipuletur, Iter mihi (ideſt, ſoli tranſire) aut actum (ideſt cum iumento ire) per fundum tuum præbere ſpondes? Tunc enim ſiquidem dominus per fundum ire prohibeatur, nulla datur ei ex huiuſmodi ſtipulatione, actio. Seruo autem prohibito, committitur ſtipulatio, propterea quód factum in ſtipulationem deductum, ad perſonam ſerui referatur.

ARGVM.

Serui multorum dominorum communes, ipſis dominis pro virili ex ſua ſtipulatione quærũt niſi unius aut iuſſu, aut nomine sũt ſtipulati, quòd ſi īdefinitè cõcepta ſit ſtipulatio, quod uni dominorũ q̃ri

tinet, quod mihi debebat, acquiri, inutilis ſit ſtipulatio, & ſine effectu: an uero potius mihi quidem nihil acquiratur, ſed ſocio detur ſolidum? Quod & placuit, propter regulam, qua dicimus: Quod uni ex dominis acquiri non poteſt, id alteri, qui acquiſitionis capax eſt, & ad obligationem admittitur, acquiri.

De diuiſione ſtipulationum.

TIT. XVIII.

ARGVM.

Stipulationum ſpecies multiplices ſunt. Aut cuius Iudiciales ſunt, aut Prætoriæ: Conuentionales, aut Communes. Et quid vnaquæque ſit, & deſcriptionibus, & ſimul exemplis ſane quã hic facillime explicatur.

NEC vero abſurdum fuerit, & ſtipulationum diuiſionem nouiſſe. Stipulationum enim aliæ ſunt Iudiciales, aliæ Prætoriæ, alię Cõuentionales, & aliæ Communes: hoc eſt, Prætoriæ ſimul & Iudiciales. Et Iudiciales quidem ſunt unius generis, quæcunq; a mero Iudicis officio proficiſcuntur. Qualis eſt de dolo ſtipulatio. Eſt autem ei locus, quando cum eo, quæ mihi ex ſtipulatione ſeruum debet, ago actione ex ſtipulatu. At reus pro certo habens fore, ut cõdemnetur, venenum ei dat, quod paulo, poſt quam ſeruum mihi dederit, enecare eum, & interimere poſſit. Officium Iudicis eſt ab huiuſmodi ſuſpicione, cogere reum ut in dando ſeruo, ſtipulanti promittat: nihil ſe dolo malo feciſſe, quo ſeruus læderetur. Iudicialis eſt ſtipulatio, & de perſequendo

ſeruo, qui in fuga eſt. Nam ſi quis ſeruum meum ab aliquo bona fide emerit, quum neq; vitium ſubeſſet, nihil impedit, quo minus currat vſucapio. Quod ſi nunc ego ante finem temporis, quod vſucapionem perfici, forte ante duos aut etiam tres menſes, cum poſſeſſore actione in rem agam: & quum longior mora Iudicis fieret, impleta ſit uſucapio, ac deinde ſeruus ſine dolo eius, qui cum agitur, fugiat. poſteaq; ego petitor dominum me eius eſſe oſtendam: quoniam & illud iniquum, vt reus condemnetur, qui nihil fraudis in fuga ſerui admiſit, & illud abſurdum ut abſoluatur, ne iudicium illud omne eluſoriũ ſit: officium Iudicis eſt, vt reum cautionem præſtare cogat: ſe, quum ſeruum inuenerit, eum a poſſeſſore vindicaturum, ueluti, qui per præfatam vſucapionem factus ſit dominus. eumq; mihi aut æſtimationẽ eius reſtituturum. Nam ſi vſucaptus nõ ſit ſeruus, cautione hac nihil indigeo. Dabitur.n. actori aduerſus quemuis poſſidentem poteſtas rei vendicationem intentandi. Prętoriæ autem ſtipulationes ſunt, quæcunque a mera Prætoris iuriſdictione proficiſcuntur, qualis eſt damni infecti. Eſt autem ei locus, quum vicini ædes tam vitioſæ putridęq; & iam carie ſunt conſumptæ, vt ruinam minentur. Etenim ſi nolit vicinus refectionem earum ad curam ſuam uocare, neq; ſpondeat ſe damnum, quod mihi ex ruina earum, ſi collapſæ danno me affecerint. illatum fuerit, reſarturum; in poſſeſſionem aditum uitioſarũ mittor. Vicinus igitur, qui me nolet ĩ poſſeſſionem ędium ſuarum mitti, repromittere mihi

cogitur hanc damni infecti ſtipulationem: hoc eſt, de damno, quod nondum contigit. Nam inde eam appellationem habet, quód nondum ex ruina ędium damnum vllum factum ſit. Huiuſcemodi ſtipulatio eſt, & ea quæ Legatum dicitur. Nam ſi quis moriens hæredem te inſtituerit, & legatum mihi a te ſub conditione reliquerit; veluti, Si nauis ex Aſia venerit: quoniam pendente conditione, nullam aduerſus te hæredem actionem mouere poßum: & non mediocris ſubeſt formido, ne tu medio tempore, conſumptis ac confectis fortunis omnibus, ad inopiam redactus, inane mihi beneficium teſtatoris facias: iubet te hæredem Prætor repromittere, & ante conditionis euentum: etiam datis fideiuſſoribus: legatum a te, vbi conditio extiterit, præſtitum Iri. Id ſi hæres facere nolit, ego in poßeſſionem rei legatæ: aut etiam totius hæreditatis mittar. In numero autem Prætoriarum ſtipulationum habentur, & Aedilitiæ ſtipulationes. Nam & hæ a iuriſdictione Prætoris veniunt. Eſt autem ys locus in interrogationibus, quæ de vitÿs morbiſq; in vendendis ſeruis fieri ſolent. Venditorem enim emptori repromittere oportet: ſe, ſi quid occulti vitÿ morbi ue in ſeruo vendito inuentum fuerit, duplum (verbi gratia) præſtaturum. Conuentionales vero ſunt, quęcunq; ex communi conuentione vtriuſq; partis concipiũtur, hoc eſt, neque iuſſu Iudicis, neq; iuſſu Prætoris, ſed ex volũtate contrahẽtiũ Tot. n. sũt genera couẽtionaliũ ſtipulationum, quot pene & Contractus. Communes autem ſtipulationes ſunt, veluti Rẽ pupipl li ſal-

 nam

uam fore. Nam Prętor, vt dictum eſt libro primo, eum qui tutor conſtituitur, datis fideiuſſoribus cauere iubet, rē pupilli ſaluam, & incolumen fore. Quod ſi contingat, vt ante ſatiſdationem tutor debitorem pupilli conueniat, atq; is neq; reſpōdere velit, neque iudicium ſuſcipere, quòd nondum tutorem dicat ſatiſdediſſe: quoniam aliter iudicium procedere non poteſt, iubet tutori Iudex, ad quē in Ius additū eſt vt debitori pupilli ſatiſdet rē pupilli ſaluā fore. Et ita ĩuenietur hęc ſtipulatio cōis Iuriſdictioni Prætoris & officio Iudicis. Idem eſt, & in ſtipulatione, ratam rem dominum habiturum. Quoniam & Prætor eum qui alieno nomine agit, quum dubium eſt, an ex domini voluntate incedat, ſatiſdationem præſtare iubet. Et ſi contingat, vt aliquis tanquam mandatum habens, mecum agat: quoniam me dubitationem de mādato interiiciente, iudicium procedere non poteſt. Iudex actorem iubet repromittere, ratam rem dominum habiturum. Et hoc modo, in cōſtitutione pręſentis ſtipulationis communicabūt, tum Prętor ex cuius Iuriſdictione ea res in vniuerſum deſcendit: tum Iudex, qui, vt iudicium procedat, fieri hæc procurat.

De inutilibus ſtipulationibus.

TIT. XIX.

ARGVM.

Stipulationem inutiliter concipi uarie contingit: ut ſi quis rem, quæ nec eſt, nec natura eſſet poſſit, aut quæ in dominio, uel commercio noſtro non ſit: ſtipuletur. Quo fit, vt rei ſacræ, aut eius quæ publica eſt, ſtipulatio conſiſtere nequeat. Nec proin-

de rei euentus, ad quem res non tendit, & ſi ad illum peruenire poſſit, ſpectandus: quandoquidem & qđ ab initio ualuit, ex caſu inutile reddi poſſit.

STIPVLATIONVM, aliæ vtiles ſunt aliæ inutiles. Et vtiles quidem multæ, inutiles uero paucæ. Neceſſe eſt igitur de paucis dicere: etenim per eas & multitudinem utilium cognoſcemus: In primis ſciendum eſt, rem quanque, quę dominio noſtro ſubijci poteſt, vtiliter in ſtipulationem deduci, ſiue mobilis ſit, ſiue immobilis. At ſi quis rem, quæ in rerũ natura non eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſibi ſtipulatus, fuerit inutilis eſt ſtipulatio. Et quod rerum natura non eſt, tale fuerit: veluti, Stichum ſeruum mihi dare ſpondes? quum is mortuus ſit, & ego eum uiuere putarim: quod eſſe non poteſt: veluti, Hippocentaurum mihi dare ſpondes? qui eſſe non poteſt. In his itaque inutilis eſt ſtipulatio, vt dictum eſt.

Idem eſt etiam, ſi quis rem ſacram aut religioſam ſtipulatus fuerit, quam humani iuris eſſe credebat, aut publicam rem, quę vſibus populi perpetuo deſtinata, & expoſita eſt: veluti forum, theatrum, arenam, & ſi qua talia: aut liberum hominem, quem putabat ſeruum eſſe: aut rem, cuius commercium non habebat (ideſt, quam emere non poterat: quoniam commercium, eſt facultas, vt vendere aut emere liceat.) Sunt enim res quędam, quarum non quiuis iuſtum habeat commerciũ, veluti Prædium, quod orthodoxa Eccleſia habet, hæreticus comparare non poteſt. Aut ſi §. Idẽ iuris.

rem meam a te ſtipulatus fuero dicens. Rem illam dare mihi ſpondes? quoniam Dare, eſt dominum facere. At eius, quod meum eſt amplius non poſsũ dominus fieri. Nec uero dicimus interim in pendenti eſſe ſtipulationis poteſtatem, & conſtitutionem: ob id quod medio tempore res illa publica in priuati hominis dominium recidere poſſit, ſi forte Imperator eam illi donarit. Et qui nunc liber eſt, ſeruus fieri poſſit: forte .n. libertinus eſt, qui, ut ingratus, a patrono redigi poteſt in ſeruitutem. Et ſæpe commercium aliquis impetret a Principe eius rei, ad cuius cõparationẽ accedere prohibebatur. Ac fieri poſſit, ut res mea deſinat mea eſſe. Sic ut deinde res in eum caſum ueniat, quo ſine impedimento dicere poſſimus, utilem eſſe ſtipulationem. Sed nos eam dicimus ſtatim ab initio inutilem eſſe. Similiter ex contrario licet ab initio utilis ſtipulatio fuerit, ſi poſtea res in aliquem eorum, de quibus iam dictum eſt, caſum ſiue facto, & non ſtudio promiſſoris, deuenerit, extinguitur ſtipulatio: ueluti, ſi ſtipulatus ita ſum a te: Stichum ſeruum dare mihi ſpondes? At ille Primo ſeruiebat, & dubio procul ualebat ſtipulatio. Sed contingit, ut is ſine conſenſu tuo a domino manumitteretur. Aut ita ſum ſtipulatus a te, Locum hunc (qui tum priuati Iuris erat) dare mihi ſpõdes? deinde is antequam poterem, ſacer aut religioſus factus eſt, inutilis erit ſtipulatio, ut dictum eſt. Quum enim res in eum caſum deuenit, unde incipere non poterat, extinguitur. At ab initio ſtipulari, non poteram liberam perſonã, aut rem ſacram religioſam ue. Quid ergo, ſi quis

liberã

liberam perſonam ita ſtipulatus ſit, Titiũ, quum ſeruus fuerit, dare mihi ſpondes? Aut publicam rem ita, Locum hunc, in quo theatrum eſt vel arena, quum priuati iuris fuerit, dare mihi ſpondes? inutilis eſt ab initio ſtipulatio. Quæ autem ab initio non conſiſtunt, ex poſt facto non confirmãtur. Quoniam quæ natura ſui dominio noſtro exempta ſunt, utiliter in ſtipulationẽ nõ deducuntur.

ARGVM.

Qui alienum factum promittit, inefficaciter promitit: ueluti & qui alij, cuius poteſtati obnoxius non ſit, ſtipulatur, inutiliter ſtipulatur.

SI quis alium daturum quid facturum ve promiſerit, non obligabitur: veluti ſi dicam, Titium tibi decem aureos, daturum, aut domum tibi ædificaturum ſpondeo. Quod ſi me effecturum procuraturumq́; dixerim, vt Titius tibi decem aureos daret: valet ſtipulatio, quoniam factum meum promiſi. Si quis alij, cuius iuri ſubiectus non ſit, ſtipuletur: inutiliter ſtipulatur. §. Si quis alium §. Si quis alii.

ARGVM.

Ex ſolutione facta ſtipulationi adiecto, ſoluenti liberatio iure contingit: quamlibet ſtipulanti ſoli obligatio quæſita ſit, cui ad ſoluti repetitionem mandati actio ſupereſt.

SOlutio tamen in extraneam perſonam conferri poteſt. Veluti ſi ita ego ſtipuler, Mihi aut Seio decem aureos dabis? Nam obligatio mihi ſoli, qui ſtipulor, acquiritur. Soluere autem Seio recte vel me inuito poteris, vt tu ipſo iure ſoluendo libereris. Sed ego deinde mandati actionem aduerſus Seium habebo, ad aureorum ei datorum repetitionem. §. Planem.

ARGVM.

ARGVM.

Qui ſibi & alij, non ſuo iuri obnoxio ſtipulatur partem rei in ſtipulationem deductæ tantum ex ſtipulatione ſibi quærit. Et quod filio pater ſtipulatur, ſibi acquirit. Et patris vox in quærendo viciſſim, filij vox eſt, & contra.

§. Qđ ſi qs. *SI ita ſtipuler, mihi & Titio (qui in poteſtate mea non ſit) decem aureos dabis? valet quidem ſtipulatio. Sed vtrum, totum id, quod in ſtipulationem deductum eſt, debeatur, quaſi Titius in ſtipulatione poſitus eſſe non intelligatur, propterea quod acquiſitionis non ſit capax: an uero dimidia tantum pars, propter coniunctionem, & quæ coniungendi vim habet, dubitatur. Sed placuit, non plus dimidia parte mihi ſtipulatori acquiri, propterea quod inutiliter Titii mentio ſtipulationi iniecta ſit. Si ſtipulatus ſim, Titio dabis? quum Titius in poteſtate mea eſſet, mihi acquiro. Vox enim mea, vox eius, qui in poteſtate*

§. Ei uero. *mea eſt, videtur eſſe. Quemadmodum & filij mei vox, mea intelligitur, in ijs duntaxat rebus, quæ nobis acquiri poſſunt. Id quod hodie intelligendum eſt, quæ ex re patris comparantur.*

ARGVM.

Stipulationi non congruenter facta reſponſio, ſtipulationem ipſam inutilem reddit. at ſimplex reſponſio iuxta præcedentis interrogationis naturam & qualitatem, eſſe facta, & ad ea, quę in interrogatione contenta ſunt, referri intelligitur.

§. Prætereа. *PRæter iam dictas ſtipulationes inutilis eſt & illa, ſi quis ad interrogationem congruenter non reſpondeat. veluti, Decem aureos dare mihi ſpondes? ſi tu dixeris, Quinque aureos dabo. Aut ſi ego quinque ſtipulatus ſim, & ita decem promittas,*

mittas, Aut ſi ego pure ſtipulatus ſim, & tu ſub conditione promittas. Aut contra ſi me ſub conditione ſtipulato, tu pure reſpondeas. Hæc autem ita dico, ſi aperte id exprimas, quod iis, quæ in ſtipulatione continentur, contrarium ſit. hoc eſt ſi me ſub conditione uel in diem ſtipulato, tu te e ueſtigio iam daturum reſpondeas. Sin autem id ſolum reſpondeas, Promitto: compendio ſermonis in eãdem diem, aut ſub eadem conditione, videris reſpondiſſe. Nec.n.neceſſe, eſt in reſpondendo ad interrogationem eadem omnia repetere, quæ is qui ſtipulabatur, expreſſit. quoniam verbum hoc, Promitto, ad omnia, quæ in interrogatione continetur, refertur.

ARGVM.

Inter patrem ac filium, ſeruum & dominum ſtipulatio iure nõ ſubſiſtit. Sed nec mutus, veluti nec ſurdus uere, vtiliter ſtipulatur, aut promittit neque qui furioſus eſt, quicquam contrahere poteſt.

§. Itẽ inutilis.

SImiliter inutilis eſt ſtipulatio, ſi ego ab ijs, qui in poteſtate mea ſunt, ſtipuler, vel illi a me ſtipulentur: quoniam inter nos iudicium conſtitui non poteſt. Sed ſeruus quidem non ſolum domino ſtipulante, non obligatur, ſed neq; alio quouis: filiusfamilias vero alijs ſtipulantibus obligatur. Nam in contractibus, filiusfamil. patrifamilias ſimilis habetur. Mutuum neque ſtipulari poſſe neque promittere, in confeſſo eſt: quod & in ſurdo receptum eſt: quoniam & is, qui ſtipulatur, verba promittentis: & is, qui promittit, uerba ſtipulantis audire debet. De illo autem ſurdo loquimur, non qui tardius audit, ſed qui penitus non audit.

§. Mutuũ.

Furioſus

§.Furioſus *Furioſus nullum negotium contrahere poteſt, quoniam nullum eorum,quę geruntur,intellectũ habet:animi enim affectione caret. Porro mater contractuum eſt ipſa animi affectio.*

ARGVM.

Pupillus non infans, ſed qui iudicium animi habeat altum ſtipulando, etiam circa tutoris authoritatem, ſibi obligat,alij autem obligari nequit. Atqui filius familias eſt,& impubes,alij uel patris conſenſu interueniente,obligari non poteſt.

§.Pupillus *PVpillus quoduis negotium recte contrahit: ſic tamen, vt vbi opus eſt tutoris authoritate,tutor adhibeatur:veluti quum ipſe obligatur. Nam alium ſibi obligare pupillus & ſine tutore poteſt.Sed quod de pupillis diximus: in ijs ſcilicet uerum eſt,qui iam aliquem eorum,quę geruntur, intellectum habent. Nam infans, & qui proximus infantiæ eſt,non multum á furioſo differunt. Qui enim ea ætate ſunt, nullum intellectũ habere creduntur. Quoniam autem de pupillo ſermo incidit: ſciendum eſt generaliter ætatem pupilli, in tria diuidi. Pupillorum.n. alij ſunt infantes, veluti qui adhuc lactant,aut ijs,paulo maiores: alij dicuntur proximi infantiæ, vt qui recte loqui incipiunt,alij ſunt proximi pubertati.Et infans qdem ſtipulari non pōt, ꝓpterea, qđ ne loq quidem poſſit. Neque is etiam qui proximus infantiæ eſt: qualis fuerit, qui ſeptimum aut octauum annum agit. Hic enim quanuis verba proferre poſſit, id tamen dijudicare non poteſt, quid ſibi velint ea quæ dicuntur. Proximus autem pubertati, qualis ē qui ad pubertatem accedit, utiliter ſtipulatur: quoniam & uerba pronuntiare poteſt,*

poteſt, & intelligere ea quæ dicuntur. Placuit tamen non ſtricta ratione, ſed benigniore interpretatione: ut & proximus infanti recte ſtipularetur, quemadmodum is, qui ad pubertatem accedit. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes, ne authore quidem patre obligatur.

ARGVM.

Conditio impoſſibilis ſtipulationem inefficacē reddit, ad neceſſaria negatiue concepta, neć vitiat, nec ſuſpendit: quinimo puram ac efficacem conſtituit.

§. Si impoſſibilis

IMpoſſibilis, quoque conditio ſtipulationi adiecta, eam vitiat. Impoſſibilis quoque conditio eſt cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti, ſi quis ita dixerit: Si digito meo cœlum attigero: aut ſi mare ebibero, decem mihi aureos dabis? At ſi quis ita dixerit, Dabis ſi digito cælum non attigero, pure facta obligatio intelligitur: atque ideo ſtatim poteſt petere.

ARGVM.

Verborum obligatio inter abſentes viribus caret: ſi tamen de præſentia ſcriptura appareat, tandiu huic inhærendum, quoad legitime de abſentia doceatur.

§. Itē verborum.

SImiliter verborum obligatio inter abſentes concepta nullius momenti eſt. Sed quum hoc materiam litium contentioſis hominibus præberet, poſt multum forte temporis tales allegationes opponentibus, neq; ſe in ea vrbe aut ſtipulatores fuiſſe contendentibus: ideo facta eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, celerem his & talibus litibus diremptionem afferens, quum ad Cæſarienſes aduocatos reſcripſit, per quam diſpoſuit: tali

pulatio Cum morieris, uel, Cum moriar, ue etiam poſt alterius mortem collata, olim & hodie utilis eſt.

§. Itē ſi quis

INutilis eſt & prepoſtera ſtipulatio, veluti ſi quis ſtipuletur, Si nauis cras ex Aſia venerit, hodie mihi dare ſpondes? Inutilis eſt autem ſtipulatio, propterea quod datio euentu conditionis prior eſſe non debeat, ſed poſterior. Sed quum extet Leonis conſtitutio, quæ præpoſteram ſtipulationem in dote recipiat: iuſtum putauit eſſe Imperator noſter, ne qua in ſtipulatione verba prępoſtere concepta obligationem tollerent. Præpoſtera ſtipulatio & in hunc modum fit, ſi dixero: Decem aureos tibi hodie dare ſpondeo, ſi Titius cras Conſul factus fuerit. aut in dote, ſi vir uxori dicat: Ego tibi dotem quum morieris reddere ſpondeo, ſi ſine liberis deceſſeris. Quoniam redditio in tempus vitæ confertur: Euentus autem conditionis, ideſt, orbitatis. Dixerat. n. Si ſine liberis deceſſeris: ad tempus, quod poſt mortem futurum eſt, refertur. Placuit igitur non in dote ſolum, ſed etiam in quauis alia ſtipulatione, præpoſtera verborum conceptione, ſtipulationem inutilem non fieri.

§. Ita autem

Stipulatio ſic concepta, Quum morieris, vel Quum moriar, valet. Concipitur autem in hunc modum: veluti, ſi Titius interrogatus ſtipulanti dicat: Dabo tibi quum moriar. Hęc enim ſtipulatio & apud veteres utilis erat, & nunc valet. Sed & ſtipulatio poſt mortem alterius concepta valebat apud veteres, veluti ſi quis dixerit. Decem aureos poſt mortem Titij dare ſpondeo. Quo-

niam

niam eueniebat, vt & uiuis contrahentibus moreretur Titius.

ARGVM.

VERBVM promittendi, in inſtrumento repertum, facit vt interrogationem præceſſiſſe intelligamus, præſumique acta ſolenniter in eo omnia.

§. Si ſcriptum

✱ Si in inſtrumento ſtipulationis ſcriptũ fuerit, Titium ſpopondiſſe. perinde habetur atque ſi præcedente interrogatione reſpondiſſet: quoniã pręſumptũ eſt ex reſponſione, quę in inſtrumẽto conſcripta eſt, & interrogationem in re agenda ꝑceſſiſſe.

✱ Si inſtrumento] Hic in Gręcis additum erat χωρὶς τοῦ ἢ διαζευτικοῦ. ꝙ nihil ad præſentem literam facit. Quapropter ego id in ſequẽtem tranſtulit quoniam ibi non nihil de coniunctionibus agitur. Nãnius quidam legere fertur. χωρὶς τοῦ ἢ διαζητηκοῦ. quod non intelligo, niſi dicere voluit διαζητητικοῦ. Quoniam apud Grecos ἢ modo diſiungit, modo interrogat. Sed mea adhuc mihi coniectura veriſimilior uidetur. Non tamen eſt animus cum quoquam ea de re contendere. Certe ex alijs locis conſtare poteſt multa in Græcis perperam eſſe poſita. Curtius

ARGVM.

Pluribus in ſtipulationem deductis rebus, facta que ſimpliciter reſponſione, ad omnes reſpondiſſe, ac proinde teneri promiſſor videtur, alioqui quatenus reſponſum eſt, eatenus, non amplius, obligari promittentem iuris eſt.

Quo-

QVoties multæ res vna ſtipulatione comprehenduntur ſine articulo illo, Vel, quod diſiungendi vim habet: ueluti, Seruum illum & fundum illum & librum illum & veſtem illam dare mihi ſpondes? ſi promiſſor ſimpliciter reſpondeat: Dare ſpondeo: ad omnes tenetur. Sin uero ad unum forte tantum, aut alterũ eorum, quæ ſtipulatione comprehenduntur, reſpõdeat: in ijs tantum contrahitur obligatio, ad quæ reſpondit. Quum igitur multæ fiunt ſtipulationes (quoniam quot ſtipulatione res comprehẽduntur, totidem ſunt & ſtipulationes) vna ex ijs aut altera, ad quam, ſ. reſponſum eſt, perfecta uidetur eſſe. Quoniam ad ſingulas res, quæ ſtipulatione comprehenduntur, & reſpondendum eſt. Sic. n. in omnibus perfecta erit ſtipulatio. §. quoties.

ARGVM.

Stipulatio, qua quid alij dari fierive, cum noſtra nihil interſit, ſtipulamur, inutiliter cõcipitur: huic tamen pœnam vtiliter adijcimus: vt tandem aut quod promiſſum eſt, præſtetur: aut quam ſtipulati ſumus pęnam, ad extremum conſequamur.

ALteri (vt dictũ eſt) ſtipulari, nemo utiliter poteſt. Ad hoc enim hæ ſtipulationes inuentæ ſunt, ut vnuſquiſq; ſibi quod ſua intereſt, acquirat. Cęterum quum quis alteri ſtipulatur, quoniam id nihil ſtipulatoris intereſt, infirmum eſt quod agitur. Si quis ergo id uelit utile reddere pęnam ſtipulari debet, ut ſi id factum non fuerit, pœnæ ſtipulatio committatur: ueluti, Titio decem aureos dare ſpondis? Et ſi non dederis, pęnæ nomine, quinque aut etiam plures forte aureos mihi dabis: competet. n. mihi pœnæ petitio, §. Alteri.

quam-

quamuis oſtendere non poſſim an mea interſit. Nam quum quis pœnam ſtipulatur, non illud ſpectamus, an interſit ſtipulatoris: ſed qualis ſit pœnæ quantitas, quæ in conditione ſtipulationis poſita eſt. Et quæ eſt ſtipulationis conditio.i.in ea tale aliquid poni: Si non feceris, dabis mihi pœnæ nomine decem aureos? Itaque ſi quis ſtipuletur Titio dari nihil eſt quod agit: ſed ſi pœnam ſtipulationi inijciat, fortem dece aureos: conſequatur quid cupijt.

ARGVM

Quod alteri dari noſtra intereſt, utiliter ſtipulamur, at facti alieni, citra pœnam inutilis eſt ſtipulatio.

§. Sed & ſi quis. *SEd ſi quis pœnam in ſtipulatione non adijciat, interſit tamen ipſius, placuit valere ſtipulationem. Nam ſi quum Primus, & Secundus tutores eſſent, Primus omnem adminiſtrationem Secundo contutori ſuo ceſſerit, & ab eo ſtipulatus fuerit rem pupilli ſaluam & incolumen fore: quoniam intereſt ſtipulatoris id ita fieri, quum teneri poſſit actione tutelæ Secundo res male gerente, tenet ſtipulatio: ita vt & Primo aduerſus Secundum efficacem actionem pariat. Similiter ſi a me ſtipulatus fueris procuratori tuo dari, valet ſtipulatio. Forte enim quum Procurator tuus alio loco rem gereret, opus habebat pecunia, ſiue vt in publicum ſolueret, ſiue vt ædificia repararet, ſiue vt fundos exultiores redderet. Et tu quum me ſcires in loca illa profectum, in hunc modum a me ſtipulatus es: Procuratori meo centum aureos dare ſpondes? Ecce enim*

&

& hic mea intereſt, ne ſi pecuniam procuratori meo non dederis ego damnum patiar. Item ſi quis creditorem haberes, cui res tuas in cauſam pignoris dediſti, hoc permiſſo, ut eas pecunia non ſoluta uenderet, aut etiam pęnam promiſiſti: ſi ſecūdum legem in credendo dictam non ſoluiſſet, ſtipulatus ſis a me in hunc modum: Creditori meo tot aureos dare ſpondes? Niſi id impleam, ego tibi obligabor, in quantum ti. : intereſt: quod damnum paſſus ſis, aut diſtractis pignoribus, aut exacta pęna. Et hæc quidem de ſtipulationibus, quæ in dando conſiſtunt.

Quod ſi quis alium quid facturum promiſerit, ueluti quod ille tibi domum ædificabit, omnino non tenetur, niſi pena ſtipulationi adiecta fuerit. Eſt ergo hæc inter ſtipulationes, quæ in dando uerſantur, & eas, quæ in faciendo, differentia: quod in dationibus ualeat ſtipulatio, etiam pęna non adiecta, dum tamen ſtipulatoris interſit: in ijs uero que in faciendo conſiſtunt, quum ea in alium ſine pęna conferuntur, uires ſtipulatio non habeat. §. Verſa uice

ARGVM.

Stipulatio eius rei, quæ noſtra futura eſt, in euentum quo noſtra ſit, prorſus inutilis eſt.

Diximus ſupra, neminem recte rem ſuam ſtipulari poſſe, propterea quod amplius cuiquā re ſuæ dominiū acquiri non poſſit. Vnde illud quæſitum eſt: Quidā moriens Primum hæredem inſtituit; Stichumque ſeruum mihi ſub conditione legauit, ſi nauis ex Aſia uenerit. Titius quiſpiam, qui in decem aureos mihi deberet, pro decem illis aureis ſtipulanti mihi eundem Stichū §. Itē

ſeruum

ſeruum ſub eadem conditione promiſit. Mortuo teſtatore & adita hæreditate, paulo poſt legati conditio extitit, quæ & ipſa in ſtipulatione erat. Et certum eſt, me ex teſtamento Stichi dominum fieri. Agere cum Titio ex ſtipulatione non poſſum ad Stichum, qui iam ex teſtamento domini mei factus ſit. Quemadmodum enim neque ſi ab initio meus fuiſſet: utiliter eum potuiſſem in ſtipulationem deducere, ita nec caſum illum, quo meus futurus eſſet, in ſtipulationem conferre potui: quod in præſenti ſpecie contingit.

ARGVM.

§. Si de alia.

Stipulationem in re diſſenſus inefficacē reddit.

QVoniam item dictum eſt, cum interrogatione debere reſponſionem conuenire, quę ſitum eſt & illud, ſi de alia re ſentiat ſtipulator, & de alia promiſſor. Et nulla itidem contrahitur obligatio, perinde atque ſi ad interrogatum promiſſor non reſpondiſſet: ueluti, ſi quum ita a te ſtipularer Stichum mihi dabis? tu me dicere credas de Pamphilo: quem Stichum putabas necari.

ARGVM.

Stipulatio rei turpis, aut cuius cauſa turpis ſit, iure improbatur: ac merito inutilis eſt.

§. Quæ turpis.

QVæ turpi ex cauſa ſit ſtipulatio, inutilis eſt: ueluti ſi quis homicidium, adulteriū, aut ſacrilegiū ſe admiſſurū promittat.

ARGVM.

Stipulatio conditionalis ad contrahentium hæredes trāſmittitur. Et qui certo tempore dare promiſit, ante id collapſum tempus, non utiliter conuenitur: quinimo & ſimpliciter promittenti, id tē

pus

pus ad præſtandum conceſſum intelligitur, quo res tradi præſtarive commode poſſit.

Cum quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit, & ante euentum eius ſtipulator deceſſerit: exiſtente poſtea conditione hæres ſtipulatoris ex ſtipulatione actionem habebit. Idem eſt, ſi mortuus ſit promiſſor, & deinde exiſtat conditio: nihilo enim minus ab hærede eius peti poterit. §. Cũ qs ſub aliqua

Qui hoc anno uel hoc menſe dare promiſit, niſi omnibus anni uel menſis diebus elapſis, non recte ab eo petetur. Si fundum dare aut ſeruum promiſeris, non ſtatim tecum agetur: niſi tantum temporis ſpatium præterierit quo traditio fieri poterat. §. Qui hoc anno.

De fideiuſſoribus
TIT. XX.
ARGVM.

Fideiuſſores alienæ obligationi, quo res magis in tuto ſit, accedunt: nec id in unum obligationis genus tantum, verum qualiſqualis ſit obligatio ſiue Ciuilis, ſiue Naturalis, ſiue miſtæ naturę ſit: ſiue pro libero, ſiue pro ſeruo, recte fideiuſſor his adhibetur. Quid autem Naturalis, quid ue Ciuilis ſit, in quo ue differant hic perbelle traditur.

PRO eo, qui promittit, ſolent & alij obligari, qui Fideiuſſores appellantur, quos homines accipere conſueuerunt, dum curant, ut diligentius de re, quam geſſerũt, ſibi proſpectum ſit. In omnibus autem obligationibus accipi ſolent fideiuſſores: hoc eſt, ſiue re, ſiue literis, ſiue conſenſu contractæ ſint. Ac ne illud §. In omnibus.

*quidem intereſſe putamus: utrum ciuilis ſit, an naturalis obligatio, cui fideiuſſor accedit. Quid autem id ſit, neceſſe eſt dicere. Hæc habet in modum cuiuſdam preuię inſpectionis. Stipulationũ, alię ſunt Ciuiles, & aliæ Naturales. Ciuiles ſunt ex quibus actiones naſcuntur, quæ aduerſus eum, qui nobis obligatus eſt, intentantur ac efficiunt, ut is condemnetur & ſolutio ex eis ſequuta, repetitionem non admittit. Nam ſi & ab inuito eo, quē nobis obligauimus, exigi pōt: eius, quod ſolue rit, repetitionē habere, * nō poterit. Naturales autē ſunt, quæ neq; actionē pariunt neq; ad condēnationem proficiunt. Duo tamen in eis inuenias ſigna notabilia: prius, quod ex ſolutione repetitionem non præſtant: alterũ quod fideiuſſores ex tali cauſa dati, naturaliter & ciuiliter teneātur. Eſt enim regula, qua dicimus, Quum principales naturaliter tantum tenētur, eorum fideiuſſores naturaliter & ciuiliter obligari. Huiuſmodi eſt pupillus, qui ſine tutoris authoritate mutuum accepit. Ipſe enim naturaliter tenetur, ſed qui fidem ſuā pro eo interpoſuit, naturaliter & ciuiliter obligatur. His ita inſpectis: vide deinceps rem de qua agimus. Diximus non ſolum in Ciuilibus obligationibus,*

* Nō poterit] Hunc locum aliqui inuertũt, eo (ut uidetur) offenſi, quod dicat Teophilus ex ſolutione eius, quod iure Ciuili quis debet: repetitionē non Pręſtari. Quo q̄d uerius dici potuit: quanuis id Ciuilis obligatio cũ naturali obligatio commune habeat.

tionibus, ſed etiam in Naturalibus fideiuſſorem recte accipi. Naturales autem dico obligationes: veluti ſi ſeruus alij quam domino obligatus, aut etiam ipſi domino (naturaliter videlicet: quoniã ciuiliter non poteſt) fideiuſſorem dederit extraneo vel domino ſuo pro rebus, quas illi debebat. Tenetur igitur fideiuſſor & naturaliter, & ciuiliter, propterea quòd principalis perſona, id eſt, ſeruus, naturaliter obligetur.

ARGVM.

Fideiuſſoris obligatio ad hæredem permeat. Nec obligationi præſenti tantum adhiberi, ſed & pro futura fideiuſſor ſuam obſtringere fidẽ poteſt.

Porro non ſolum fideiuſſor ipſe obligatur, ſed etiam defunctus hæredẽ ſuum relinquit obligatum. Poteſt autem fideiuſſor, & obligationem eius, pro quo fidem ſuam interponit, antecapere, ſiue præcedere: veluti quum mutuum ab aliquo eſſes accepturus, antequam contractus conſtitueretur, fideiuſſorem dediſti. Sed & fieri poteſt: ut poſtquam contractus celebratus fuerit, fidem tuã pro me interponas. §. fideiuſſoribus. §. Fideiuſſori.

ARGVM.

Fidiuſſorum pluralitas debitum in, uiriles non partitur, quinimo ſinguli ad ſolidum tenentur, quibus tamen Hadriamus ita proſpectum uoluit, ut ipſius oppoſito aduerſus creditores litis conteſt. tempore beneficio, uiriles petere pro rata, ſi modo qui fideiuſſerunt, ſoluendo ſint, cogantur. quod ſi quis opponere neglexerit, ſoluens in totum, fruſtra a cõfideiuſſoribus repetit, aduerſus debitorem principalem remedium duntaxat habens.

SI plures fuerint dati fideiuſſores, quotcunque ſint numero, non pro partibus, ſed ſinguli eorũ

inſolidum tenentur, vt liberum ſit creditori, quē cum uelit inſolidum agere. Sed ex epiſtola Hadriani Cæſaris, cōpellitur creditor a ſingulis, qui modo ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, partes viriles pro rata petere. Vnde ſi quis fideiuſſorum eo tempore, ſoluēdo eſſe non inueniatur, eius inopia confideiuſſores onerat. Veluti, quinque erant fideiuſſores in debitum centum aureorum. Quum omnes eſſent ſoluendo, ſinguli in vicenos conueniebantur. Sed quum vnus eorum non ſoluendo factus eſſet, eius inopia cęteris damno eſt. Non enim à quatuor, viceni, ſed viceni quini petitur. Sin igitur vnum ex ijs poſt litis conteſtationem non ſoluendo fieri contingat: huius inopia, creditori tantum, non etiam fideiuſſoribus fraudi erit. Sed ſi cum vno confideiuſſorum creditor ēge rit, & ſolidum ab eo conſequutus ſit: id eius ſolius, a quo petitum fuerit, detrimentum eſt. Quoniam neque aduerſus confideiuſſores aliquā actionē habere conceſſum eſt: neque vtiliter aget cum principali qui ſoluendo non eſt. Supereſt vt de ſeipſo quæratur, & ſibi imputet, quum contentus ex epiſtola Hadriani iuuari potuerit, ac deſiderare, ut ex ęquis partibus in confideiuſſores daretur actio.

ARGVM

Fideiuſſor in amplius, atque principalis, cui adiungitur, obligari non poteſt: in minus poteſt. Quibus autem modis quis in amplius obligari dicatur, hic facile traditur.

Fide-

FIdeiuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam fideiuſſorũ obligatio, acceſſio eſſe dicitur, & ſequela principalis obligationis. At plus in acceſſione eſſe non poteſt, quam eſt in principali re. Verum ex diuerſo, ut minus debeat, obligari poſſunt. Et ideo ſi principalis, ideſt, debitor, decem aureos dare ſpopondit, quinque ab ipſis recte ſtipulaberis: ſed quum principalis quinque promiſit, non recte in decem fideiuſſor accipitur. Eadem ratione, ſi principalis pure promiſit, fideiuſſor ſub conditione expromittere poteſt. Ex diuerſo, quum principalis ſub conditione promiſit, fideiuſſor ſub cõditione quidẽ recte: pure uero, nõ apte expromittit. Quoniam non ſolum in quantitate, ſed etiam in tempore, plus aut minus intelligendum eſt. Plus enim eſt, ſtatim aliquid dare, minus uero, poſt tempus dare. §. Fideiuſſores.

ARGVM.

Fideiuſſor quod pro debitore diſſoluit, mandati actione ab eodem repetit. Cæterum in ſtipulationibus fideiuſſorum, eatenus ſolennitates intrinſecus deſideratas interueniſſe præſumimus, quatenus uerba ferunt.

FIdeiuſſor autem, eius quod pro principali, ſoluerit, recuperandi cauſa, habet contra eũ mandati actionem. Græce fideiuſſor ita plerunque ſpondet. §. Si qd ãt.

Τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω, θέλω aut βούλομαι. Sed & ſi dixerit φημὶ, perinde eſt, atque ſi dixiſſet λέγω. In ſtipulationibus fideiuſſorum ſciendum eſt, quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, §. ĩ ſtipulationibus.

per præſumptionem actum videri. Et ideo in cõfeſſum venit, ſi quis ſcripſerit ſe fideiuſſiſſe, omnia quę conſueuerũt, acta uideri: videlicet eum ut ſi deiuſſorem interrogatum eſſe, & ipſum conuenienter ſpopondiſſe.

De literarum obligationibus.
TIT. XXI.

ARGVM.

Obligationis literarum (quæ eſt nominis, veteris in nouum creditum per uerba ſolennia ac ſolennes literas tranſformatio) formula. Huic autem obligationum generi non numeratæ pecuniæ exceptio utiliter intra biennium hodie, poſtea inutiliter obijcitur.

POſt obligationem, quæ re, item quæ uerbis cõtrahitur, dicemus, & de obligatione literarũ. Habebat aũt apud veteres literarũ obligatio talẽ quãdã definitionẽ: Literarũ obligatio eſt veteris nominis in nouum creditum per ſolennia uerba, & ſolennes literas trãſformatio. Nam ſi quum quis mihi centum aureos deberet ex emptione, aut locatione, aut mutuo, aut ſtipulatione (multis enim modis aliquid nobis deberi poteſt) voluiſſem hunc mihi obligatum eſſe literarum obligatione: neceſſe erat verba hæc dicere, & ſcribere ad eum: quem literarum obligatione obligatum habere volebam. Sunt autem hæc uerba, quæ dicebantur & ſcribebantur: Centum illos aureos, quos mihi ex cauſa locationis debet, tu mihi ex conuentione & promiſſione literarum tuarum dabis. Deinde adſcribebãtur ut ab eo qui

iam ex locatione obligatus eſſet, hæc verba. Ex cõuentione debeo literarum mearum. Et prior obligatio extinguebatur: nouaque literarum naſcebatur. Quę ex eo nomen habet, quod in literis conſiſtat. Sed hodie hęc in uſu non ſunt. Inuenias tamẽ & hodie ſi diligentius inſpicias, in communi uſu uerſari quandam literarum obligationem; ſed quæ aliam formam aliamque figuram habeat. Nam ſi quis quũ à me mutari vellet, ea de re mihi loquutus ſit, & ego ei iuſſerim ut ſchedulam mihi conſcribat, atque is illam ſolus me non pręſente conſcripſerit, in qua talia quędã dixit. Hodie ego ab illo mutuo accepi, et hæc debeo. nec ulla ſtipulatio adſcripta ſit, aut quæ adſcripta eſt, inutilis ſit, propterea quod in re gerenda creditor præſens non fuerit: quæritur an multo tẽpore poſt illa elapſo, agi cum eo poſſit, qui dictam ſchedulã emiſit. Et dicimus, perſonam hanc ex obligatione, quæ re contrahitur, conueniri non poſſe: quia nulla numeratio interuenerit. Neq; rurſus ex uerborum obligatione, quia ſtipulatio nulla interceſſerit, aut quæ interceſſiſſe dicitur, nõ præſente utraque parte interceſſerit. Reliquum eſt ergo, ut ex ſolis literis obligata ſit. Ecce igitur, quo modo & hodie quis ex literis obligetur. Et olim quidem id, quod dicitur de multo tempore, uſque ad quinquennium procedebat. Poſt hoc enim tempus exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non licebat, & dicere creditori. Tu te numeraſſe oſtende. Nam id multis Imperatorum conſtitutionibus cautum eſt. Sed quoniam id creditoribus moleſtium erat, Imperator noſter, ne multo tempore

elapſo,hoc eſt,triennio aut quadriennio,creditores quum poſt tantum temporis iuberentur probare vera omnia eſſe, in difficultates moleſtiasq́; probationum,propter longitudinem elapſi temporis inciderent: & ita ex illa re,pecunijs forſitan ſuis defraudarentur: conſtitutionem edidit, qua quinquennij ſpatium intra biennij metas concluſit. Sic igitur intra tempus hoc recte talis exceptio opponi poterit,poſt biẽniũ omnino nõ poterit.

De obligationibus ex conſenſu. TIT. XXII.

ARGVM.

Obligatio ſolo conſenſu contracta in quatuor contractibus hic expreſſit,qui & inter abſentes, & per epiſtolam ac etiam nuntium cõtrahuntur, concipitur.Et obligatio,quæ conſenſu contrahitur,ab alijs quid differat.

QVVM dictum ſit de obligationibus, quæ re, verbis aut literis contrahuntur: dicamus nunc de ea,quæ ex conſenſu eſt. Conſenſu autem conſtituitur obligatio in huiuſcemodi contractibus: in emptione & venditione,locatione,ſocietate,& mandato. Ideo autẽ iſtis modis dicitur obligatio conſenſu conſtitui: quoniam neque ſcriptura,vt in literarum obligatione:neque pręſentia, vt in verborũ obligatione omnimodo neceſſaria eſt. At neque dari quicquã neceſſe eſt ſicut in obligatione quę re contrahitur, vt obligatio quæ conſenſu fit,ſubſtantiam capiat. Sed ſatis eſt eos inter quos negotium geritur, cõſentire. Huiuſcemodi igitur contractus & inter

abſentes recte cõtrahũtur, veluti ꝑ epiſtolã vel ꝑ nũtiũ. Neq; vero ĩ his tãtũ obligatio, q̃ cõſenſu fit, ab alijs obligationibus diſtat, verũ ẽt in illo. Nã in cęteris quidẽ obligationibus, unus dũtaxat obligatur, & unus alterũ ſibi obligat, ueluti in obligatione q̃ re contrahitur, is q dedit obligat: is qui accepit, obligatur. In ea q̃ uerbis conſtituitur, ſtipulator obligat, obligatur promiſſor. In ea q̃ literis fit, obligatur q ſcripſit: obligat is, in quẽ ſcriptura dirigitur. At uero in hac obligatione, quæ conſenſu contrahitur, uterque utrique obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet: quũ in uerborũ obligationibꝰ alter ſtipuletur & obliget: alter ꝓmittat & obligetur.

De emptione & uenditione.

TIT. XXIII.

ARGVM.

Emptio & uenditio aut cum ſcriptura, aut ſine ea contrahi poteſt. At quæ ſine ſcriptura fiunt, tum contrahi dicuntur, cum utraque pars de pretio cõſentit, quamlibet pretium nullum nilque eius nomine datum ſit. Quod ſi ſcriptura interuenire debeat, tum perfectæ dicuntur, cũm in publicam formam redacta, aut a partibus approbata fuerit.

ATQVE in primis de emptione et uẽditione dicamus. Emptio & uenditio contrahitur, ſimul atque de prętio utraque pars conſẽſit. Nã ſi ego dixerim, me tibi hãc rẽ centũ aureis uendere, & tu contentus fueris hoc pretio, ſtatim contracta eſt uenditio: quanuis nondum pretium numeratum ſit, ac ne arra

quidem data aliqua. Et naſcitur venditori quidem actio, Ex vendito: emptori vero, Ex empto. Quod autem arræ nomine datur, argumentum eſt, & probatio emptionis & venditionis contractæ, non ipſe contractus. Hæc de emptione & uenditione intelligimus, quæ ſine ſcriptura conſiſtit. Nihil enim in ea Imperator noſter innouauit. In ea uero, quæ ſcriptura conficitur, non aliter perfectam eſſe venditionem & emptionem dicimus: niſi & inſtrumenta venditionis fuerint conſcripta, vel manu propria vendentis: vel ab alio quidem ſcripta, a vendente autem ſubſcripta: ſin autem per tabellionem ſcribantur, niſi & præcedentem ſubſcriptionem completiones ſequutæ & inſtrumenta partibus abſoluta fuerint. Nam quandiu aliquid horum deeſt, & pœnitentiæ locus eſt, & emptor aut venditor impune recedere a contractu poteſt. Sic tamen, niſi iam arrarum nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim ſequuto, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis venditio facta ſit, is qui recedit a contractu, ſiquidem emptor ſit, amittit arras: ſin autem venditor duplum cogitur præſtare, hoc eſt, & ipſum quod datum fuerit, & alterum tantum, quamuis tale nihil in dandis arris conuenerit.

ARGVM.

Emptio ſine certo pretio uiribus non ſubſiſtit. Quod ſi in tertij arbitrium pretium definiendum collatum ſit, in ſuſpenſo erit uenditio, donec tertius definierit: quo non definiente, quod id nolit, aut non poſſit, res ad nihilum redit. Quod & in locatione quoque locum obtinet.

Pretium

PRetium autem omnino in venditione conſtituendum eſt. In vniuerſum enim nulla eſt ſine pretio venditio. Sed pretium certum eſſe debet. Itaque ſi inter aliquos ita conuenerit: vt quanti Titius fundum illum eſtimauerit, tanti ſit emptus: magna erat inter veteres controuerſia, conſiſteretne talis venditio, an non conſiſteret. Sed edita eſt Imperatoris noſtri deciſio, quæ hoc ita conſtituit, vt quoties ſic conuenit: Emptus hic tibi fundus eſto, quanti eum Titius æſtimauerit, in his finibus ſtaret contractus. Vt, ſi quidem is qui nominatus eſt, veluti Titius, pretium definierit, omnino ſecundum illius æſtimationem, & pretium ſoluatur, & res tradatur: quo tandem venditio ad finem perducatur; emptore quidem Ex empto, venditore autem Ex vendito agente. Sin vero Titius, qui nominatus eſt, pretium definire vel noluerit, vel nequiuerit (forte quod cognitio de quantitate pretij excedat captum eius) pro nihilo ſit placitum venditionis. Et perinde ſint ipſi, atque ſi nihil de vendendo inter eos conueniſſet: proptereà quód nullum ſit pretium ſtatutum. Atque hoc quidem Imperator noſter in venditione conſtituit: Nam abſurdum tamen eſt idem ad locationem & conductionem trahere. §. Pretium.

ARGVM.

Pretium in venditionibus in pecunia numerata conſiſtere debet: alioqui non tam venditio, quàm permutatio inter ſe rerum eſt, quod conuentionis genus Proculi ſententia à vẽditione ſeiunctum eſt.

NEc vero ſolum ſtatutum & certum eſſe debet pretium, ut dictum eſt: ſed neceſſe §. Itẽ pṫium

eſt etiam, ut in pecunia numerata conſiſtat. Nã in cæteris rebus præter pecuniam; an eſse pretiũ poſſit, quæritur. Veluti an ſeruus, aut fundus, aut veſtis alterius rei pretium eſse poſſit, valde quæſitum eſt. Ac Sabinus quidem & Caſſius etiã alia in re pretium conſiſtere poſse exiſtimabant. Et illud ſcilicet eſt idipſum quod uulgo iactatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eamque ſpeciem venditionis antiquiſſimam eſſe. Teſteque utebantur Homero poeta: qui Iliad *in parte quadam ſuæ poeſis, quum exercitum Græcorum vinum ſibi emiſſe fingeret, permutatione quarundam rerum, emptionem ait fieri, idque his verſibus.*

Ευθὲν ἄρ οἰναζοντο καεκκομόοιτες Αχᾶιοι,
Αλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δὲ ἄιρων σιδήῳ,
Αλλοι δ᾽ ἂν ῥινοῖς, ἄλλοι δ᾽ αὐτοῖσι βόεσσιν
Αλλοι δ᾽ ἀνδραπόδεασιν.

Id eſt (ut paulo fucatius transferam)
Tunc ſibi criniti coemunt hinc vina Pelaſgi:
Aes alij fulgens, nitidum pars altera ferrum,
Aut coſtis direpta boum dant tergora, totos
Conſtituunt alij tauros, plerique ſuorum
Corpora ſeruorum.

Quod enim ait οἰνίζοιτο, *id ſignificat, vinum emebant. Et quum fingeret eos vinum ementes, dixit loco pretij ab ijs datum fuiſſe æs, aut ferrum, aut corium, aut boues, aut mancipia. Sed Proculiani contradicebãt: & aliud eſſe exiſtimabant rerum permutationem, aliud emptionem & venditionem.*

tionem. Nec poſse aiebãt commodo diiudicari permutatis rebus, quæ res videatur veniſse, & quæ loco pretij data eſſe. Vtranque enim & veniſse videri, & loco pretij datam eſse, ratio ſani hominis non admittit. Sed Proculi ſententia dicentis permutationem propriam eſse ſpeciem contractus, ſeparatam a uenditione, merito obtinuit: quum & ipſe Proculus alios quoſdam verſus Homeri pro ſe facientes habeat, & validioribus inſuper rationibus vtatur. Sunt autem verſus hi: Ilia. ζ

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβεν,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Ideſt, (vt qualitercunque res intelligatur)
Iupiter hic Glauco mẽtẽ abſtulit, aurea ut amẽs,
Arma, boum centum, mutaret cum Diomede,
Aerea tunc reddente nouemque ualentia bubus.

Ecce enim, quemadmodum hoc loco, rem geſtã ἄμειψιν *hoc eſt, commutationẽ vocauit, non vẽditionem. Hoc autem & priores Principes admiſerunt, & latius in Digeſtis traditur.*

ARGVM.

Rei uenditæ perfecta uenditione, periculum ad emptorem prorſus, quamlibet necdum res tradita ſit, ſi modo venditoris culpa aut dolus coargui nõ poſſet, pertinet: niſi tamen cuſtodiæ curam in ſe uẽditor ſuſceperit. Et qui ideo tenetur, quod actionẽ habeat, cedens eam liberatur.

Diximus ſupra, vẽditionẽ, quæ ſine ſcriptura fiat, ex conſẽſione & quãtitate pretij, in quod

vtraq;

vtraq; pars conſenſit, contrahi. Contracta igitur venditione ſtatim periculum rei venditæ ad emptorem pertinet: tametſi adhuc ea res ipſi tradita non ſit. Itaq; ſi ſeruus uenditus eſt, & is perijt, vel aliqua parte corporis læſus eſt, pede, manu, vel oculo: aut ſi venditæ ſunt ædes, eæq; aut totę aut aliqua ex parte incendio conſumptæ: aut fundus vi fluminis totus vel aliqua ex parte inundatione aquarum perijt: aut ſi arboribus turbine & impetu uentorũ deiectis, longe minor deteriorque factus eſt fundus, damnum in his omnibus emptorem reſpicit. Itaque quamuis poſſeſſionem rei nactus non ſit, pretium tamen ſoluere cogitur. Id enim in uniuerſum ſciendum eſt quicquid ſine dolo, & culpa venditoris, rei venditæ acciderit, in eo venditorem ſecurum fore. Et quemadmodum damna, quæ rem venditam aut conſumunt aut minuunt, quum caſu accidunt, ad emptorem pertinent, ita & ſi quid lucri emolumentiq́; rei venditæ acceſſerit, id emptori proderit. Vnde ſi per alluuionem fundo aliquid accreuit, forte enim centum erat iugerum, deinde poſt contractam uenditionem, per alluuionem adiecta ſunt decem iugera, emptor eo lucro fruetur: quoniam eum lucra habere oportet, qui periculum damnorum ſuſtinet. Quod ſi ante traditionem fugerit ſeruus qui venijt, aut ſubreptus ab aliquo fuerit, ita vt neque dolus, neq; culpa venditoris ea in re argui poſſit: videndum eſt, an venditor ex hoc damnum pati debeat. Et ita diſtingui debet: ſi quidem cuſtodiam ſerui qui venijt, venditor in ſe ſuſcepit uſq; ad traditionem cuſtodiam debet. Eſt autem cu-

ſtodia,

ſtodia, diligentiſſima & pene modum excedens cõſeruatio. Et damnum quod inde procedit, agnoſcet. Idem & in cæteris animalibus: veluti in equo, aſino, camelo, & quæcunq; talia ſunt, in aliiſque rebus omnibus intelligimus. Sin autem cuſtodiam non ſuſcepit, non obligatur: ſed hoc ſolum debet uenditor, ut actionem in re, ad uendicandam rem, quæ venijt, & condictionem exhibeat cedatque emptori: propterea quòd ipſe uenditor adhuc ſit dominus, quippe re nondum tradita. Cedet etiam actionem furti aduerſus eos, qui furto ſubripuerit rem uenditam, & ex lege Aquilia, aduerſus eos qui damnum iniuriam in re vẽdita dederint.

ARGVM.

Venditio ſub conditione etiam, nedũ pure contrahi poteſt. Si quis autem rem, quæ in commertio noſtro non ſit, ſciens emerit, nullam ex hac conuentione actionem habebit. Ignorans autem aduerſus venditorem, quatenus ſua interſit, ex empto actione experietur.

VEnditio & pure, & ſub conditione contrahi poteſt. Sub conditione, ueluti: Stichus ſeruus ſi intra menſem tibi non diſplicuerit, emptus tibi eſto decem aureis. Sacra, religioſa, aut publica, ueluti forum uel baſilicam, fruſtra quis ſciens emit, hoc eſt, nullam occaſione contractus habebit actionem. Quòd ſi ea tanquam priuati iuris emerit a uenditore deceptus: tunc in id, quod ſua intereſt, actionem habet Ex empto: quoniam rem uenditam ei habere non licet. Idem eſto, ſi quis hominem liberum pro ſeruo emerit.

§. Emptio.

§. Loca.

De

De locatione, & conductione. TIT. XXIIII.

ARGVM.

Locatio ſicuti venditio, conſenſu contrahitur: atque inſtar venditionis, tum demum perfecta eſſe intelligitur, cum de mercede plene conſtiterit. Poteſt autem & mercedis definitio in tertij arbitriũ conferri: & quibus vijs id in venditione procedat, ijſdem & hic procedere intelligatur. Quòd ſi merces indefinita conſtituta ſit, non locatio, ſed contractus innominatus intercesſiſſe præſumitur, ex quo præſcriptis verbis actio naſcetur.

LOCATIO & conductio proxima eſt uenditioni & emptioni, & ijſdem Iuris regulis conſiſtit. Nã quemadmodum uenditio tũ contrahitur, quando utrique parti pretium placet: ita & locatio contrahi intelligitur, ſi merces utriq; parti placuerit. Et quemadmodum illic diximus, certum & in pecunia numerata pretium eſſe debere, ſic & mercedem certam, & in pecunia numerata eſſe oportet. Et competit locatori quidem actio locati: conductori autem, conducti. Illi, ut mercedem exigat: huic, ut rem ſibi locatam habeat. Sed & illud quod nobis in uenditione dictum eſt, cum alienó arbitrio quantitas pretij permittitur, ut Venditum tibi id eſto, quanti Titius definierit, ubi & Imperatoris ſanctiſſimi conſtitutionem adduximus, quæ huius contractus conſtitutionẽ diſtinctioni ſubijcit. Idẽ & in locatione ac conductione dicetur, quũ in alterius arbitrij mercedis quãtitas confertur: qđ & ſupra docuimus. Quód ſi qs fulloni poliendã, aut

ſartori

ſartori ſarciendã ueſtẽ dederit, nulla ſtatim mer cede conſtituta, ꝑmittes daturũ ſe quantũ inter ambas partes poſtea conuenerit: non ẽ id locatio, ſed alius quiſpiam contractus a locatione, ex quo & preſcriptis uerbis actio datur. At ne putes, hęc Imperatoris conſtitutione deciſa eſſe: quoniã diuerſa in illa caſus ſpecies eſt. Illic. n. ſic habetur: uenditũ tibi id eſto, quãti Titius definierit. Hic uero ſic: Locatum tibi id eſto, quanti utrique parti uiſum erit.

ARGVM.

In pecunia numerata in locatione, ut in uẽditione pretium, merces conſiſtere debet: quæ ſi in ſpecie, aut alio, quod eius uicem obtineat, conſtituta ſit, conuentionis nomen demutat, ac proinde qui alioqui nominatus foret, innominatus contractus efficitur, ex quo præſcriptis verbis actio prodibit. §. Præterea.

PORRO adeo omnia eadem & in uenditione & in locatione quæruntur, ut quemadmodum dubitatur, an permutatio rerum uenditio ſit, ita & in locatione quæratur. Si quum rem aliquam tibi utendam aut etiam fruendam dediſſem, tu mihi inuicem rem aliam utendam aut etiam fruendam dederis: in dubium enim uocatur, an ſit locatio. Et placuit locationem non eſſe, ſeu proprium quoddam genus contractus. Vt in hac ſpecie: Duo quidam erant uicini ruſtici, quorũ uterq; unum nec amplius bouem habebat. Neuter igitur fundum ſuum arare poterat, quia tantum unum bouem haberet. Si cõuenerit inter eos, ut per denos dies alter alteri bouem ſuum commodaret, quo opus apud accipientem facerent, & apud eũ bos perierit: neque

locatio

locatio ideſt, propterea quòd certa merces in pecu nia numerata conſtituta non ſit : neque rurſus commodatum . quoniam commodatum gratuitũ eſſe debet : at hic, is qui commodauerat, aut habebat, aut ſperabat emolumentum ex compenſatione. Sed aduerſus eum, cuius culpa bos periјt, actionem præſcriptis uerbis decernimus.

ARGVM.

Contractus emphyteuſeos nominatus ac per ſe contractus dicitur, cuius ea eſt natura, ut periculũ rei emphyteuticæ vniuerſale ad dominum, particulare uero, niſi aliud inter partes actum ſit, ad emphyteutam pertineat.

§. Adeo. *ADeo autem familiaritatem inter ſe aliquã habent uenditio & locatio : ut in quibuſdam caſibus dubium eſſe contingat, uenditio ſit id quod agitur, an potius locatio. id autem maxime contingit in ијs caſibus, qui illis admodum ſimiles ſunt: ueluti, quum de prædијs tractamus, quæ quibuſdam perpetuo fruenda traduntur: ut quandiu merces ſiue penſio, uel reditus ſiue uectigal domino pro ијs præſtatur, nemo conductori ea auferre poſſit, aut hæredi eius, cui ue aut conductor aut heres eius id prædium uendiderit uel donauerit, in dotem ue dederit, uel alio quocunque modo alienauerit. Quoniam ergo inter ueteres dubitabatur, quiſnam contractus hic eſſet, & a quibuſdam locatio, ab alијs uenditio exiſtimabatur : uenditio quidem, quòd & ad heredes trãſiret, & uarијs modis alienaretur : locatio uero, quód per ſingulos annos aliquid domino daretur edita eſt D. zenonis conſtitutio, quæ contractũ hunc Emphyteuſin vocauit, propriam ei naturam*

aſſignans,

aſſignans, quę neque ad locationem in uniuerſum, neq; item ad uenditionem ſpectaret, ſed quę ſuis finibus conſiſteret. Et ſi quidem aliquid pactum fuerit inter contrahentes, id ita iuſtum firmumque eſſe debet, quaſi ea certa natura contractus eſſet. Quoniam pacta contractibus naturam dant. Sin uero nihil pactum fuerit de periculo rerum in cauſam emphyteuſeos datarum: tunc ſi totares pereat, ad dominum uidelicet, hoc eſt, ad eum, qui in cauſam emphyteuſeos dederat, damnum hoc ſpectat: ſin autem ex parte, tunc is, qui in cauſam emphyteuſeos accepit detrimentum hoc agnoſcet. Quod & hodie in uſu eſt, eoque iure utimur.

ARGVM.

Qui cum artifice ita conuenit, ut ex propria materia opus efficiat, locationem nō uenditionem inire intelligitur, ſi uero ex ipſius artificis materia, tum venditio contrahi dicitur. Cæterum conductor in ea eſt cauſa, vt quæ cōuentione comprehēſa ſunt præſtet, neque ea ſolū, ſed quæ ex natura quoque contractus, ex bono & æquo præſtanda ſunt.

SImiliter & illud ſæpe in controuerſia uidemus eſſe: Aurifici cuipiam dedi, uerbi gratia, decem aureos: conuenitque ut is ex auri ſui materia, certi ponderis certæq; formę annulos mihi faceret: quæritur uenditione id ſit, an locatio. Et Caſſius quidem ſimul, & locationem & uēditionem id eſſe dicit: ut ſi materiam auri non ſatis probam eſſe cauſer, Ex empto poſſim agere: ſin de opere ipſo ut non recte facto conquerar, Lo-

cati

cati actionem habeam. Sed magis viſum eſt, tantũ emptionem & venditionem contrahi: quoniam opera velut acceſſorij vice fungitur. Quod ſi aurum ego meũ dederim aurifici, mercede pro opera conſtituta: dubiũ non eſt, quin ea res locatio, et conductio ſit. Conductor oĩa ſcd̃m legem, & fines conductionis facere debet, hoc eſt ſecundum ea, quæ in re gerenda cauta ſunt. Et ſi quid in lege et pactis omiſſum fuerit, id ex æquo, et bono diſponi debet.

§. Cõductor.

ARGVM.

Conductor de leui culpa tenetur: ad cuius hæredes, locationis & conductionis cõtractus pertrãſit.

§. qui pro uſu.

§. mortuo.

SI cui veſtem, aut argentum, aut animal commodauerim: & pro uſu eius certa pecunia mihi mercedis nomine data ſit, aut dare promiſſa: is, qui accepit, tantam in ijs cuſtodiendis diligentiam debet, quantam diligentiſſimus paterfamilias rebus ſuis adhibet. Eam enim ſi adhibuerit, & caſu aliquo fortuito res, quas vtendas accepit, perierint: ad reſtitutionem earum, aut propter reſtitutionem non tenetur. Si cui ad quinquẽnium fundum meum locauero, & conductor ſecũdo forte aut tertio anno deceſſerit, hæres eius ĩ cõductionem vſque ad finem quinquennij ſuccedit.

De ſocietate.

TIT. XXV.

ARGVM.

Societas totius patrimonij, ac uniuerſorum bonorum, nedum ad certum negotiationis genus contrahi

ꝯtrahi poteſt. In qua ſi de lucrorũ ac damnorũ communicatione conuentum ſit, conuentis ſtandum eſt, alioqui ex æquo dãna ac lucra communicãda ſunt.

POST venditionem & locationẽ, neceſſe eſt & de ſocietate dicere. Contrahitur autem hæc inter aliquos, aut totorum bonorum, hoc eſt, de vniuerſo patrimonio, quã Græci ꝓprio nomine οινοπραξιαν, appellant. aut vnius alicuius negotiationis, veluti emendorum vẽdendorũq; mãcipiorũ, aut olei aut vini, vel frumenti emendi vendendique. Et ſi nihil conuenerit, quotam quiſque in lucro & damno partem habere debeat: ex æquo lucra & damna agnoſcẽt ſocij. Sin expreſſæ fuerint partes, ſtandum eſt conuentis. Neque enim dubium eſt, quin valeat conuentio, ſi duo inter ſe pacti ſint: vt alter duas lucri damnique partes habeat, alter tantum tertiam.

ARGVM.

SOCIETAS adeo libere contrahitur, vt damni alius plus, alius minus, atque adeo nihil ſentiat: cõmodi autem ac lucri partem maiorem reportet. Lucrum autem id in iure dicitur, quod deducto damno ſupereſt, in quo quæ pars expreſsim adiecta fuerit, eadẽ in dãno adiecta eſſe intelligatur

SAne de illa conuentione quæritur: ſi Titius & Seius inter ſe pacti ſint, vt Seius duas in lucro partes habeat, & tantum tertiam in danno, contra Titius duas in danno partes habeat, & tantum tertiam in lucro, an ratum §. De illa.

ſit

ſit id pactum? Et Q. Mutius conuentionem hanc contra naturam ſocietatis eſſe ait, & ob id ratã non habendam. Seruius autem Sulpitius (cuius opinio obtinuit) contra ſenſit: quia ſæpe quorũdam ſociorum ita excellens eſt diligentia & opera in ſocietate, ut iuſtũ ſit plus eos lucri habere, & maioris lucri conditione in ſocietatem recipi. Nam & ita coiri ſocietatem poſſe nemo dubitat, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit. Nam ſæpe unius ex ſociis diligentia tantum præſtat, quãtum pecunia ab aliis collata. Et adeo hæc Seruij ſententia contra Q. Mutium obtinuit, ut illud quoq; extra controuerſiam ſit: conuenire poſſe inter ſocios, ut unus aliquis eorum, lucri partem habeat, de damno non teneatur. Quod tamen ita intelligendum eſt, ut ſi aliqua in parte lucrum, in aliqua damnum allatum ſit: compenſatione facta id ſolum quod ſupereſt, lucrum eſſe intelligatur, Veluti, Quidam mancipiorum & veſtimentorum negotiationem inierant. In negotiatione veſtimentorum damnum centum aureorum acceptum eſt. In negotiatione ſeruorum, lucrum trecentorum aureorum acceſſit. Primo eximuntur centum aurei qui in damno ſunt, ſcilicet vel lucrum trecentorum aureroum huic damno medeatur. Et ducenti aurei qui ſuperſunt, inter ſocios ſecundum legem initio dictam diuiduntur. Ex hoc igitur planum fit, quum ſimul & lucrum & damnum ſocietas accepit, aut lucrum duntaxat, ſocium ex pacto non iuuari, quo conuenit, ut partem in lucro haberet, & damnum non ſentiret.

§. Illud † Regulæ eius eſſe) Græcè eſt κα-νών

Quum

Quum vero ſolum damna accepta ſunt, tunc quid proſit ea conuentio oſtenditur. Nam ecce, ſi quum millenos ſinguli aureos in ſocietatem attuliſſent, ſubſecuta prædicta conuentione, ducentorum aureum damnum in negotiatione acceptũ ſit, & lu ri nihil factum: deinde ſocietatem contingat diſſolui, alter mille aureos, quos intulit, accepturus eſt, alter tantum octingentos. quod deo, q̃. non ut mentẽ habeant q in κοι νὸμ mutãt Corti us.

Illud in confeſſo expeditoque eſt: ſi in vno tantum eorum quæ accidunt, pars expreſſa ſit, & in altero pars expreſſa non ſit: id, quod expreſſum eſt, regulam eius eſſe, quod omiſſum eſt: veluti, conuenit, vt quum lucrum continget, alter beſſem habeat, alter tertiam partem, nec de damno quicquam dictum eſt, aut contra. Id, de quo dictum nihil eſt, ęquale fiet ei, quod expreſſum eſt.

ARGVM.

Societas, quæ lex partium conſenſu & conuentione libere initio contrahitur, eadem cõtraria voluntate ac renuntiatione inter partes facta diſſoluitur: eaque diſſoluta, quod quæritur, ſoli quærenti cedit, niſi callide ac dolo renunciacio procurata atque expetita fuerit.

SOcietas autem eo vſq; manet, donec in eodem conſenſu partes perſeuerant. At quum quis renuntiauerit ſocietati, ſoluitur ſocietas, quantũ ad ea pertinet, quæ ex illo tempore contingunt. Sed ſi quis verſuta callidaq; mente in hoc ſocietati renuntiauerit, vt obueniens aliquod lucrum ſolus habeat, lucrum hoc communicabitur. Sin autem quũ nullũ lucrũ expectaret, renuntiauerit: id ipſe quod nõ præuidit, habebit ſolus: veluti, §. Manet.

Primus

Primus & Secundus totorum bonorum erant ſo cij : contigit vt Titius hæredem Primum relinquens morcretur, ſed & Seij hæreditas eodem tẽ pore Primo delata eſt. Quidam ad Primum venit, ac nuntiauit illi de Titij hæreditate. Sed Seij hæreditatem nõdum ſibi delatam eſſe ſciebat Primus. Quum vellet igitur Primus ſolus hæreditatẽ Titij habere, ſciens ſoluta ſocietate ſuam ſolius futuram, ex induſtria renuntiauerit ſocietati, vt ſolus hæreditatem lucrifaceret. Hæc eius tam peruerſa mens punitur lege, & lucrum, quod ex hæreditate Titij obuenit, communicare cogitur. At Seij hæreditatem, ſi poſteà quum delatam ſibi eſſe faceret, agnoſcat: ſolus eam habebit. Neque enim ſpe eius lucrifaciendæ ſocietatem diſſoluit. Nam quomodo ẽ quum & ſibi eam delatam eſſe neſciret. Secundus tamen ſit quid poſt renuntiationem ſocietatis ei factam, acquiſiuerit, etiam ſi forte cauſa acquiſitionis, quæ nunc obtigit, antiquior ſit renuntiatione, ſibi ſoli id habebĩt, propterea quòd nullus in eo dolus argui poſſit.

ARGVM.

Societatem præter renuntiationem modis quatuor reſolui, iuris eſt recepti unius ſcilicet ſocij morte, rei in ſocietatem deductæ interitu, negotioque finito, ac bonorum publicatione, & eorundem ab vno ſociorum, aut pluribus facta ceſſione.

§. Soluitur. *SOluitur ad hæc ſocietas & ſocij morte, quia qui ſocietatem contrahit, certam & cognitã perſonam ſibi eligit. Nec enim omnino ſocij mei hæres ad ſocietatem mihi erit commodus. Sed & ſi inter plures contracta ſit ſocietas, vnius morte inter omnes ſoluitur: quamuis plures ſuperſint,*

quàm

quàm mortui ſunt. Quid enim ſi quum quinque aut ſex ſocietatem iniſſent, duo ſimul naufragio perierint? Interdum enim propter eos, qui mortui ſunt, ijs, qui ſuperſunt, vtilis, & optanda erat ſocietas: vtique niſi in coeunda ſocietate aliud conuenerit, vt uno mortuo inter cæteros maneret ſocietas. Soluitur & ſocietas eo negotio ad finem perducto, cuius gratia contracta fuit. Nam ſi ad negotiationem mancipiorum forte inita ſit ſocietas, & contigerit, vt hæc negotiatio finem acciperet, finitur & ſocietas. Publicatio quoq; vnius ex ſociis, ſocietatem diſſoluit. Sed tunc quum vniuerſum ſocij patrimonium publicatum fuerit. Nam quum in bona ſocij publicati alter ſuccedat (nempe Fiſcus) & ſimilitudo quædam mortis inducitur. Si enim pars tantum bonorum publicata ſit, manet ſocietas. Si ſocius ære alieno oppreſſus (ſiue id publicum ſit, ſiue priuatum) bonis ſuis ceſſerit, & patrimonium eius venierit, ſoluitur ſocietas. Si tamen poſt ceſſionem adhuc conſentiat in ſocietatem: noua nunc incipere videtur ſocietas.

ARGVM.

Quantam priuatis ſocius diligentiam adhibet rebus, tantum communi bus ſocietatis iure impartiri tenetur: quam ſi non adhibuerit, dolo tamen careat, leuis nomine culpæ obſtringitur.

SOcius ſocio vtrum eo nomine tantũ teneatur actione Pro ſocio (ea eſt autẽ actio quam mutuo inter ſe habent ſocij) ſi qua in re dolo ſocietatem læſerit, quemadmodum actione depoſiti dicimus eum de dolo teneri, qui rem alienam apud ſe deponi paſſus eſt: an vero etiam culpæ §. Socius.

V nomine,

nomine,id eſt, deſidię,& negligentiæ, quæſitum eſt.Sed tamen præualuit, etiam culpę nomine eum teneri. Culpa autem non ad exactiſſimam diligentiam refertur. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere ſocium, qualē ſuis rebus adhibere ſolet.Nam qui minus diligentem ſocium ſibi aſſumpſit, ſuam ipſe imprudentiā incuſet,quum & ipſe eius mali ſibi cauſa fuerit.

De mandato.

TIT. XXVI.

ARGVM.

Mandatum modis quinque contrahitur, idque aut mandantis, aut mandatarij alterius ue cauſa, aut miſtim fit. Cuius autem cauſa fiat, tum apparebit,cum cuius utilitatis cauſa interuenerit, cognouerimus.

REliquum nobis eſt, ex obligationibus quæ conſenſu contrahuntur, Mandatum. Quinque autem id modis cōſtituitur. Aut enim mea ſolius gratia tibi mando,aut mea & tua,aut aliena tantum, aut mea & aliena, aut tua & aliena.Nam ſi tua tantum gratia mādatum fiat,ſuperuacuum eſt quod agitur,ac neque ex conſenſu conſtituitur obligatio, neque Mādati naſcitur actio.

§. Mādātis. *Et mea tantum mandantis gratia interuenit mandatum: veluti ſi tibi mandarim, vt negotia mea gereres, vel vt fundum illum mihi emeres, vel ut pro me ſponderes.Mea & tua gratia mandatum fit, quum tibi mando, vt pecuniam Titio ſub vſuris credas, qui eam in rem meam verſu-*

rius

rus eſt. Nam & tibi prodeſt id quod agitur, propter vſurarum præſta ionem & mihi, in cuius rē pecunia vertenda eſt. Aut ſi quum pro Primo, qui mutuum a te accepit, ego fidem meam interpoſuiſſem: & tu mecum ex cauſa fideiuſſoria vel les agere: mandarim tibi, vt meo periculo cum Primo principali agas. Ecce enim, & ego hic iuuor, præſentem euitans actionem: & tu, qui poſt acceptum cum principali iudicium: niſi is tibi ſatisfecerit, contra me reuerti potes. Nam finge ſine pignore fideiuſſionem factam fuiſſe, & mandatum cum pignore interuenire, vt aliquid emolumenti ſit in mandato: aut ſi quum centum tibi aureos deberem, & tu me in ius vocare velles: debitorem meum tibi delegauerim: deinde mandauerim tibi ego, ut meo periculo ab eo ſtipulareris: Quoniam timebas forte, ne ſi ſtipulando a debitore bonum nomen eius feciſſes, debito omni excideres. Quū neq; ab eo quicquā propter inopiā ipſius poſſes conſequi: neque contra me redire poſſes propter liberationem, quæ mihi ex nouatione contingeret. Ecce enim quemadmodum & hic vtrique proſit mandatum: mihi, quia in præſens moleſtia liberabor: tibi, quia & debitorem meum ex ſtipulatione tibi obligatum habebis, & mecum ex mā dato agere poteris. Atque etiam, qui vnum antea tibi obligatum habebas, nunc duo habebis: illum ex ſtipulatione: me, ex mandato. Aliena tantum gratia ſit mandatum, quum tibi mando, vt Titij negotia geras: aut ut Titio fundum emas, aut ut pro Titio ſpondeas. Mea gratia & aliena ſit mandatum: ſi mandauerim tibi, ut mea & Titij com-

munia negotia gereres: aut ut mihi & Titio fundum emeres: aut ut pro me et Titio ſponderes. Tua & aliena gratia mando, ſi quum Titius pecunia egeret, mandem tibi, ut ei ſub uſuris credas. Hic enim & tibi res proderit, propter uſuras: & illi, cuius neceſſitati ſuccurſum erit. Quoniam ſi, ut ſi ne uſuris crederes, mandarim tibi aliena tãtum, non etiam tua qui nihil iuueris, gratia intercedit mandatum.

ARGVM.

Mandatarii cauſa quod tantũ mãdatur, nõ mãdati vim, ſed conſilij naturam obtinet: ac proinde mandantem velu t conſilium præbentem, minime teneri: quandoquidem ex conſilio quanlibet non expediat, obligatur nemo.

§. Tua tãtum gratia

TVa tantum gratia interuenit mandatum, quum mando tibi, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam ut fœneres: aut contra, vt potius fœneres quam prædia emas. Huiuſcemodi autem mandatum, conſilium potius eſt, quam mandatum, & id nullam parit obligationem: quia nemo ex conſilio mandati obligatur, etiam ſi non expediat ei cui mandabatur. quum liberum cuique ſit apud ſe explorare, an quod pro conſilio ab aliquo accepit ſibi conducat. Quapropter ſi quum vacuam & otioſam apud te pecuniam haberes, hortatus fuero, ut rem emeres aliquam, vel ut eam fœnori dares, quamuis id quod egeris, tibi non profuerit: ueluti quum ſeruos emiſſes, ſi ij mortui ſint aut fugerint. aut quũ fœnori dediſſes; ſi non ſit ſoluendo, cui reddidiſti: mãdati ego tibi nõ teneor. Et hæc adeo vera ſunt, ut apud ueteres dubitatum ſit, an mãdati tenear, ſi man-

ſi mandarim tibi, ut Titio ſub uſuris pecuniam crederes, quibuſdam dicentibus id conſilium eſſe, & ſecundum ea, quæ dicta ſunt, obligationem nõ parere. Sed obtinuit Sabini ſententia, dicentis, mandati me obligari. Nam quoniam certam perſonam Titij, mandato appoſui: ideo tibi obligor, veluti ad quandam ſimilitudinem fideiuſſoris. Si enim indefinite dixerim, Crede pecuniam tuã: mandatum hoc (vt dictum eſt) non eſt obligatoriũ. Quód ſi certam perſonam iniecerim, ſecundum morem qui nunc obtinet, mandati obligabor.

ARGVM.

Rei turpis, mandatum obligationem non parit, ſicuti nec illud, quod conſilij naturam habet. Quo fit, ut qui huiuſmodi mandato paruerit, ſi quid hoc nomine præſtiterit, aduerſus mandantem ad ipſius repetitionem actionem non habeat. Hoc tamen in mandato ſumme obſeruandum, ut mandati definitam metam non excurramus: alioqui quatenus exceſſum eſt, actio non concedetur.

Quemadmodum mandatum, quod pro conſilio datum eſt, obligationem mandati non producit: ita nec mandatum, quod contra bonos mores eſt: ueluti ſi mandarim tibi, ut res Titij furto tolleres, aut damnum ei dares, aut contumelia eum afficeres. Nam quamuis mandato meo parueris, & pœnam facti iſtius nomine præſtiteris: non tamen ullam aduerſus me habebis mandati actionem. §. Illud quoq; §. Is q. exequitur

Is, qui mandatum ſuſcepit, fines mandati excedere nõ dẽt. Veluti, mãdaui tibi, ut uſq; ad centũ aureos fundũ illum mihi emeres: aut ut uſque ad

centum aureos pro Titio ſponderes. Neque pluris emere fundum illum debes, neque in maiorem ſummam pro Titio ſpondere. Nam ſi ſtatutum inter nos modum excedas, mandati actionem mecum non habebis. Adeo, ut Sabinus, & Caſſius exiſtiment, etiam ſi uſque ad centum aureos mecum velis ex mandato agere (hoc eſt, uſq; ad ſummam, quam tibi mandauit) eo quod amplius eſt: omiſſo, inutilem fore litis exitum. Proculiani uero recte vſque ad cẽtum aureos agere te dicunt: quę ſententia ſane benignior eſt. Quod ſi minoris emeris, ueluti octoginta aureis, habebis, ſ. mecum mandati actionem. Qui enim mandat, vt ſibi centum aureis fundus ematur, vtique id mandare videtur, ut etiam minoris (ſi fieri poſſit) ematur, quoniam maior ſumma, minorem in ſe continet.

ARGVM.

Mandatum quamlibet recte contractum, re integra, reuocatum euaneſcit: ignoranti tamen mandatario, ſi quid reuocatione facta egerit, ex naturali æquitate, mandati actio conceditur.

§. Recte quoq; *Soluitur mandatum quamuis recte contractũ ſi re integra ideſt, manentibus rebus, reuocatum fuerit: ueluti, mandaui tibi, ut ſeruum mihi emeres. Antequam emere inciperes, reuocaui mãdatum, ideſt, re integra. Similiter & re integra per mortem eius, qui mandauit, aut eius, cui mandatum eſt, ſoluitur mandatum: propter naturalẽ tamen æquitatem, placuit interdum actionem mãdati dari. Quid enim ſi quum in regionem illam proficiſci parares, ego tibi mãdaui, ut mihi equos emeres: tu ſuſcepto mandato profectus es. Antequam*

quā ad emptionē accederes, cōtigit ut ego moreter. Tu quū me adhuc viuere putares, & mādato pareres, emiſti equos. Reuerſus, cōperis me defunctū eſſe. Mādati agere cū hæredib. meis non potes. Quoniā re integra euenit, ut ego mandator tuus obirē. Sed quoniam iniquum eſt, te, quum mortem meam ignoraueris, damno affici: uiſum eſt benignius eſſe, ut mandati actionem aduerſus hæredes meos haberes: ne iuſta probabiliſq; ignorātia damnum tibi afferret. Id autem hic contingit exēplo eius, quod in illa ſpecie traditum eſt:

**Diſpenſator eſt ſeruus, qui fœnori dare conſueuit pecuniā domini. Et hic quidem fœnori dando, neminē ſibi obligat. Nā quō, quum ſeruus ſit: ſed domino ſuo actionem ex mutui datione acquirit. Ac qui mutuū accepit, ſiue domino ſoluat, a debito liberatur: quoniam ei ſoluit, qui actionem cū eo habebat. Siue ſeruo: & hunc quoque modum debere deſinit. Voluntate enim domini dedit. Nam qui ſeruo permiſit, ut pecuniam ſuam crederet: idem & debitoribus facultatem dediße uidetur, ut diſpenſatori ſoluerent. Et hæc quidem quandiu eodem erga ſeruum dominus animo eſt. Si.n. ſententiam mutarit, haud recte debitores ei ſoluunt.*

* Diſpēſator] Martialis; Diſpenſatorē fallax ſpoliabit amica. Hīc et apud Trāquillū in vita veſpaſiani Cæſaris, Diſpēſationē īpetrare quidā dicitur fratri ſuo voluiſſe. Nec.n. de ea loquitur, quā vulgo nunc diſpenſationem vocāt: nā Veteres in legibus ſolui dicebant. Curtius.

ſoluunt. Quid ergo ſi dominus diſpenſatorem manumiſerit, & deinde ei debitor pecuniam ſoluerit: an liberatur debitor? Et quidem ſecundum ſtrictam Iuris rationem liberari non debet: quoniam alij ſoluit, quam cui dominus pecuniarum volebat. Quum enim eum manumiſerit, dubium non eſt, quin & animum ſuum erga ipſum mutarit. Sed quoniam iniquum eſt, vt probabilis iuſtaque ignorantia ſoluenti damnum afferat, placuit eum propter naturalem æquitatem obligatione illa liberari. Quemadmodum igitur in diſpenſatore probabili ignorantię ſuccurſum eſt: ita & mandato, re integra per mandantis mortẽ ſoluto, mãdati actio locum habebit: propter eandem rationem, ideſt, propter probabilem ignorantiam.

ARGVM.

Mandatum & ſi initio voluntatis eſt, ut nemo inuitus ſuſcipere cogatur, ſuſceptum tamen eius neceſsitas efficitur, vt executionem deſyderet (niſi tẽpeſtiue ei renunciatũ ſit) alioqui aduerſus ſuſcipientẽ, ſi non eũ iuſta tueatur excuſationis cauſa, mãdati actio cõpetit.

§. Mãdatũ. *MAndatum, quod mihi aliquis facit, liberum eſt non ſuſcipere: ſuſceptum vero aut implere debeo, aut quam primum renuntiare, vt is, qui mihi mandauit, aut per ſe, aut per alium eam rem exequatur. Nam niſi ita renuntiauero, vt omnia quæ rem contingunt mandanti ſint in integro: & eam commode adhuc exequi poſſit, mandati tenebor. Verbi gratia, Profectionem parabam in regionem aliquam,*

aliquam, volebat autem & Titius, qui & ipſe tibi amicus erat, eodem proficiſci. Tu mihi mandaſti, ut mancipia aliud ve quid tibi emerem. Si mandatum ſuſcepi, eouſq; impune renuntio donec nondum Titius profectus eſt, & ei de eadem emptione mandare potes. Quod ſi illo iam profecto renuntiauero, mandati tenebor. Quoniam Titio iam profecto per alium mandator implere mandatum non poteſt. Si tamen iuſta aliqua cauſa interceſſerit, quæ ne renuntiarem impedimento fuerit: aut ut tardius renuntiarem fecerit, ignoſcendum mihi eſt. Quid enim ſi publicę neceſſitates, aut alię quęuis neceſſariæ cauſæ mandatum implere mihi non permiſerint?

ARGVM.

Mandatum nõ modo pure, ſed & in diem, & ſub conditione fieri poteſt. At mandatum omne id præcipuum habet, ut gratuitum ſit: alioqui mandati nomen non meretur, ſed alterius contractus vim, ac appellationem conſequitur.

MAndatum & in diem differri poteſt: veluti, Mando tibi, vt biennium hoc agas. Et ſub conditione fieri: veluti, Mando tibi vt ſi nauis ex Aſia venerit, hoc facias. §. Mãdatũ. *Illud autem vt in ſumma ſciendum eſt mandatum gratuitum eſſe debere. Niſi enim tale ſit, in aliam ſpeciem contractus cadit. Quoniam mercede conſtituta, locatio & conductio eſſe incipit.* §. In ſũma. *Nam id te generaliter ſcire oportet, quibus caſibus ſine mercede ſuſcepto abs te aliquid faciendi officio, mandati aut depoſiti naſcitur actio,*

in ijs caſibus mercede interueniente locationem, & conductionem contrahi. Qua propter ſi fulloni polienda, aut candefactori cādefacienda, aut ſartori ſarcienda veſtimenta dederis, nulla conſtituta aut promiſſa mercede, gratis fullone aut ſartore id ſe facturum pollicente, ad ea recipienda mandati competet actio.

De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur.

TIT. XXVII.

ARGVM.

Obligationes non perpetuo ex contractu naſci, ſed quandoque cum ex maleficio non prodeant, ex quaſi contractu oboriri: vnde fit, vt ſi quis abſentis negotia gerat, nullo intercedente mādato, ex huiuſmodi geſtione actiōes duæ ſubnaſcātur directa ſcilicet rerū geſtarū domino, contraria vero geſtori: vt quod impēderit geſtor, a dño repetat, & quod ipſe imprudētius geſſerit, eius rationē domino reddere teneatur: in quo vel leuiſſima culpa conſyderatur.

Q*VVM ſit igitur dictum de obligationibus quæ ortum habent ex contractu, dicamus deinceps de obligationibus, quæ quidem non proprie ex contractu deſcendūt, ſed tamen qa nō ex maleficio ſub-*
§. Igitur. *ſtantiam capiunt, quaſi ex contractu naſci uidentur. Si quis ergo me abſente negotia mea geſſerit, vltro citroque inter nos naſcuntur actiones: et mihi quidem domino rerum datur directa actio negotiorum geſtorum: negotiorum vero geſtori, contraria. Has autem ex nullo proprie contractu naſci*

ſci apertũ eſt.Tunc.n.naſcũtur,quũ quis ſine man dato ad res alienas gerendas acceſſit, qui ex cau ſa domini rerum geſtarum, etiam ignorantes obligantur. Atqui ex contractu nemo ignorans obligatur. Idque vtilitatis cauſa receptum eſt, ne negotia eorum defererentur, qui ſubita & neceſſaria profectione diſtenti, nemini rerum ſuarum adminiſtratione demãdata, peregre profecti ſunt. Porro utilitas in his eſt, nimirum in actionibus, directa, ſcilicet & contraria, ne res deſertæ & ſine adminiſtratore relinqueretur. Neque enim aliter quiſquam eas curaret, niſi de eo aliquam haberet actionem, quod in adminiſtratione alienarum rerum impendiſſet. Porro quemadmodũ is qui utiliter aliena negotia geſſit, obligatum habet dominum eorum in id quod impendit: ita & ex contrario, ipſe negotiorum geſtor tenetur, vt adminiſtrationis ſuæ reddat rationem quum ab eo exigatur, ut exactiſſimam & pene modum excedentem diligentiam rebus gerendis adhibeat. Neque enim ad hoc ut actione negotiorum geſtorum non teneatur, ſufficit talem diligentiam in alienorum negotiorum adminiſtratione adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet: ſi modo alius diligentior eo commodius adminiſtraturus negotia fuiſſet. Tunc enim non ex negotiorum geſtoris, ſed illius alterius diligentia, res dijudicanda eſt.

ARGVM.

Tutorem ac pupillum ex ipſius tutoris geſtione inter ſe ex quaſi contractu mutuo obligari: ac proinde obligationes duas directam. ſ. pupillo, contrariam vero tutori oboriri: vt priorẽ ad reddendam

rationem tutelæ tutorem pupillus cogat,poſteriore vero ſi quid pupilli nomine impenderit tutor, aut alioqui ſe,aut rem ſuam obligauerit reputat,& rei ſuæ liberationem ac indemnitatem conſequatur.

§. Tutores. *Sed & tutores, qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligari intelliguntur. Quis enim contractus inter tutorem & pupillum contrahitur? maxime quum infans pupillus eſt. Sed quoniam tutores hic non ex maleficio tenentur: quod enim maleficium tutela eſt, quæ ad pupillorum curam eſt inuenta, quaſi ex contractu teneri videntur. Et hic ergo mutuę naſcuntur actiones: quoniam non ſolum pupillus cum tutore tutelæ actionem habet, ſed etiam ipſe tutori contraria tutelæ actione obligatus eſt: ſiue quid tutor impendit in rem pupilli, ſiue pro eo ſeſe obligauit, ſiue rem ſuam creditori pupillari in cauſam pignoris dedit.*

ARGVM.

Ex communione rerum duarum nulla intercedente ſocietate, obligationem quaſi contrahi, ex qua aut communi diuidundo aut familiæ erciſcundæ actionem naſci,certi iuris eſt. Et qui hæreditatem adit, ex quaſi contractu legatarijs obligari haud dubie dicitur.

§. Itē ſi iter *INter obligationes: quæ ex quaſi contractu ſunt, eſt & illa: Si inter aliquos res communis ſit ſine ſocietate. veluti, quod pariter duobus quibuſdam eadem res legata aut donata eſſet. Et hinc alter alteri communi diuidundo iudicio tenetur, aut quod vnus eorum ſolus fructus ex ea re percepit, aut quod alius ſolus neceſſarias impenſas in rem communem fecerit. Nam neq;*

hæc

hæc actio proprie ex contractu deſcendere videtur. Quem enim contractum inter ſe inierunt? ſed quoniam ex maleficio alter alteri non tenetur, quaſi contractus ea res videtur eſſe. Idemq; eſt, ſi aliqui ſint cohæredes: & deinde alter cum altero familiæ erciſcundæ iudicio egerit ex iis cauſis, quæ in iudicio Communi diuidundo dictę ſunt. Ad hæc, ſi quis moriens hæredem me inſtituerit, & rē alienam a me legauerit: ego rei nomine quę teſtamento relicta eſt, legatario teneor actione ex teſtamento. Porro actio hæc ex teſtamento, ex contractu non oritur. Nam cum quo contractum iniſſe videtur legatarius? non cum defuncto, quoniam ignorante legatario, eam rem teſtator relinquit. Non cum hærede, quoniam & eo inuito relinquitur legatum. Sed quoniam in hac re maleficium non vertitur, ex quaſi contractu hæres obligari uidetur.

ARGVM.

Indebitum per errorem ſolutum accipēs ex quaſi contractu obligatus, ad reſtitutionem indebiti condictione compellitur. At non quoduis indebitum ſolutum repeti poteſt, vt quod ex cauſa, quæ ex inficiatione ſuccreſcit, aut quod uenerabilibus ac pijs locis relictum ſit, ſolutum fuerit.

Item ſi quis mihi per errorem id ſoluerit quod mihi non debebat, quaſi ex contractu obligari videor. Adeo enim ex contractu proprie non obligor, vt ſi quis certiorem rationem ſequatur, magis (quod & ſupra diximus) ex diſſolutione eius quod ſe quis putabat debere, quam ex cōſtitutione alicuius contractus obligari videar

hoc

hoc eſt, ex diſtractu potius quam ex contractu. Nam qui animo ſoluendi dat id quod debere ſe putat: in hoc dat vt obligationem, quam ſubeſſe exiſtimat, diſſoluat potius & diſtrahat, quam ut nouam obligationem aliquam conſtituat ac cõtrahat. Sed tamen is, qui accepit, obligatur: ſicut is cui mutuum datur, & condictione indebiti tenetur. Non quauis tamen ex cauſa ei, qui per errorem ſoluit, repetendi facultas datur. Quoniã id pro regula tradunt ueteres: Quibus cauſis id quod uere debetur per inficiationem duplatur, ex iiſdem cauſis & quod non debitum ſolutum eſt, repeti non poſſe: veluti ex lege Aquilia. Nam ſi quis damnum mihi dederit, habeo aduerſus eũ actionem ex lege Aquilia. Sin vero quum poſcerem vt damnum mihi reſarciret, inficiatus fuerit ſe quicquam debere, deinde fuerit conuictus, duplum ſoluere cogetur. Si quis ergo quum damnum mihi non dediſſet, ſed dediſſe ſe putaret, id quod non debebat mihi ſoluerit, non repetet quod dederit. Idem dicebant veteres & in his legatis locum habere, quæ certa conſtitutione cuicunq; perſonæ per damnationem relinquebantur. Certum legatum eſt, ſi dixero: Damno te hæres, illi dare centum aureos. Nam ſi dixero, Damno te dare ea quæ in arca ſunt, quoniam quantitas eorum non apparet, incertum legatum eſt. In certis igitur legatis, quæ per damnationem relicta erant, hæres, qui debitum inficiabatur, conuictus, duplum ſoluebat. Quod ſi quũ non deberet tibi, per errorẽ tamẽ quaſi deberet, ſoluiſſet: repetitionẽ eius non habebat. Sed Imperatoris

§. Ex qbuſdam.

noſtri

noſtri conſtitutio, quum vnam omnibus legatis & fideicommiſſis naturam conſtituerit duplatio nem hanc quæ ex inficiatione deſcendit, non ſo lum ad legata omnia verum etiam ad fideicom-miſſa extendi voluit, Non tamen omnibus legatis id indulſit, ſed ijs ſolum legatis ac fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis eccleſiis & cæteris venerabili-bus locis relinquũtur, quæ aut religionis aut pie tatis reſpectu honoramus. Si ergo quum nullum legatũ fideive commiſſum venerabili alicui loco relictum eſſet, ego tamen quia relictum eſſe puta-bam, ſoluerim: ceſſat repetitio, propterea quod he-res qui ea vere deberet, per inficiationem ad du-plum ſoluendum cogendus eſſet.

Per quas perſonas nobis obli-gatio acquiritur.

TIT. XXVIII.

ARGVM.

Obligationem nobis liberi & ſerui noſtri quæ-runt: filij quo ad vſusfrũctus emolumentum: ſerui vero in totum. Alieni autem tum ſerui tum liberi a nobis bona fide poſſeſſi, & ij quoque quorum u-ſusfructus noſter eſt, ex re noſtra ſuiſq; opis nobis acquirunt. In quib. vero tantum uſum habemus, ij ex ſe duntaxat noſtra, non etiam ex operis ſuis no bis quærunt.

DIXIMVS de obligationibus, quę vel ex contractu, vel ex qua ſi contractu naſcuntur. Nunc di cendum nobis eſt, quod hę obli-gationes, non ſolum per noſipſos nobis acquiruntur, ſed etiam per eas perſonas, quæ in poteſtate noſtra ſunt: veluti per ſeruos no ſtros,

ſtros, aut ſuos, aut liberos quos in poteſtate habemus. Sed ea quidem quę per ſeruos noſtros nobis acquiruntur, tota noſtra fiunt. Quę uero per liberos noſtros, quos in poteſtate habemus, ex obligatione acquiruntur, ea diuiduntur ad exemplū ſimilitudinemque domini rerum, & uſusfructus: quam Imperatoris noſtri conſtitutio decreuit: ut quod ex actione lucri commodiq; prouenerit eius uſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur: patre .ſ. actionem mouente, ſecundum recentioris eius & ſacræ conſtitutionis diuiſionem.

§. Itē per liberos *Sed & liberæ perſonæ & alieni ſerui, quos bona fide poſſidemus, obligationes nobis acquirunt, ſed duabus tantum ex cauſis: ideſt, ſi quid habeant ex operis ſuis, aut ex re noſtra. Per eum quoque ſeruum, in quo uſumfructum uel uſum habemus, ſimiliter ex duabus iiſdem cauſis nobis acquiritur. Hoc tamen uelut extrinſecus ſciendum eſt, quod ea quæ ex operis ſerui, in quo uſum habemus procedunt: mihi non acquiruntur, niſi ipſe ſe ſeruus forſitan locauerit.*

§. Cō munē *Seruus communis pro dominica parte, ideſt pro qua parte unuſquiſq; dominorum dominus eius eſt, dominis acquirit. Hoc tamen pro certo excepto, quod ſi uni ſoli dominorum nominatim ſtipulatus ſit: ueluti, Titio domino meo dabis? illi ſoli acquirat. Quem admodum etiam ſi nomine Titij ſolus aliquid per traditionem acceperit. Sed & ſi cum iuſſu unius ex dominis ſeruus ſtipularetur, nomē eius in ſtipulando omiſerit: magna quidem de ea re erat inter ueterres dubitatio.*

Sed

Sed tamen edita eſt Imperatoris noſtri ſanctiſſimi deciſio, qua cautum eſt, vt illi tantum acquirat, qui hoc ei facere iuſſit, quod & ſupra relatũ eſt, propterea quod iuſſus tantundem præſtet, quã tum nominis mentio.

Quibus modis obligatio tollitur.

TIT. XXIX.

ARGVM.

Solutione eius, quod debetur, aut alterius rei, creditoris uoluntate accedente a debitore aliove eius nomine facta, non modo debitori, ſed & his quoque, qui ꝓ eo interuenerũt, cõtingit liberatio.

POSTQVAM dictum eſt, quomodo, obligationes contrahantur: dicamus etiam quomodo ſoluantur. Quod enim aliquo modo contractum eſt, hoc & aliquo modo ſoluitur. Omnis igitur in primis obligatio tollitur ſolutione: quum ſ. idipſum quod debetur, exoluitur. Veluti, ſi quum aurei deberentur, aureos quis ſoluerit. Quod ſi pro aureis frumentum aliud ve quid, aut etiam contra, ſolutum fuerit, & id factum ſit conſentiente creditore, etiam hunc in modum a debito liberatur debitor. Nec referre putamus, utrum is ipſe, qui debet, ſoluerit, an alius quiſpiam pro eo. Nã & alio ſoluente liberatur debitor: ſiue ſciente, ſiue ignorante, ſiue ẽt inuito eo fiat ſolutio. Quum aũt reus ſoluerit, etiam ÿ qui pro eo interuenerunt, liberantur, hoc eſt, fideiuſſores & mandatores. Sed & fideiuſſor ſoluendo, una & principalem liberat, & ſe exoluit obligatione.

ARGVM.

ARGVM.

Acceptilatione non omnis tollitur obligatio, ſed ea demum, quæ verbis conſtat: reliquæ vero ſiue re, ſiue literis, aut conſenſu contractæ ſint, non antea acceptilatione tolluntur, quam in Aquilia. nam in ſtipulationem deductæ, aut in partem, aut in totum acceptum ferendo remittantur.

§. Itē per ecceptilationem.

PRæterea & acceptilatio tollit obligationem. Eſt autem Acceptilatio (vt eam definiamus) imaginaria ſolutio ſolennibus quibuſdam verbis conſtans. Quod enim ex verborum obligatione mihi debetur, id ſi velim tibi remittere, ſic remitti poteſt, vt ego te debitorem patiar hæc verba dicere: Quod ego, promiſi tibi, habes ne acceptum? Et ego reſpondeam, Habeo. Sed & Græcè acceptilatio fieri poteſt, dum ita fiat, vt Latino fieri conſueuit: ἔχεις λαϐὼν δηναρια τοσα, ἔχω λαβων. Verum acceptilatio, vt dictum eſt, ſolam verborum obligationem diſſoluit: non etiā cæteras, quæ re videlicet, aut literis, vel conſenſu contrahuntur. Nam id conſequens eſſe viſum eſt, vt obligatio, quæ verbis contracta eſſet, aliis quoque verbis diſſolui poſſet. Quod ſi quis alia ex cauſa obligatus ſit: veluti re, literis, conſenſu, aut negotiorum geſtorum, vel ex teſtamento: atque id debitum remittere tibi velim, in hunc modum a te ſtipulari poſſum: Quod ex illa actione mihi debes, id dare mihi ſpondes? Et te dicente, Spondeo, tollitur prior actio, & naſcitur verborum obligatio. Conſtitutaq́ deinde verborum obligatione, conuenienter & acceptilatio acceptilationi accedit. Et in illo quidē eſt inter ſolutionem & acceptilationem differentia, quod ſo-

luti

lutio omnem obligationem diſſoluat: acceptilatio vero, ſolam verborum. Sed in hoc conueniunt, quod quemadmodum pars eius quod debetur ſoluta, & ex parte actionem diſſoluit: ita & in partem debiti, acceptilatio fieri poſſit. Quoniam aũt diximus eum, qui ex alia cauſa deberet, ſtipulatione interueniente, debito in uerborum obligationem conuerſo, per acceptilationem liberari poſſe: neceſſe eſt de acceptilatione & Aquiliana ſtipulatione dicere. Quæ ſtipulatio omnem ampliſſime obligationem in ſeſe transferre, & per ac ceptilationem tollere poteſt. Stipulatio enim Aquiliana omnes obligationes nouat, & ita a Gallo Aquilio Iuriſconſulto compoſita eſt. Quicquid te mihi ex quacunq; cauſa dare, facere oportet, oportebat pure uel in diem: quarumq; rerum nomine, mihi tecum actio uel in rem uel in perſonã eſt, erit: & quicquid tu meum habes, tenes, aut poſſides, (eſt autem differentia inter tenere & poſſidere, eaq; talis. Tenere enim eſt, naturaliter detinere, Poſſidere uero, eſt animo domini detinere) aut poſſediſti, aut dolo feciſti ne poſſideas (nã forte quum hereditatem mihi delatam inuaſiſſes, aliquas tantum res poſſediſti: quoniam & de iis teneberis quas dolo non poſſederis). Quanticunque earum rerum quæq; res eſt, tantam pecuniã dari ſtipulatus eſt Aul. Augerius ſpopondit Nu. Nigidius: Et poſteaquam ſtipulatio talis interceſſiſſet, & omnia in uerborum obligationem collata eſſent: tunc e diuerſo per acceptilationem Nu. Nigidius Aul. Augerium interrogabat, Quicquid ego tibi Num. Nigidius per Aquilianam

ſtipulatio

ſtipulationem hodierno die ſpopondi, idne omne habes acceptum? Reſpondit Aul. Augerius, Habeo acceptum, acceptumq́; tuli. Et ecce per priora verba contracta eſt verborum obligatio, quæ per Aquilianam ſtipulationẽ, omnes priores cauſas nouauit. Et per ſecunda uerba nata eſt acceptilatio, quæ Aquilianam ſtipulationem diſſoluit. Hæc igitur eſt ea, quæ vulgo Aquiliana ſtipulatio uocatur.

ARGVM.

Nouatione, quæ olim nouæ interuentu perſonæ, quopiam etiam adiecto, quod priori non inſuerat obligationi, fieri ſolebat, obligationem tolli, ac nouam obligationem conſtitui, recepti inter ueteres iuris fuit: hodie uero non ſecus nouationẽ fieri intelligitur, atque ſi idipſum inter partes agatur, alioqui quę ſubſecuta eſt priore efficaci permanente, velut acceſſoria promittẽtẽ obligatũ tenet.

§. Præterea. *AD hæc & nouatio actiones tollere conſueuit: nam ſi id quod tu mihi debes, ego a Titio ſtipuler, interuentu nouæ perſonæ noua naſcitur obligatio, & prior in poſteriorem trãſlata tollitur. Et adeo hęc uera ſunt, vt quanuis contingat ſtipulationem inutilem eſſe, tollatur tamen prior obligatio, & ſecunda promiſſorem iure non obliget. Veluti, Debebat mihi Titius, id ego a pupillo ſine tutoris authoritate ſtipulatus ſum. Perit mihi in hac caſus ſpecie debitum. Nam & Titius per nouationem liberatur, & pupillus cum tutore authore non promittat, non obligatur. Non idem iuris eſt, ſi quis id quod alter debet, a ſeruo fuerit ſtipulatus. Tunc.n, prior obli*

gatio

gatio ĩ ſuo habitu manet incõcuſſa, perinde atq; ſi nulla ſtipulatio poſtea interueniſſet. Neque dixerit quiſquam, ſeruum promittendo naturaliter obligari, itaque & fideiuſſores ab eo datos naturaliter & ciuiliter teneri, porro naturalem obligationem vim & ius nouandi habere. Nam ad ea dicendum eſt, non id nouationi ſufficere, quod vel naturalis obligatio naſcatur, ſed etiam perſona vt aliqua ſit, requiri. At ſeruus in iure ciuili perſonam non habet. Et hæc quidem quum in alteram perſonam facimus nouationem, hoc eſt, cum Primo ante mihi debente, uenit Secundus qui pro eo promittat. Quum vero ab eo qui mihi debet ſtipulor, quæritur an nouatio contingat: & (vt ego tibi rem omnem fo ris quibuſdam aſſumptis perfecte tradam) ſi quidem ex obligatione, quæ re contrahitur, aut literis, aut conſenſu mihi debebas, aut aliqua actione quæ ex quaſi cõtractu deſcendit, tenebaris, dubium non eſt, quin nouatio contingat. Sin autem & antea uerbis obligatus eras, & nunc idem a te ſtipulor: tunc demum fit nouatio, quum noui aliquid in poſteriore ſtipulatione adijcitur, quod in priore non erat: quoniam forte aut conditio, aut dies, aut fideiuſſor adijcitur vel detrahitur, aut quantitas adijcitur. Nam ſi detrahatur, vt ſi quum prior ſtipulatio eſſet decem aureorum, in ſecunda quinque ſint, nulla contingit nouatio: quoniam in decem aureis, & quinque ſunt: nec quicquam noui ſecunda habet ſtipulatio. Quod autem dictum eſt, adiecta conditione nouationem fieri, id ita intelligendũ eſt, vt tũc

fieri

fieri dicamus nouationem: ſi conditio extiterit. ſi enim defecerit, manet prior obligatio, quoniam abſurdum eſt dicere, ualidiorem obligationem (eam ſcilicet dico quæ pura eſt) à debitore tolli. Debilem autem uocamus eam, quæ conditionalis eſt, quãdiu ea pendent quæ in conditione ſunt. Sed quũ hoc quidem inter ueteres conſtaret tunc fieri nouationem, cum nouandi animo ad ſecundam ſtipulationem aliqui ueniſſent. Illud autem in controuerſia eſſet, quando nouandi animo ad eam uenirent contrahentes, & quaſdam de hoc præſumptiones, alij alijs in caſibus introducerent. Ideo edita eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, quæ aperte definit demum nouationem fieri, quum id ipſum inter contrahentes expreſſum fuerit: quod propter prioris obligationis nouationẽ, ad hanc uenerunt ſtipulationem. Hoc autem non facto, & priſtina obligatio in habitu manet, & ſecunda ei accedit. Ac deinceps reus ex utraque cauſa mihi obligatur, ſecundum illius ſacræ conſtitutionis definitionem, quam ex ipſius lectione apertius perfectiuſque licet cognoſcere.

ARGVM.

Quæ conſenſu contrahi dicuntur, eædem contraria uoluntate: mutuoque inter partes conſenſu, re integra, diſſoluuntur obligationes.

§, hoc amplius.

PRæter hæc, quæ dicta ſunt, & obligationes quæ ex cõnſenſu naſcuntur, contraria uoluntate diſſoluuntur. Nam ſi ego cum Titio egerim de re aliqua uendenda, ita ut ille de me fundum illum centum aureis emeret: ac deinde re

nondum

nondum ſecuta, ideſt, neque pretio ſoluto, neque fundo tradito, placuerit inter ambas partes, ut ab emptione & uenditione diſcederetur, inuicem liberamur: ita ut neque uenditor ex uendito cum emptore, neque emptor ex empto cum uenditore agere poſſit. Et hoc ſcilicet eſt illud quod dicitur, Re nondum ſecuta, ideſt, re nondum impleta recedere. Eadem dicimus & in locatione, omnibuſque contractibus, qui ad obligationem, quæ conſenſu contrahitur, referuntur.

*

INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS,

A THEOPHILO ANTECESSORE in Græcam linguam translatarum,
LIB. IIII.

IAC. CVRTIO IVRISCONS. Interprete.

De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

TIT. I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVM.

Rhetoris boni more, quæ ſuperius fuſius pertractauit, hic paucis perſtringit Imperator, ut ad ea, quæ ſuperſunt dicenda, viam muniat, & rem faciliorem reddat, & diſcenti memoriam excitam iuuet. Ac mox ſubijcit, obligationem omnem ex delicto contingentem ad vnum redigi genus, ſcilicet vt ex re, id eſt, ex ipſo maleficio naſci dicatur: in quo maleficia quatuor ſpectãtur, furtum, rapina, damnum, iniuria. Furtum autem quid ſit, aperte tradit.

SVPERIORE libro diſſeruimus de obligationibus & actionibus, quæ ex contractu naſcuntur: conſequens eſt, vt & de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, dic[illegible]. Etenim quum ſermonem de obligationibu[illegible]itueremus, diximus eas, aut ex cõ-

ctibus , aut ex delictis naſci.Sed eæ quidem quæ ex contractu naſcuntur , in quatuor genera diuiſæ ſunt:quoniam aut re,aut verbis,aut literis, aut conſenſu contrahuntur . Hæc vero ad unum genus rediguntur. Quemadmodum.n.illic contractus principatum obtinet , & quatuor obligationes parit: ita & hic delictũ principatum obtinet, & una ex eo obligatio , tanquam ex re naſcitur. Sed inde quatuor deducuntur maleficia.vt furtũ,rapina,damnũ,iniuria.Eſt autem furtum,contrectatio rei alienæ fraudulenta;lædens eum,cui furtum factum eſt,aut in re ipſa,aut in vſu eius , aut in poſſeſſione.In re ipſa,vt ſi ſeruũ tuum ſubtraxerim.In vſu eius,veluti ſi id quod mihi utendum datum eſt in vnum diem, diutius teneam.In poſſeſſione, ut ſi id quod mihi in cauſam pignoris aut ex cauſa depoſiti poſſidendum datum eſt, tanquam dominus poſſideam.Porro delictum hoc furti non ſolum ciuilis , ſed etiam naturalis ratio auerſatur. Dictum eſt autem furtum , a furno.i. a nigro, quod clã & obſcure, ac plerunque noctu fiat . Vel a fraude . nam fur omnis, & fraudator eſt:Vel a ferendo.i.ab auferendo, qđ interuertere & priuare ſignificat:Vel a Græca voce ἀπὸ τοῦ φωρ.Nã Græci φῶρας appellant fures ἀπὸ τοῦ φερειν.i.a ferendo. Quoniam & Gręce dicimus φερειν,res alienas auferre.

ARGVM.

Furtum omne , aut manifeſtum , aut nec manifeſtum eſt. Quæ autem concepti & oblati appellationem habent,actionũ uerius formæ, quæ ex ipſo

nempe furto naſcuntur, ſiue furto ipſi cohærent, quam furtorum genera conferi debēt. Quis autem fur manifeſtus dicatur, propria accomodataque definitione explicatur.

§.Furtorũ. *FVrtorum autem duo eſſe genera apertum eſt: quoniam furtum aut manifeſtum eſt, aut nõ manifeſtum. Conceptum enim & oblatum ſpecies potius quæ ſunt actionum: quæ ex furto naſcuntur ſiue quæ furto cohærent, quam genera furtorum, ſicut infra docebimur. Manifeſtus fur eſt: quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi dicunt: nec ſolum is, qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit. ueluti quidam in domo furtum fecerat, & nondum ianuam egreſſus deprehenſus eſt. Quod ſi quis in olineto oliuarum, aut in vineto vuarum furtum fecerit, quandiu in olineto aut vineto deprehenſus fuerit, manifeſtus fur eſt. Aliqui & ulterius manifeſtum furtum extendunt, dicentes manifeſtum furem exiſtimari quandiu rem, quam furatus eſt fur tenens, vel uiſus vel deprehenſus fuerit: ſiue in publico, ſiue in priuato loco, ſiue a domino, ſiue ab alio quouis, antequam eo peruenerit, quo perferre rem & ubi deponere conſtituerat. Finge.n.(vt rem clarius apertiuſque intelligas) aliquem antequam furaretur, amicis ſuis ſecreto dixiſſe, ſe rem illam quam furto auferre in animo habebat, uelle in ædibus Primi (verbi gratia) deponere. Si poſt commiſſum furtum eam rẽ habere uiſus fuerit aut deprehenſus, quocũque in loco id fiat, antequam in ædes Primi perferat, ibique deponat, manifeſtus fur eſt. Quod ſi poſt-*

quam

quam in ædes Primi eam pertuliſſet, ibique depoſuiſſet, deprehenſus fuerit eam non habens: manifeſtus fur non iudicaretur. Ex his, quæ nunc dicta ſunt, facile colligas, quis nec manifeſtus fur ſit. Quod enim manifeſtum furtum non eſt id ſine dubio intelligere poteſt, nec manifeſtum eſſe.

ARGVM.

Furti concepti, oblati, prohibiti, ac non exhibiti actionibus a communi vſu exploſis, qui ſciens ac prudens rem furto abreptam ſuſcipit & celat, hic furti nec manifeſti ſe alligat, cuius pęna in duplum excreſcit, manifeſti autem in quaduplum, nec ſpectatur ſeruuſne ſit, an liber, qui furtum commiſerit.

Conceptum furtum eſt, quum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta eſt. Non aduerſus eum, apud quem inuẽta fuerit, propria actio conſtituta eſt, quæ Concepti dicitur. Neq; referre putamus, fur ſit is, apud quem inuenta eſt, an fur non ſit, ſed a me acceperit. Oblatũ furtum uocatur, quum res furtiua ab aliquo ad me allata, aut mihi data: et deĩde apud me præſentibus teſtibus quæſita & inuẽta eſt. Sed tunc demum, quum eo animo mihi rem furtiuam aliquis dederit, ut potius apud me, quam apud ipſum dantem inueniretur, & ut condemnationis turpitudo penes me potius eſſet, quã penes ipſum. Hic enim & ego actione Cõcepti teneor, & aduerſus eum qui dederit, actionem habeo oblati: etiam ſi maxime, is qui id fecerit, fur non ſit. Quapropter ſi ea mente mihi rem furtiuam non dederit, tenebor quidem actione Concepti, ſed aduerſus eũ §. Cõceptũ

actionem oblati non habebo. Eſt & Prohibiti furti actio, aduerſus eum conſtituta qui rem furtiuã præſentibus teſtibus quærere volentem prohibet. Præter has inuenit Prætor & actionem furti Nõ exhibiti, qui furtiuam rem apud ſe quæſitam & inuentam paſſus non eſt ab eo, qui illam inueniſſet, auferri. Has igitur actiones Concepti, Oblati, Prohibiti, & Non exhibiti, genera furtorum eſſe dicere non poſſumus; ſed ſpecies, quæ furto iam commiſſo accidunt. Itaque & aduerſus eum, qui furtum non admiſit, hæ actiones competunt. Vnde nec illud fieri poteſt, vt ea principalia furta eſſe definiãtur. Sed has actiones, quas incertis furtorum formis competere diximus, hodie in vſu ciuili & agendis rebus non ſane uideas. Quum.n. requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundum ueterem obſeruationem non fiat, hoc eſt, præſentibus teſtibus, merito per conſequentiam & prædictæ actiones ex communi uſu receſſerunt. Quoniam illud in confeſſum uenit, quicunque ſciens rem furtiuam ſuſcepit & celauit, hunc furti nec manifeſti teneri. Pœna autem furti manifeſti, in quadruplum excreſcit: nec manifeſti, in duplum: ſiue liber ſit, ſiue ſeruus, qui furtum admiſit.

ARGVM.

Alienæ rei quæuis contra domini uoluntatem contrectatio, contrectantem obſtringit, & furti actionem parit. Et qui aliter re, quam ad uſum deſtinatum utitur, furti alligatur, ſi idem animo non bono efficiat.

Furti-

FVrtiuum autem eſt, non ſolum quod noctu aut interdum clam aufertur, ſed quicquid alienum mobile malo animo inuito domino contrectatur. Quapropter ſiue creditor pignore, ſiue is, apud quem res depoſita eſt, ea re utatur, ſiue is, qui rem utendam accepit, ad alium vſum eam transferat quam ad quem accepit, furtum in ijs committit. Veluti ſi quis argentum vtendum a me acceperit quaſi amicos conuiuio excepturus, & id peregre ſecum tulerit: quanuis ſpoliare me eo non voluerit, tamen furti tenetur: quoniam vltra quam accepit, vſus eſt. Sed & ſi quis equum ſibi utendum datum geſtandi cauſa ob auræ temporiſq; gratiam ad certum ſpatium, longius aliquo duxerit, furtum committit: quod veteres in eo ſcripſerunt qui equum ſibi vtendum datum in aciem abduxerat. Illud tamen in vniuerſum placet: omnes eos, qui rebus ſibi commodatis aliter quam vtendas acceperunt, vtuntur, furtum committere, & furti teneri. ſi ſe intelligant id inuito domino facere, eumque ſi reſciſcant non permiſſurum. Quod ſi contentum eſſe dominum nec iraſci eam ob rem putabant, extra furti crimen eos eſſe definimus: optima ſane ratione, quia furtum ſine malo animo & affectu furandi nõ committitur.

§. Furtũ autẽ fit

§. Placuit.

ARGVM.

Contrectatio rei alienæ, vt furtum inducat, & ſi animum non bonum deſideret; contraria itidem domini voluntas ſpectanda ſit, non tamen quæuis utentis de domini contraria uoluntate exiſtimatio furtum inducit: ſed tum demum, cum id dominus, ubi reſciuit, accipit male, niſi de ſeruo alieno cor ruptũ contrectans redarguatur. Quamobrẽ ut hæc

actio competat, duo hæc maxime ſpectanda, ſunt nẽpe ut domino inuito, minime ignarus non id gratum ipſi futurum, & eundem quum id reſciuerit, nequaquã bene accepturũ, re ipſa contrectans vtatur, quo facto, & furti tenebitur, & corrupti ſerui iudiciũ ſubibit, ſi aliter, atque æquũ ẽ ſeruo vſus fuerit.

§. Sed & ſi credat.

Sed & ſi inuito domino id ſe facere credebant, & dominus quum reſciſſet, male id non accepit: neque hic cauſa furti locũ habebit. Sic igitur vt actio furti competat, duo neceſſe eſt cõcurrãt, vt & ego ſcilicet re inuito domino v.ra, non ignarus id ei minime gratum futurum: & is quũ rem intellexerit, in malam partem accipiat. Quorũ ſi alterum deſideretur, actio furti naſci non poſſit. Itaque ex hoc tale quiddam quæſitum eſt. Et hęc habeto in modum præuię cuiuſdam inſpectionis. Si quis ſeruum meum corruperit, & mores eius in deterius mutarit: actionẽ aduerſus eum habeo, quæ dicitur Serui corrupti. Et ad duplum eius ea competit, quanto minoris pretij ſeruus factus eſt. Aut quum is periit, ad duplum æſtimationis. His ita pro præuia inſpectione cognitis, vide nunc rem de qua agimus. Titius cum ſeruo meo agebat corrumpens eum, & vt fugeret, monebat ſimul & illo addito, vt rerũ mearum aliquid ſurriperet. Seruus id non me clã habuit. Ego quũ omnino ei fidem nõ haberem, ſed Titium in ipſo delicto vellem deprehendere, permiſi ſeruo, vt ea omnia faceret. At is ſublata re quadã ex ſuppellectili mea ad Titiũ abibat. clã ego ſequebar, ſciẽdi cupidus an vera eſſent, quæ is mihi dixiſſet. Quũq; is ad locũ inter ſe & Titiũ cõſtitutũ, ueniſſet, Titio dedit rem illam ſurreptam

tã Atque ita ex iis, quæ acta ſunt, inueni ſeruum non mentiri. In quæſtionem cadit, quæ mihi actio propter rem geſtam competat. Et quidem in primis, vix fieri poteſt, ut quis actionem furti competere dicat. Vt enim maxime Titius rem illã mala mente & affectu furandi contrectarit, id tamen inuito domino non contingit. An ergo Serui corrupti actio locum habet? Sed tamen ne hæc quidem dari poſſe videtur, quoniam mores ſerui non ſunt corrupti. quinimo quum antea ignoraretur quam fidelis eſſet domino ſuo, id nunc demum apparuit. Futurum eſt igitur vt vna in re multis delictis commiſſis Titius, nulla tamen actione teneatur. Quidam tamen apud ueteres furti actionem competere dicebant. Sed quoniam multę ea de re inter veteres erant altercationes: quum alij actionem omnem negarent, alij ſolum actionem furti darent, relata res eſt ad principem noſtrum, & edita ab eo eſt conſtitutio: quæ huiuſmodi calliditatibus obuians, ita vlciſcitur Titium, ut non ſolum actione furti, ſed etiam ſerui corrupti eum teneri iuſſerit. Nam quanuis mores eius ſerui in deterius mutati non ſint, & ideo ceſſent regulæ, quæ de actione Serui corrupti traduntur: tamen quum malum conſilium ad perniciem probitatis ſerui tendat, conſtituit in pœnam Titij, vt actio Serui corrupti daretur, perinde atq; ſi re ipſa ſeruus corruptus fuiſſet, ne ex huiuſmodi impunitate Titius & alium quempiam aggrediatur, quem facile ſit a bona fruge ad malos mores impellere.

ARGVM.

Furtum non in rebus modo, ſed liberis quoque noſtris & poteſtati ſubditis fieri poteſt:in quo, id quod noſtra intereſſe poteſt,conſideratur. Item & in re propria nonnunquam quis admittit.

§. Interdũ etiam *INterdũ & in liberis perſonis furtũ cõmittitur: veluti ſi quis liberos,quos in poteſtate habemus clam ſurripiat,filium filiamve, aut nepotem uel neptem.Furti autẽ agitur in id, quod intereſt:& quid hic interſit noſtra dicendum eſt. Finge filiũ meum ab aliquo ſub hac conditioni hæredem ſcriptum eſſe,Si in hac ciuitate uiueret inuentus fuerit.Tu eum furto ſurripuiſti,& in aliam adduxiſti ciuitatem. Quum teſtator moreretur, euenit, vt in ciuitate filius non inueniretur. Deficit conditio, & filius hæreditatem amiſit. Ego furti tecum agam:& in quãtum rationes meæ læſæ ſunt, conſequar. Porro in vſufructu,qui mihi erat acquirendus,ratio mea leſa eſt:huius æſtimationem petam.*

§.Aliquando *Sæpe & in re ſua quis furtum committit veluti, ſi debitor rem, quam creditori pignoris cauſa dederat, clanculum ſubtraxerit. Quoniam in eo creditorem lędit,quia commodo eum ſpoliet,quod in cauſa pignoris eſt.*

ARGVM.

Furti, qui opem atque conſilium furto faciendo præſtat, non modo qui furatur,alligatur:quanquã qui per laſciuiam id ſuaſerit a furti actione liber ſit,actione tamen in factum conueniendus.Quod ſi conſilium ad furtum faciendum tantum datum ſit,nemo obligatur.

§. Interdũ quoq; *INterdum quoq; & is furti tenetur, qui furtum non fecerit.Id autem in eo contingit, cuius ope & con-*

& conſilio furtum factum eſt: quo in numero eſt is, qui quum numos aliquis in manu ſua haberet, eos ipſe excuſſit, ut alius raperet: uel obtentu togę corporisve obiectu aſpectui tuo obſtitit, ut alius rem tuam ſurriperet: uel oues tuas aut boues in fugam auertit, ut alius eos caperet. Ecce res tuas hic non attigit, & tamen furti tenetur: duntaxat (ut id obiter, & ἔξωθεμ ac velut foris aſſumptũ ſciamus) ſi quis alius res tuas amiſſas contrectauerit. Quoniam ſine contrectatione furtum nunquam intelligitur committi. Et hoc ueteres in eo ſcripſere, qui rubro panno turbatum armentum fugauerat. Quod ſi quid eorum per laſciuiam & non data opera, vt furtum admitteretur, factum fuerit: in factum dabitur actio aduerſus eum, qui eorum quid fecerit: & furti, aduerſus eum, qui abduxerit aut ſurripuerit. At vbi ope Meuij Titius furtum fecit, uterq; tenetur. Et illius quoque ope & conſilio furtum videtur admitti, qui aut ſcalas feneſtris admouit, aut feneſtras ipſas vel oſtium effregit, ut alius furtum faceret: aut, qui ferramenta ad ſeram uel feneſtras effringendas, vel ſcalas, vt feneſtris admouerentur, commodauit: non ignarus in quem vſum eas commodaret. Sin autem quis nullam ad faciendum furtum opem adhibuit, ſed tantum conſilio inſtruxit, & volentem furtum facere cohortatus eſt, furti non tenetur.

ARGVM.

Furtum in re noſtra ſi ſeruus, aut quem in poteſtate habemus, filius fecerit, nulla inde nobis proponitur actio, aduerſus eum autem, qui aut ope, aut

conſilio ad id faciendum eos iuuerit, furti actio indubie propoſita eſt.

§. Hi qui in parentum.

SI autem ſeruus meus, aut filius, quem in poteſtate habeo, rerum mearum aliquam furetur, furtum quidem admittitur, & res furtiua fit, neque ab ullo uſucapi poteſt, donec in poteſtatem domini reuertatur. Furti tamen aduerſus eos, qui furtum fecere actio non naſcitur, quoniam neque alia ulla actio ex contractu vel ex delicto inter hos conſiſtere poteſt. Quod ſi ope & conſilio alterius furtum ab ijs, qui iuri noſtro ſubiecti ſunt, factum fuerit: quoniam furtum utique committitur, conſequens eſt, ut ille furti teneatur, cuius ope id factum eſt: quamuis cum eo, qui rem ſubtraxit, propter poteſtatem quam in eo habemus, nulla furti ſit actio.

ARGVM.

Actio furti tum demum competit, cum eius cui cõpetitura eſt, interſit, neque in eo dominium tantum ſpectatur, verum & id quod intereſſe poteſt, etiam ſi is dominus non ſit, cuius intereſt. Quamobrem ſartor & fullo, qui veſtem poliendam, aut alias concinnandam ſuſceperunt, ueſte furto ſubtracta furti agere licet non domini (quoniam eorũ intereſt furctum factum non eſſe) poſſunt.

§. Furti autem.

HAec habeto in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis. Qui nobis ex aliquo contractu obligati ſunt, pręſtare debent in rebus ad quas tenentur, alias ſolum dolum, alias etiam diligentiam. Quoniam aut nullum in ijs dolum committere debent, aut negligentes eſſe in cuſtodiendis non oportet. Sed ſi quidem nihil inde ad ipſos commodi redit, de ſolo dolo tenentur. ſin autem commodi

modi aliquid habent, & ex negligentia obligantur. Porro commodum dico, non ſolum quod in pecuniaria præſtatione conſiſtit, ſed etiam quod in explenda cuiuſque intentione. His aũt ita in modum præuiæ inſpectionis cognitis, videto nunc rem de qua agimus. Vetus eſt quæſtio, cui furto commiſſo, actio detur? Et facile quiſpiam forte dixerit, domino dari. Sed verum id non eſt: quando iam diximus, ipſum quoque dominum furti teneri, qui pignus a creditore ſuo ſubtraxit. Verum ei datur, cuius intereſt: Eius autem intereſt, qui furto admiſſo læditur. Is vero læditur, qui re ſalua, commodum eius habet, quanuis dominus non ſit. Itaque nec domino competit, niſi eius quid intereſt ratio ſubſit. Quid autẽ id ſit, paulo apertius dicere neceſſe eſt. Mutuum ego a Titio accepi, & rem meam ei in cauſam pignoris dedi: eam aliquis Titio ſubtraxit. Vtri dabitur furti actio? Et dicimus, creditori. Quam ob rem? Quoniam eius intereſt: ipſe.n. admiſſo furto læditur. Nam & re ſalua commodum ex ea habebat, ut pote cui per ea de debito conſultũ eſſet: Itaque & dolum & diligentiam debet: veluti id pro fructu conſequens, quod incumbendo pignori, debiti ſui cauſam (vt dictum eſt) indemnem ſeruat. Merito igitur ipſi dabitur furti actio, & non mihi domino. Nam ego pignoratitia cum eo agam, vt negligenter in re cuſtodienda verſato. Habebit autem creditor actionem furti, etiam ſi maxime idoneus, & ſoluendo ego debitor ſim. Quia expedit ei, vt pignori potius incumbat, & inde rem ſuam indemnem ſeruet: quam ut actione in per-

ſonam mecum agat. Porro adeo verum eſt, creditorem furti actione agere, vt etiam ſi ego debitor pignus ſubtraxerim, nihilominus (vt ſæpius iam dictum eſt) creditori furti actio competat.

§. Itẽ ſi fullo. *Dedi fulloni poliendam, aut lotori lauandam, vel ſartori ſarciendam veſtem, certa mercede cõſtituta: furto admiſſo ea periit. Magis eſt, vt fullo aut ſartor actionem furti habeat, quam dominus, quia domini non intereſt eam rem perire. Nam de indemnitate veſtis illi proſpectum eſt, quum locati agere poſſit cum fullone aut ſartore, & ita rem ſuam perſequi. Ideo autem ſartor & fullo actionẽ furti habet, quoniam ipſorum intereſt furtum factum non eſſe. Lucrantur enim re ſalua mercedẽ conſtitutam. Sed & is, qui rem alienam bona fide emit, & eam furto amiſit, omnino furti actionem habet. Idq́; quum tamen dominus non ſit, quemadmodum & creditor. Fulloni autem & ſartori non aliter datur furti actio, quam ſi ſoluendo ſint: hoc eſt, niſi domino rei, ſoluere æſtimationem poſſint. Nam ſi æſtimationem rei furto amiſsæ ſoluere nõ poſſint, tunc domino furti datur actio: quum ab eis æſtimationem rei amiſsæ non poſſit conſequi. Hic enim ipſius intereſt, rem ſaluam eſse: quippe, qui æſtimationem eius ex bonis fullonis aut ſartoris, ſeruare, ſibi non poſſit. Et hæc dicimus, ſiue ex parte, ſiue inſolidum ſoluendo non ſit fullo aut ſartor.*

ARGVM.

Re commodata, eademque deinde furto ſubrepta, dominus agere velit furti aduerſus furem, aut

com

commodati aduerſus commodatarium electionem habet. Quarum alteram actionum, ſi ſemel dominus prudens ſcienſque elegerit, reliquarum remedio non iuuabitur: quibus inſcius vti non prohibetur.

Quæ autẽ in fullone aut ſartore dicta ſunt omnia, eadem ueteres & ad eum cui res commodata eſt, trãſferebant. Nam ſi cui librum meum commodaſſem, & is furto amiſſus fuiſſet: quoniam actionem commodati aduerſus eum, cui commodaſſem, habebam, per quam mihi pretium rei commodatæ conſeruabatur: non mihi domino, ſed commodatario dabatur furti actio. Is enim lædebatur furto admiſſo: quoniam re ſalua commodum de ea habebat. Commodum aũt hoc, non in eo erat, quod pecuniarum aliquid caperet, ſed in eo, quod intentionem ſuam expleret. Intentionem vero ſuam explebat, quod vſu eius frueretur. Atque ideo & diligentiam rei debebat, quemadmodum, & fullo, qui mercedem accipiebat. Quod ſi ſoluendo non erat commodatarius, inſolidum vel ex parte ad me furti actio iure transferebatur. Et hæc quidem apud veteres ita ad exemplum fullonis & ſartoris, in eo quoque qui vtendum accepiſſet tractabantur. Sed quum quæſtio hęc ad Imperatorem noſtrum relata eſſet, conſtitutio eſt ab eo adita, qua cautum eſt, ut commodatario furtum paſſo, in poteſtate domini rei furto ablatæ ſit, commodati actionem aduerſus eum, qui rem commodato accepit, mouere: aut furti cum eo agere, qui rem ſurripuit: ut tamẽ altera electa ad alterã actionẽ dominus ex pęnitentia venire non poſſit: ſed ſi furem eligat, §. quæ de fullone.

is

is qui rem vtendam accepit, liberetur. Quod ſi commodator aduerſus eum, qui rem utendam accepit, venerit: ipſi quidem commodatori nullo modo aduerſus furem furti actio dabitur, ſed eam illi dat conſtitutio, qui rem vtendam accepit. Tunc autem rei dominus per actionem commodati agendo, amittit actionem furti: quando dominus ſciens rem eſſe ſurreptam, actionem commodati elegit. Sin autem neſcius aut dubitans rem ſurreptam eſſe commodati actionem inſtituerit, & re deinde cõperta poſt litẽ cũ commodatario conteſtatam, relinquere velit actionem commodati, & furti malit agere: eadem conſtitutione id ei facere permiſſum eſt, & aduerſus furem venire, ſublata omni oppoſitione: quoniam rerum omnium ignarus, iudicium cum commodatario accepit. Niſi forte commodatarius domino rei, antequam eam dominus ſciuiſſet furto ablatam eſſe, de re furto ablata ſatisfecerit. Tunc enim fur domino furti non tenebitur, ſed a commodatario conuenietur, qui ſua pecunia domino rei damnum reſarſit. Quoniam & illud in cõfeſſo eſt, ſi dominus quum neſciret rem ſurreptam eſſe, commodati actionem inſtituerit: & poſtea hoc cognito, ad actionem furti tranſierit, regreſſum ei amplius ad actionem commodati nõ eſſe. Nam ab ea liberatus eſt commodatarius, etiam ſi non omnino optimum furti actio exitum habuerit: propterea quod ſepe fures non eſſe ſoluendo deprendantur. Ac obtinent hæc ſiue in partem ſiue in ſolidum par fuerit ſoluendo pretio rei commodatę.

ARGVM.

ARGVM.

Depoſitarius etſi de dolo ob rem depoſitam teneatur, furti tamen aduerſus furem actionem non habet, ſed dominus.

Rem meam apud Titium depoſui. Is in re depoſita diligentiam non debet, quoniã nullum habet ex ea commodum, quinimo proprius eſt, vt ipſe domino ſit cauſa commodi, utpote cuius res in tutiore loco collocata ſit. Sed tantum in eo depoſiti obnoxius eſt, ſi quid damni dolo ipſius in re acceptum ſit. Quam ob cauſam ſi res ei ſurrepta fuerit, quum ad reſtitutionem rei cum eo non agatur furti agere cum eo, qui illam ſurripuerit, non poteſt, propterea quod eius non interſit rem ſaluam eſſe: ſed ea actio domino cõpetet. §. Sed is apũd quem

ARGVM.

Impubes doli minime capax, furti actione teneri non poteſt.

Denique non abſurdum fuerit & illud ſcire, quæſtionis fuiſſe, an impubes rem alienam amouendo furti teneatur? quoniam ętas hæc mala mente & furandi affectu caret, & magis per laſciuiam luſumq́; quam dolorem uidetur auferre. Sed placuit ita demum furti eum obligari, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe furto commiſſo delinquere. §. Infama

ARGVM.

Furti actio pęnalis eſt, ſiue ad duplũ, ſiue ad quadruplum agatur, cõdictio uero furtiua & rei uindicatio occaſione rei dantur: illa æduerſus furem eiuſq́, hæredes, hæc aduerſus poſſeſſorẽ competit.

Furti actio ſiue ex ea duplũ ſiue ad quadruplũ agatur, pœnę tãtũ pſecutionẽ, non ẽt rei cõtinet. Nam rẽ ipſam extrinſecus perſequetur §. Furti actio.

domi-

dominus, aut per rei vendicationem, aut per condictionem. Sed rei vindicatio aduerſus quemuis poſſeſſorem dabitur: ſiue fur ipſe poſſidet, ſiue alius quiſpiam. Condictio vero furtiua ſolum aduerſus furem hæredemve eius dabitur, etiam ſi rem ſur reptam non poßideant.

De ui bonorum raptorum.

TIT. II.

ARGVM.

Raptor omnis ĩ bonorum raptorum actione intra annum ad quadruplum tenetur, vt in triplo pœna, in reſiduo rei perſecutio ſit: poſt annum uero in ſimplum duntaxat conueniri poteſt. Hoc tamen præcipuum habet actio hæc, ut pro re etiam minima utiliter competat.

EOS, qui res alienas rapiunt, iura impunitos eſſe non ſinunt. Tenetur enim furti, quoniam nemo magis rem alienam inuito domino contrectat: quam qui eam vi rapuit. Vnde rectiſſime dictum eſt, raptorem furem eſſe improbiſſimum. Sed tamen propriam actionẽ e us delicti nomine, Prætor introduxit: quæ Vi bonorum raptorum dicitur. Et hæc intra annum ex quo rapina facta eſt ad quadruplum: poſt annum ad ſimplũ dabitur. Atque eſt ea & illi vtilis, qui vel vnam rem tantum rapina amiſit. Nec.n quod actionis nomen plurali numero elatũ eſt, in rapina vnius rei non compet it: quoniam nihilominus datur. Nec putamus referre, magni an minimi pretij ſit ea quæq; res quæ rapta eſt. Porro quadruplum in actione vi bonorum raptorum, non totum

in

in pœna eſt, & ſcilicet extra pœnam eſt rei perſequutio. Itaque conſequens eſt ex hac ratione, ut pœna in triplo ſit. Hæc autem dicimus, ſiue raptor in ipſo delicto comprehenſus ſit, ſiue non ſit. Ridiculum enim foret leuioris conditionis eſſe eum, qui vi rapit, quam is eſt, qui clam amouet. Quæ tamen ratio falſa eßet, ſi exemplo furti nec manifeſti res hæc exigeretur. Sed ad hoc dictum eſt in tractatu furti, quum fur viſus aut deprehenſus eßet, eße actionem furti manifeſti, quæ pœnã quadrupli continet: quum non viſus eßet aut comprehenſus, tunc ad duplum dari actionem furti nec manifeſti. At qui rapinam admiſit, ſemper ad quadruplum tenetur, ſiue in ipſo delicto deprehenſus fuerit, ſiue etiam latuerit. In uniuerſum igitur, in furto alias duplum, alias quadruplum: in rapina vero indiſtincte triplum, in pœna eſt, ſiue comprehenſus ſit, ſiue non is, qui rapinam commiſit. Atq; eam ob rem, aut plus aliquid, aut certe non minus videtur habere.

ARGVM.

Rem ſuam, aut talem creditam, apud alium conſtitutam ſi quis temere ac violenter rapuerit, præter quam quod furti actione tenetur, ſi dominus non eſt, ui quoque bonorum raptorum actione tenebitur: & ſi dominus ſit, dominio rei ipſius cadit, & æſtimationem eiuſdem, ſiue mobilis ſit, ſiue minime, præſtare ei, qui vim paſſus eſt, compelletur.

VI bonorum raptorum agitur, quum dolo malo quis rapuit. Vnde conſtat: ſi quis aut errore ductus, aut iuris imprudens rẽ ſuam rapuit, quum putaret domino licere, rẽ ſuam vel vi poſſeſſoribus, auferre, iudicio Vi bonorum raptorum §. Ita tamẽ.

cum

cum condemnādum eſſe. Atq; iis, quæ dicta ſunt, & illud conſequens eſt, ut neq; furti obligari intelligatur, qui errans ac ſimplici animo, non per dolum rapuit. Ne tamen ij, quibus rapere omnia & trahere in animo eſt, viam ſibi apertam putarent, qua impune improbitatem ſuam exercere, ac auaritiæ ſuæ morem gerere poßent: optime per conſtitutiones Imperatorum & hic in parte proſpectum eſt, & conſultum: ne cui liceret rem aliquam mobilem aut immobilem, quantuis eam ſuam putaret eſſe, rapere & vi auferre. Namq; iis conſtitutionibus cauetur, ut qui tale quid deſignauerit, raptor, ſi rem ſuam ſe putabat rapere, idq; non falſo rei ſuæ dominio excidat: ſin rē quę erat aliena, ſuam credebat eſſe, in primis rem ipſam reſtituat, ac deinde etiam æſtimationem eius præſtet. Quod non ſolum in mobilibus rebus, in quibus rapina committi poteſt, conſtitutiones definierunt: ſed etiā in inuaſionibus quæ in res immobiles fierent: veluti in domos, aut fundos. Ideo autem hęc conſtituta ſunt, ut ab omni rapina & inuaſione mortales his modis prudentiores facti abſtinerent.

ARGVM.

Actionem vi bonorum raptorum non tantū mouere poteſt, qui ui abreptarum rerum dominus eſt, ſed is quoque, qui in rebus abreptis ius qualequale habuit, & cuius rapinam factam non fuiſſe intereſt. Ac præterea ex quibus cauſis furti nec manifeſti, re clam ſubtracta, actio competit, ex eiſdē quoque cauſis vi bonorum reptorum actio competet.

§. Sane. *IN actione Vi bonorum raptorum non omnino exigimus, ut rerum raptarum dominus ſit is,*

is, qui rapinam paſſus eſt. Nam ſiue in bonis eius id eſt in dominio eius, ſiue non quidem in dominio, ſed tamen ſolum ex bonis eius ſit: locum habebit actio vi bonorum raptorum. Et huiuſcemodi quidem ſunt, quorum ipſi domini non ſumus, ſed quæ in facultatibus noſtris ſunt veluti, Vt endum ab aliquo accepi, aut conduxi ſeruum, aut quum mutuum dediſſem accepi pignus, aut apud me res depoſita eſt: ſic vt mea interſit eam rem mihi nõ auferri. Ita autem contingit, ſi quum depoſitum acciperem pactum fecerim, vt & ex negligentia tenerer. Quoniam pacta, quæ inter contrahentes fiunt, naturas contractuum mutare ſolẽt. Ecce enim ex eo quod inter nos conuenit, depoſiti mecum agetur, non ſolum doli nomine, ſed etiam diligentiæ. Sed & ſi bona fide quid poſſideam, aut vſumfructum habeam in re aliena, aut ius aliquod aliud, veluti vſum, vt mea interſit, rem raptam non eſſe: recte dicimus in ijs omnibus ei qui rapinam paſſus eſt, actionem Vi bonorum raptorum competere. Et hæc quæ dicta ſunt ꝓcedũt, ẽt ſi ĩ dominio eius nõ ſint, ſed tãtũ in facultatibus. Agẽdo aũt ui bonorũ raptorum, nõ dominiũ rerũ raptarũ cõſequetur: qũo .n. qđ nõ hẽbat? ſed id tãtũ, qđ ex bonis eius ablatum eſt, hoc ẽ, ius qđ ĩ re hẽbat, veluti vſũfructũ, uel uſũ, ĩ eo qđ raptũ ẽ, habebat: quoniã eo ꝑ rapinã ſpoliatus ẽ, is illi & reſtituitur. Et generaliter dicẽdũ ẽ: quibus ex cauſis furti nec manifeſti actio datur re clã amota, ex ijſdem cauſis omnes habere actionem ui bonorum raptorum.

De lege Aquilia.
TIT. III.

ARGVM.

Legis aquiliæ capite primo is tenetur, qui ſeruũ alterum, aut quadrupedem, quæ ex eorum eſt numero quæ gregatim depaſcuntur, nullo iure occidit, ad id, quanti eo anno, quo quid eorum occiſum eſt, plurimi fuerit, condemnandus.

DE damno alteri dato ſtatuit lex Aquilia eum qui damnum dedit, puniens. Sed conſtitutio eius omnis ĩ tria capita diuiditur: Et primo quidem capite de pecude diſſerit: Sic enim ait: Si quis alienum ſeruum alienam ve quadrupedem, quę pecudum numero ſit, iniuria occiderit: quanti id quod occiſum eſt, eo anno, quo occiſum eſt, plurimi fuerit, tantum is, qui damnum dederit domino, dare condemnabitur. Interpretemur verba legis, quæ nonnihil obſcura videtur eſſe. Et quidẽ quod ait. Si qs alienũ ſeruũ iniuria occiderit, in expedito eſt. Qđ vero dixit, Alienamve quadrupedem: nec eo contẽta fuit, ac neq; indiſtincte loquuta eſt aut abrupte, ſed addidit, quæ pecudum numero ſit, id illo ſpectat. Nã ſi indefinite de quadrupedibus dixiſſet, non adiuncto, Vt pecudum numero eſſent, futurũ erat, vt primum hoc caput & ad feras beſtias ad me pertinentes, & ad canes traheretur. ſi quis ea occidiſſet. Sed de his loqui lex noluit. De ijs enim ſolis cauetur, quæ proprie & gregatim paſci ſolent. Quod genus ſunt equi, muli, boues, oues, capræ. De ſuibus quoq; idem placuit, quoniã

&

& ſues pecudũ appellatione continentur. Et eos.n. gregatim paſci, in confeſſum venit, quum id, & Poeta Homerus in Odyſſea doceat, ſicut Aelius Martianus in ſuis Inſtitutionibus refert, hos ex illo verſus adducens:

Δηεις τόνγε συεαρι παρημενον, οἱ γαρ νεμονται
Πὰρκόρακος πὲ τρη ἐπι τεκρηνη Αρεθὸυσῃ.

ideſt, Aſſidet is ſuibus, quorum grex magnus in agris Paſcitur, ad Coracos petram, fontemq; Arethuſam. Quod enim ait νεμοιτευ, *id gregatim paſci ſignificat.*

ARGVM.

Iniuria is occidiſſe, quo ad legem Aquiliam dicitur, qui dolo aut culpa occidit, non etiam qui caſu, cuius beneficio excuſatur occidens.

Porro quod in lege dicitur, Iniuria occiderit: ſic id intelligemus, παρανομως, *ideſt ſine iure. Itaque niſi quum nullo iure cædes facta eſt, is qui occidit, extra periculum eſt, nec erit huic legi locus. Veluti, Si ſeruum tuum latronem occidam, lege Aquilia non teneor. Sed tunc demum, quum illatum mihi ab eo periculum aliter euitare non potui, quam vulnere illi a me illato. Nã ſi quum effugere poſſem, eum occidi. lege Aquilia teneor. At ne is quidem lege Aquilia tenetur, qui fortuito & caſu occidit: dum nulla interuenerit culpa aut negligentia. Quoniam non minus eũ lex vlciſcitur, qui per culpam occidit, quam* §. Iniuria.

qui

qui per dolum. Quapropter, ſi quis dum iaculis ludit vel exercitatur, ſeruum tuum tranſeuntem traiecit, ſi quidem is, qui hoc fecit miles eſt, & in campo id fecit, aliove quo loco, vbi ſe milites exercitare ſolent, occiſor non tenetur. Sin autem paganus eſt, quanuis in eodem loco occiderit, quoniã tãtũ paganos in armis exercitari receptũ nõ eſt, lege Aquilia tenetur is, qui ſeruum traiecit. Idem & in milite dicimus qui alio in loco quam vbi milites exercitare ſe conſueuerunt, tale aliquid amiſit. Nam & hic in legem Aquiliam incidet.

6. Itē ſi putator. *Si quis quum arborem putaret, deiecto ramo ſeruum meum prætereuntem percuſſit & occidit, lege Aquilia tenetur. Id autem dicamus, quum via publica aut vicinalis ſuberat. Exclamare.n. debuit, vt omnis qui tranſiret, futurum rami lapſum caueret. Nam quum hoc non fecerit, negligentiæ ſeu culpæ nomine lege Aquilia tenetur. Sed ſi quum ille exclamaſſet, ſeruus id contempſit, extra crimen omne & culpam eſt putator. Et publica quidem via eſt, quæ et Militaris dicitur, apud Grecos βασιλικυ, qua omnes homines in diuerſa loca euntes vtuntur. Vicinalis vero eſt, quæ in vicos ducit, dicta a vico, quem Græci κώμην vocant. Per hanc enim tranſit omnis, qui in vicum abit. Si quis tamen ſeorſum a via, aut in medio ſit forte fundo ramos cædebat etiã ſi non exclamauerit, quum id eo loco factum ſit, vbi nulli extraneorum ius erat verſandi, non tenetur occiſor.*

ARGVM.

ARGVM.

Qui oſtentata artis peritia ſerui curationem ſuſceperit, eunque deſeruerit, aut imperite curauerit, Aquilia tenetur: perinde ac mulio, cuius imperitia, aut imbecillitate mulus ſeruum alienũ occiderit: quòd ad æquitatem quoque porrigitur, ſi eius equus alienum ſeruum interemerit, quorum uterque Aquilia lege obſtringitur.

MEdicus quidam, quum ſeruo meo venam ſecuißet, curationem eius deſeruit, mortuus eſt ſeruus. Lex Aquilia aduerſus medicum competit. Quoniam autem diximus, eum, qui culpa occidit, lege Aquilia teneri, ſciendum eſt & imperitiam ad culpam referri. Veluti, quum ſe medicum quiſpiam profiteretur, per imperitiam ſeruum tuum occidit, quia aut medicamentum, quum nihil opus eſſet, ei dederit, aut non ſuo tempore dederit.

Sed & mulio, ſi quum in vehiculo eſſet, ex imperitia mularum impetum cohibere non potuit, & alterum ſeruum occidit, vt ex culpa tenetur lege Aquilia. Quin etiam ſi per debilitatem mulas retinere non potuit, quas tamen alius firmior cohibere poterat: tota res culpæ mulionis adſcribetur, & locus erit legi Aquiliæ. Quæ de mulione dicta ſunt, & ad eum, qui equo vehitur, trahere poßumus: ſi quum impetum equi per debilitatem aut imperitiam cohibere non poßet, alienũ ſeruum occidit. §. Impetu.

ARGVM.

Actio legis Aquiliæ quoniam ea pęnalis eſt, ad hæredes minime tranſit: in ea tamen, quanti plurimi res eo anno fuerit, æſtimatio fit, neque quanti ea res fuerit tantum, ſed & quod extrinſecus intereſſe poſſit, quandoque ſpectatur.

Inter-

§.Hic autẽ. INterpretati ſumus prima legis verba, dicamus & de cęteris. Ait lex: Quanti id in eo anno plurimi fuerit, quid ſibi volunt hæc verba? Et dicimus ijs verbis hanc ſententiam exprimi: vt ſi quis alienum ſeruum, quum is claudus eſſet aut luſcus, aut mãcus occiderit, & is in eo anno, quo vulnus accepit, integer ac ideo maioris pretij fuerit, Iudex rem retro legendo æſtimationẽ eius ineat. Et ſi forte ſeruus, qui occiſus eſt, integer & ſanus ante nouem decem aut vndecim menſes fuerit, & ideo maioris pretii: ęſtimatione ad illud tempus relata reum condennet. Ex hoc aũt efficitur, pœnalem eſſe legis Aquiliæ actionem: quia non tanti quiſq; condemnatur, quantũ damni dederit: ſed etiam aliquando pluris. Vnde in confeſſum venit aduerſus hęredes actionem hanc tanquam pœnalem non tranſmitti. Nam ſi tanti quiſq; quãtum damni dediſſet, obligaretur, haud dubie & hęres eius eadem actione tenetur.

§. Illud. Et hæc quidem ex verbis ipſis deſcendunt. Illud autem ex interpretatione quam legis ſententia exprimit, placet: non ſolum perempti ſerui æſtimationem ſecundum ea quæ dicta ſunt, habendam eſſe: hoc eſt, retro ſe referente Iudice: ſed ẽt, ſi quid aliud ob peremptum corpus damni nobis illatum fuerit, & hoc ęſtimãdum eſt. Veluti, Seruum meum aliquis moriens hęredem ſcripſit: poteram huic iubere, vt hæreditatem adiret, eãque mihi acquireret. Antequam id a me fieret: ſeruum hunc meum aliquis occidit. Quoniam accidit ut ego & hęreditatem amittam, non ſolum condennabitur is, qui illum occidit, ad corporis

æſtima-

æſtimationem, ut prædictum eſt, ſed etiam ad hæreditatis, quam amiſit. Simile quiddã & ex hac ſpecie euenit. Iugum aliquis habebat mularum, quæ ſibi inuicem ſimiles erant, & ideo maioris quoq; pretij: ac ſi quis ambas æſtimaſſet, pretium earum ducentos aureos colligebat: ſin ſingulas, quinquaginta aureis una quæq; ipſarum æſtimabitur. Si quis ergo unã earum occiderit, non eius tantum, quæ perempta eſt ęſtimationem pręſtabit, ſed etiam quanti pretium eius quæ ſupereſt, minutum eſt, nempe cẽtum aureos. Ideq; eſt, ſi quis quadrigam equorum habeat, & alius eum, qui ex ijs optime ſe habet, & toti quadrigæ pretium conciliat occid[illegible]t: aut ſi quis comœdum & huius hiſtrionem habeat, & quum hiſtrio hic comœdum inſtitueret adiuuaretq;, & ſemper ei in ludis adhærens omnibus illum ad[illegible]dum redderet. aliquis hunc hiſtrionem perimat: in [illegible]q; hac ſpecie, occiſor non eius tantum æſtimati[illegible]m, qui occiſus eſt, ſed etiam quanti pretium eius qui ſupereſt, minutum eſt, præſtabit.

ARGVM.

Legis Aquiliæ actio & ciuiliter & criminaliter intentari poteſt nec mota ciuili, publica extinguetur], Cęterum quantum ad ſecundum caput pertinet, in præſentia nullo modo in conſideratione eſt.

Liberum eſt autem domino occiſi ſerui, & priuato iudicio agere ex lege (inquam) Aquilia, & ita damnum ſibi illatum perſequi. Faciet etiam ad hæc: & publici criminis reum ex lege Cornelia de ſicarijs. Neque enim priuata actione mota, publicæ accuſatio extinguitur. §. Liberũ.

Y Hucuſque

Hucuſque igitur primum caput obtinet. Porro ſecundum in uſu non eſt.

ARGVM.

Et legis Aquiliæ capite tertio, competit actio ꝑ omnibus alijs damnis, quæ extra mortis illatione̅ data ſunt:in qua rei æſtimatio a 30. proxime dieb. collapſis qua̅ti plurimi res fuerit, fieri hẽt. In quo autem primum caput cum hoc conueniat : aut contra,in quo differat,hic facile docetur .

§.Capite. *TErtio capite, de cæteris quæſtionibus pertractat lex.Itaque ſi quis ſeruum meum, vel eam quadrupedem,quę pecudum numero eſt,vulnerauerit: aut eam quadrupedem, quæ pecudum numero non eſt,vt canem feramve beſtiam, vrſos aut leones aut lupos occiderit vel vulnerauerit, in tertium hoc legis caput incidit. Sed & in cæteris omnibus animalibus,item in rebus, quę anima̅ non habent,damnum domino illatum,ex hoc capite reſarcitur. Ait enim lex : quicquid enim vſtu̅, aut ruptum,aut fractum fuerit,actio ex hoc capite conſtituitur. Ex abundantia autem videtur lex duabus illis dictionibus Vſtum & Fractu̅ uſa eſſe.Nam ſola Rupti appellatio, omnibus his cauſis ſignificandis ſatis erat ac commoda. Ruptum enim intelligitur quod quocunque modo corruptu̅ eſt.Vnde non ſolum quæ vſta ſunt aut fracta,ſed et ſciſſa veſtis,aut colliſa vaſa,ſiue, vt aliqui dicu̅t,διπλωθέντα,ideſt,duplicata(quid.n.ſi arge̅tea erant?)aut etia̅ effuſum vinum vel oleu̅, vel ſi qua talia, & quæcu̅q; aliquo modo corrupta perempta,aut deteriora facta ſunt, ſub rupti ſignificatione continentur.Quapropter ſi quis in vinu̅ meum*

in eum quum id optimum eſſet, aut in oleum quod excellentiſſimum erat, tale aliquid miſcuerit inie ceritque, quo ea ſpurcarentur & corrumperentur: ex hoc tertio capite ob eas res tenebitur. Illud autem in confeſſo eſt quemadmodum ex primo capite ita demum quis lege Aquilia tenetur, quum dolo aut culpa alienum ſeruum aut pecudem occidit: ita & ex hoc capite, ob dolum aut culpam quem de damno teneri. In hoc igitur utraque capita conueniunt. In illo plane differunt, quod primo capite de ſerua aut pecudibus occiſis agatur: hoc vero caput quod olim tertium erat, & nunc ſecundum eſt, de cæteris omnibus damnis tractet. Neque rurſus in hoc tantum differunt, verum & in illo: quod ex primo capite Iudex ad annum retro ſe referat. in ijs vero quæ ex tertio capite procedunt, ad triginta dies. Sed & illic adiecta eſt dictio, Plurimi, hic autem omiſſa eſt. ut liberum ſit Iudici ad eum diem ex triginta diebus æſtimationem referre, quo res minimi pretij fuerit: & ita hanc reo gratiam facere: aut ad eum diem quo plurimi fuerit, & actori fauere. Sed recte, ait Sabinus, perinde habendam eſſe æſtimationẽ, atq; ſi & hic dictio Plurimi, fuiſſet adiecta. Nã Plebs Romana, eo tpe quo ĩter Plebẽ & Patres erat diſſenſio, Aquilio (is tũc Tribunus Plebis erat) hanc legem rogante, contenta fuit, qđ ĩ primo capite dictione, Plurimi fuiſſet uſus.

ARGVM.

Legis Aquiliæ actio directa, tum demum cõpetit, cum a corpore damnum corpori illatum eſt. ſi

uero a non corpore corpori, utilis non directa dabi
tur. Quod ſi ex non corpore in non corpus damnũ
datum ſit, locum ſibi in factum actio uindicabit.

§. Cæterum. *Ceterum generali aliqua regula concludendum eſt, quando directa actio in lege Aquilia, & quando utilis competat. Atq; illud inprimis ſciendum eſt, tunc legem ſeſe dare, eiq; tunc locum eſſe, quum corpus læſum fuerit. Sed ſi corpore datum eſt damnum, veluti nudis forte manibus meis aut ligno, lapide vel alio quouis inſtrumento percuſſum occidi aut vulneraui directa competet actio ex lege Aquilia. Sin autem læſum quidem corpus eſt, non tamen corpore datum eſt damnum, tunc vtilis datur actio: ueluti, Seruum aliquis meum aut pecus tandiu incluſit, vt fame perirent: aut iumentum meum ita egit, vt tantum iter non ferret, ſed rumperetur: aut ouem meã uel bouem ita turbauit, vt in præcipitia fugeret, & ibi periret, vel in aliquo læderetur: aut ſeruo aliquis alieno perſuaſit, vt in arborem aſcenderet, vel in puteum deſcenderet, non ignorans difficilem & periculoſum aſcenſum vel deſcenſum eſſe, & deinde ſeruus aſcendens vel deſcendens quum pes eum falleret, aut extinctus eſt, aut aliqua parte corporis læſus. Quid ergo, ſi quis alienum ſeruũ de ponte, vel de ripa in flumen deiecerit & is in aquas collapſus, ſuffocatus fuerit? Ei directam hic ex lege Aquilia actionem dari oportet. Qui.n. ſeruum impulit, is corpore ſuo occidit. Quod ſi neque corpore ſuo quis damnum dederit, neq; corpus ſit quod leſum eſt, & damnum tamen datum ſit. Quum & directa actio ceſſet, quia corpore non*

ſit

ſit damnum datum, neque locum habeat vtilis, quia corpus læſum non ſit: placuit eum qui damnum dederit, actione in factum teneri. Veluti, Seruum meum ob delictum in vincula coniecer am· hunc aliquis humanitate ductus & miſericordia motus quum futurum ſciret vt fugeret ſolutis vinculis dimiſit.

De iniuriis.

TIT. IIII.

ARGVM.

Iniuria in iure multis modis aſſumitur, nempe ut id donec quod non iure ſit, comprehendat, aut ſpecialiter, quod in aliquem dictum factumue contumelioſe fuerit: ad hæc & culpam continet.

NOn committunt iura, vt impune ferant, qui alteri iniuriã fecerint. Generaliter autem dicitur iniuria omne, quod nõ iure fit. Specialiter vero, contumelia dicitur, à contemnendo, quã Græci βεκνα appellãt. Dicitur autem & culpa, quod Græci αδικημα vocant, ſicut in lege Aquilia accipitur. Dicimus enim damnum iniuria datum. Aliquando uero dicitur iniquitas & iniuſtitia, quã Græci αδκινα vocant. quum.n. Pretor aut Iudex non iure contra quẽ pronuntiat: dicimus eum iniuriam accepiſſe.

ARGVM.

Iniuria, vt in appellatione multiplex eſt, ita uarie quoque, committitur, nempe facto, verbo ac ſcriptura alijsque modis, de quibus hic.

§. Iniuria.

POrro iniuria committitur, non facto tantũ, ſed etiã verbo. Et facto quidem quum quis aut pugnis pulſatus, aut fuſtibus vel loris caſus fuerit,

aut ſi cui factum fuerit conuicium. Conuicium autem eſt, quum quis in celebri aliquo vrbis loco, cõtumelia tali me afficit, vt eam ob cauſam magna hominum turba cõcurrat. Facto etiam iniuria fit, quum quis prudens ac ſciens ſibi me nihil debere, tanquam creditor in poßeßione bonorum meorum eſt. Verbo autem fit iniuria, quum quis in infamiam meam vel proſam orationem vel carmem conſcripſit, vel compoſuit in me, aut edidit: aut eorum quidem nihil fecit, ſed dolo ipſius factum eſt, vt quid eorum fieret. Horũ enim ſinguli actione iniuriarũ tenentur. Velut Primus famoſum in me carmen ſcripſit, Secundus compoſuit, Tertius id dedit, Quartus vero, nihil eorum quidem commiſit, ſed dolo fecit, vt aut ſcriberetur, aut componeretur, aut ederetur, hæc iniuria in me emiſſa. Sed & ſi quis matremfamilias in publico eũdem, aut prætextatum prætextatamve in publico euntes, hoc eſt, puerum uel puellam: (nam qui minori ætate erant, prætexta vtebantur, geſtamen id erat Romanorum). Si quis ergo aliquem horum in publico euntem aſſectetur, nihil omnino proloquens, aut forte etiam dicens aliquid, quo probi eorum mores corrũpãtur, actione iniuriarum tenetur. Sed & alijs quamplurimis modis iniuriam admitti, in confeſſo eſt.

ARGVM.

Liberis, uxori, ac nurui, quæ iniuria infertur eãdem parenti, marito, aut ſocero inferri uidetur, unde, ob eandem iniuriam nonnunquam iniuriarum actio plurib. cõpetere poteſt, ſi qua tamẽ uiro iniuria irrogata ſit, uxor eam minime uindicat, cum a uiro uxor, non uir ab uxore defendi debeat.

Patitur

Patitur autem quis iniuriam, non ſolum per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet. Item per uxorem. Ex contrario autem, ſi maritus iniuria ſit affectus, uxor iniuriarum agere non poteſt. Id enim magis placuit, quanuis aliqui contra ſenſerint. Sic igitur, quum aut liberorum aliquis quem in poteſtate habeo, aut uxor mea iniuriam accepit, ego iniuriarum agere poſſum. Itaque ſi filiam in poteſtate habeã, quæ nupta ſit Titio, Tuq; iniuriã ei feceris: & ipſa, quæ iniuriam accepit, & Titius maritus eius, & ego pater ipſius, tecum actionem iniuriarum habemus. E diuerſo, ſi maritus iniuria ſit affectus, uxor iniuriarum agere non poteſt: quoniam a maritis uxores, non ab uxoribus maritos defendi æquum eſt. Sed & ſocer, nurus nomine, quæ filio ipſius, quem poteſtate, habet, denupſit, nihil prohibet quo minus iniuriarum agat. Si ſeruus meus iniuria affectus fuerit, nulla ei actio competit, ſed iniuriam quæ illi facta eſt, ego dominus paßus eſſe videor. Verum non quibus modis per liberos, vel uxorem iniuria affectos, iniuria mihi datur actio: iiſdem in ſeruo danda eſt. Tunc enim demum per ſeruum iniuriam pati videor, quum atrocius in eum quid commiſſum eſt, & quod aperte ad domini contumeliam ſpectet, Veluti, ſi quis ſeruum meum flagellis ceciderit. Nam in hoc caſu iniuriarum actio mihi competit. Sin autem vel pugno eum percuſſerit, vel cõuicium ei fecerit, nulla mihi datur actio. Cõmunem cum Titio Seruum habebam. Eũ tu verberaſti. & mihi & Titio iniuriarũ actio competit.

§. Patitur.

§. Seruis.

§. Si cum.

competit. Neque uero pro ea parte, qua dominus ſum ſerui, ſit iniuriæ æſtimatio. ſed ex qualitate & perſona dominorum iniuria æſtimatur. Quid. n. ſi alter e dominis Senator ſit, et alter priuatus? Quod ſi eiuſdem ſerui Titius uſumfructũ & Mæuius proprietatem habeat, & tu eum iniuria afficias, iniuriarum ſoli Mæuio teneberis. Liber aliquis bona fide ſeruiebat, hunc ego iniuria affeci, non tibi competet iniuriarum actio: ſed ipſi qui bona fide ſeruit, dabitur: ut is ſuo nomine agere poſſit. Id autem dico, niſi ſi fortaſſe, in tuam contumeliam ei iniuriam fecerim. Tunc enim & tibi dabitur actio iniuriarum. Idemq; dicimus, ſi ſeruus alienus bona fide tibi ſeruiat. Hoc enim iniuriam paſſo, tum demum tibi dabitur actio iniuriarum, quum docere poteris id in tuam contumeliam factum eſſe.

§. Sed ſi libero.

ARGVM.

Pœna ex lege xij. Tabularum ad iniuriarũ coerctionem inducta, ad talionem iniuriantẽ uocãte exploſa, hodie ob iniuriã illatã mulcta imponitur pecuniaria, iuxta iniuriam paſſi æſtimationem, aut iudicantis religionem taxanda, qui pro iniuriã paſſi meritis ac dignitate, rem ex arbitrio temperabit.

§. Pœna.

POena autem iniuriarum ex lege duodecim Tabularum, ſi cuius membrum ruptum fuerat, erat talio. Idem enim patiebatur, qui membrum cuiuſpiam rupiſſet: ſin uero os fregerat, in pecuniam fiebant condemnationes. Quod & ipſum ueteribus graue erat ob magnam ipſorum paupertatem. Poſtea autem Prætores, ſublatis pœnis, quæ a lege duodecim Tabularum inuentæ fuerant, permittebant ijs: qui paſſi erant iniuriam

ut

vt iniuriam, quam paſſi fuerant, quanticunq, vellent: æſtimarent. Et forte dicebat is qui affectus erat iniuria: Iniuriam quæ mihi illata eſt, centum aureis æſtimo. Atque is, ad quem ea de re in ius ibatur, modo tanti condemnabat, id eſt, in centum aureos alias, in minorem ſummam condemnationem moderabatur, prout ei iuſtum viſum fuerat. Sed pœna quidem quæ a lege duodecim Tabul. introducta eſt, in deſuetudinem abijt: quę vero a Prætoribus inuenta eſt, frequens eſt in Iudicijs. Nam ſecundum gradum dignitatis vitæque honeſtatem eius, qui iniuriam accepit alias creſcit, alias minuitur iniuriæ æſtimatio. Finge. n. ab eodē homine eandem iniuriam afferri viro alicui Senatorio, & Plebeio cuipiam honeſte uiuenti, & item alicui infimæ ſortis homini. Nempe. ſ. ſenatoris iniuria (verbi gratia) C. L. aureis æſtimabitur: plebeij vero honeſtioris C humilioris autem L. Atque hi æſtimationum gradus ſeruantur & in ſeruis iniuria affectis. Aliter. n. iniuria æſtimabitur in ſeruo cui omnium mearū rerum procurationē credidi, & aliter in ſeruo, cui vnius tantum actu adminiſtrationem commiſi. Tradita forte cura poſſeſſionum mearum, quæ hoc aut illo in loco ſitæ ſunt. & aliter in uiliſſimo ac mediaſtino & compedito ſeruulo.

ARGVM.

Lex Cornelia in iniurijs quoque locum habet, utpote cum quis liber homo aut ſe pulſatum, aut verberatum, ait, aut domum ſuam ui introitam cō

 queritur.

queritur. Domus autem ſua cuiuſque dicitur, quam conductitiam habet, aut gratis, aut hoſpitij iure habitat.

§. Sed & lex *Atqui neque lex Cornelia omiſit, ut iniuriam præteriret. Nam & ea actionem iniuriarum introduxit, quę competit, ſi liber homo pulſatum ſe aut verberatum queratur, aut aliquem ui in domum ſuam veniſſe dicat. Domum autem cuiuſque intelligimus ſiue in proprijs ædibus habitet, ſiue in conductis, ſiue gratis, ſiue oſpitio exceptus ſit.*

ARGVM.

Atrocem iniuriam ex circunſtantibus, nempe facti qualitate, loci, ac perſonarum dignitate ius metitur: unde fit, ut modo grauius, modo leuius ob iniuriam quis puniatur.

Atrox iniuria iudicatur vel ex facto, vel ex loco, vel ex perſona. Ex facto, veluti ſi quis a quopiam vulnera acceperit, aut fuſtibus cæſus ſit. Ex loco, veluti ſi cui in theatro, aut in foro, uel in conſpectu Prætoris, ideſt, magiſtratus iniuria facta ſit. Ex perſona, veluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, aut ſi Senatori ab humili perſona iniuria illata ſit, aut ſi parentes iniuria affecerint liberi, uel patronos liberti. Aliter enim ſenatoris, & parentis patroniq́;, & aliter extranei, vel humilis perſonæ æſtimatur iniuria. Nonnunquam & uulneris locus atrocem facit iniuriam, veluti ſi quis in oculo percuſſus fuerit. Nec intereſse putamus patriſamilias an filiofamilias hæc iniuria afferatur. Nam in omnibus atrox hęc iniuria putanda eſt.

ARGVM.

ARGVM.

Iniuriarum actio, aut ciuiliter, aut criminaliter intentari poteſt, at cum criminaliter intenditur, procurator non admittitur. niſi is, cuius occaſione intenditur, aut illuſtris, aut ſupra eam dignitatem ſit. Et qui alij iniuriam irrogari curauit, is iniuriarum actione tenetur.

Illud autem velut in ſumma ſciendum eſt, de omni iniuria eum, qui paſſus eſt, poſſe vel criminaliter iniuriarum agere, vel pecuniariter ſiue ciuiliter. Et ſi quidem ciuiliter agitur, æſtimatio ſecundum ea quę diximus fiet & in tantum condemnabitur reus. Sin autem criminaliter, officio Iudicis continetur, vt extraordinario, quã velit, reo pœnam imponat: aut relegationem forte, aut partis bonorum publicationem. Hoc tamen ſeruandum vbique eſt, quod D. Zenonis conſtitutione eſt introductum, ut uiris illuſtribus & qui maiore dignitate præditi ſunt, uel per procuratorẽ actionẽ iniuriarum exercere liceat: quamuis nemo per procuratorem, reum criminis facere poſſit. Per procuratorem quoque iis, quos iam diximus, actionẽ iniuriarum excipere licet: ſicut eadem conſtitutione cautum eſt. Sed hæc omnia clarius apertiusq́; cognoſcet, qui dictam conſtitutionem legerit. Non ſolum autem is, iniuriarum tenetur, qui me percuſſit, verum etiam is, cuius dolo id factũ eſt, aut qui procurauit ut ego percuterer. §. In ſũma

ARGVM.

Actionem iniuriarum diſſimulatione tolli, iure receptum eſt.

Iniuriarum actio diſſimulatione tollitur. Itaq́; ſi quis iniuria affectus id contempſit, hoc eſt, nõ §. Hęc actio.

indignatus eſt, neque ut rem indignam iniquo animo & grauiter tulit, tunc ex pœnitentia remiſſam iniuriam recolere non poteſt.

De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

TIT. V.

ARGVM.

Iudex, qui ob imperitiam male iudicat, ob idque litem ſuam faciens, ex quaſi maleficio tenetur: ac proinde quatenus iudicanti videbitur, damnum paſſo condemnabitur.

QVum dictum ſit de actionibus quæ ex delicto naſcuntur, dicamus & de ijs, quæ ex quaſi delicto ſunt. Quũ inter me & Titium lis eſſet, Mæuius ius de ea re dicebat. Et mihi iniuriam fecit. Nã forte quum nihil deberem, condennauit me: &, quod a Iureconſultis dicitur, litem ſuã fecit. Videamus contractus id ſit, an quaſi contractus, an vero delictum. Et quidem contractus non eſt. Nã contractus vtriuſq; conſenſum requirit. Porro nõ de cõſenſu meo Iudex mihi iniuriam fecit. Neq; rurſus ex quaſi cõtractu. Nã quaſi contractus quãuis utriuſq; cõſenſum nõ requirat: attamen, vt iure ciuili licitus ſit ac permiſſus, oportet: quemadmodum videmus in obligatione negotiorum geſtorum: quæ ratio hic ceſſat. Neq; .n. permiſſum eſt iudici, vt quem velis litigantium iniuria afficiat. Atque nec delictum eſt, quoniam interdum fieri poteſt, vt non malo animo, ſed iuris dicendi imperitia & per imprudentiam tale quid committat. Vnde quoniam ali

quid deliquit, quaſi ex delicto tenetur: & tanti condemnatur, quantum iudici, qui inter eum, & illum, cui iniuria facta eſt, ius dicit, æquum videtur, eum alteri pęnæ nomine dare oportere. Nam ei qui læſus eſt, actio in factum competit.

ARGVM.

Ex quaſi delicto & is quoque tenetur, ex cuius domo ſiue propria, ſiue conductitia, aut etiam gratis habitata, quippiam deiectum effuſumue fuerit, quod inde tranſeunti damnum attulerit: aut ſi quid in eadem appenſum ſit, quod iter facienti, qua uulgo iri ſolet, noxium ſit, ob idque pœnis, de quibus hic ſubijcitur.

§. Itē is ex cuius.

AD quaſi delictū & illa ſpecies pertinet. Habitabam in domo quapiam, cuius forte dominus eram, aut mercede eā habebam, vel gratis. Ex ea tegulam aliquis deiecit, aut lapidem, uel aquam effudit, ita ut alicui eorum, qui tranſibāt, noceret: In factum mecum agetur. Ideo autē hoc non proprie delictum eſſe intelligitur, quia plerunque ob alterius culpam ſerui forſitan, aut etiā liberæ perſonæ, quæ mecum habitat, a quibus id factum ſit, ego teneor. Huic & illa ſpecies ſimilis eſt: Habitabam ego in his ædibus, porro feneſtræ earum in locum publicum ſpectabant, qua cuique liberum erat iter facere. Porro in mea feneſtra poſitum erat aliquid aut ſuſpenſum, quod ſi caderet, nocere alicui poterat, Quo caſu pęna decem aureorum conſtituta eſt. In priore vero ſpecie, quum quid aut deiectum eſt, aut effuſum, dupli, quantum damni datum fuerit, actio eſt. Quod ſi liber homo illac, præteriens occiſus fuerit,

in

in quinquaginta aureos ſit condemnatio. Sin vero viuat, nocitumq́; ei eſſe dicatur, in tantum condemnabitur domus illius, ex qua id factum fuerit habitator, in quantum ob eam rem eum condemnari Iudici æquum videbitur oportere. Computare enim debet Iudex & mercedes, quæ a medicis præſtantur: & cæteros ſumptus, qui in curationem facti ſunt. Ad hæc & operas, quibus caruit is, qui inter tranſeundum læſus eſt. Quoniam forte faber erat, & quum manui eius nocitum eſſet, opus interim facere non potuit. Spectamus n. quantum ijs diebus, per quos ob afflictam manũ ab opere ceſſauit, lucrifacturus ex labore ſuo fuerit. Sed & ſi inutilis factus eſt, non ſolum preteriti tẽporis, ſed etiam futuri operas æſtimamus.

§. Si filius familias *Filius meus quem in poteſtate habebam ſeorſum a me patre ſuo in ædibus quibuſdam habitabat. Ex cænaculo eius deiectum quid eſt vel effuſum, aut in feneſtra eius poſitum quid eſt, aut ſuſpenſum, cuius caſus prætereuntibus nocere poſſit: placuit Iuliano nullam eſſe aduerſus patrem actionem, ſed aduerſus ipſum filium. Idemque dicimus, quum tibi is quem in poteſtate mea habeo iniuriam Iudex fecerit. Quoniam cum ipſo in factum agere poteris, non mecum, quamuis pater eius ſim.*

ARGVM

Qui naui, cauponæ aut ſtabulo præficitur, ſi quid eorum dolo, quorum opera utitur, admiſſum fuerit, ex quaſi delicto obligatus, quod ipſi egerint male, ad eius emendationẽ in factum actione tenetur. Ea aũt in factũ actio, & ſi ad iniuriã paſſi heredes tranſeat, nõ tamẽ exercitoris afficiet hæredes.

Ali-

A Liquis exercitor nauis erat, aut cauponæ, aut ſtabuli. Si in caupona, aut naui, vel ſtabulo dolo aut furto cuiuſdam damnum mihi datum fuerit: ipſe actione in factū mihi tenebitur, velut ex quaſi delicto. Duntaxat, ſi nihil ab eo fraudis admiſſum ſit, ſed ab aliquo ex miniſtris aut famulis, quorum opera nauim, cauponam, aut ſtabulum exercet. Nam ex contractu dominum nauis, cauponæ aut ſtabuli obligatum eſſe, non poſſis dicere. Neque n. quicquam cum eo contractum eſt. Quoniam tamen nonnihil id culpæ eius adſcribi poteſt, quod opera malorum hominum vtatur, ideo quaſi ex delicto tenetur. Hæc autem in factum actio, hæredibus quidem eius, qui iniuriam accepit, dabitur: ſed aduerſus exercitoris hæredes non competet. §. Itē exercitor.

De actionibus.

TIT. VI.

ARGVM.

Abſoluto obligationum, quæ actionum uelut matres ſunt, tractatu, actiones tertiam iuris ciuilis partem præcipuam plene traditurus, quæ ſuperioribus libris fuſiſſime explicuit, paucis perſtringit Imperator, & repetita Iuris diuiſione, quæ docenda deinceps ſuperſunt. prælibat & ſerio aggreditur, inde ſumens initium, vt vnde actiones ſint, hanc appellationem conſequuta, & quid itidem ſint: finitionem luculentiſſimę demonſtret.

A Tque hactenus quidem ſedulo de obligationibus diſputatum eſt: nunc ergo ad actiones tranſeamus, Id. n. ex ÿs, quę iā diu promiſſa ſunt ſupereſt: quoniā Lib.

primo duximus. Ius oẽ ciuile Romanorum circa perſonas verſari, circa res, & circa actiones. Quũ igitur de perſonarum differentijs libro primo diſſeruerimus & docuerimus de rebus Lib. 2. quæ & in magnam partem Lib. 3. excurrunt. meminerimusque & obligationum: dicamus nunc & de actionibus. Sciendum eſt autem, quas Athenienſes δίκας vocabant, eas a Romanis actiones dici. Porro dicuntur Actiones ab eo, quod improbos & perfidos ad iudicia agamus. Verum conſtituamus quid ſit actio. Actio eſt ius petendi in iudicio quod ſibi debetur.

ARGVM.

Actiones primaria ſectione, in rem ac in perſonã diſtribuit Imperator: ut illæ reales, hæ perſonales dicantur. Perſonalibus autem cum eo experimur, qui nobis uno ex quatuor obligationum generibus deuinctus atque obligatus eſt. Realibus autem & ſi obligationem non ſupponant præexiſtentem, velut materiam, cum eo conſligimus iniudicio, qui rei noſtræ poſſeſſor eſt.

§. Omnium.

Actionum autẽ, quas aduerſus aliquẽ apud Iudices, uel apud arbitros de quacunque re moueremus, ſumma diuiſio in hęc duo genera diducitur: quoniam actionum aliæ ſunt in rem, & aliç in perſonam. Agit. n. quiſq; cum eo quẽ obligatum habet vel ex cõtractu, vel ex delicto. Et dicũtur in perſonã, quoniam aduerſus perſonã, quę contraxit vel deliquit, mouẽtur. Atq; is, qui agit, hæc verba dicit: Si apparet aduerſariũ dare, facere oportere, condẽna eũ Iudex. Sed & alijs quibuſdã modis talis actio intẽtari põt. Interdum ẽt cum eo agimus, qui nobis obligatus non eſt: uerũ aliqua

de re

de re corporali, quæ penes eum eſt, controuerſiam ei mouemus. Qua in ſpecies prodita eſt in rem actio. Nam ſi fundum aut domum poſſides, quorum ego me dominum eſſe contendam, tuq; eadem dicis, teipſum dominum eſſe affirmas, actione in rem tecum agam dicens: Si dominum me eius rei eſſe apparet, aduerſarium Iudex condẽnã:

ARGVM.

Cęterum reales quoque actiones non ſolũ pro rebus corporeis, verũ etiam ad iura quãdoque incorporalia, ideſt, ſeruitutes cõſtituendas aut moliẽdas cõpetẽtes, nobis iure ꝓditæ ſunt: q̃ in iudiciũ aut cõfeſſorie aut negatorie ꝓponũtur. In q̃bus & is agere poteſt qui poſſeſſionem rei habet: pro corporeis autem rebus non ęque.

POrro in rẽ agimus, tũ de rebus corporalibus, tũ de incorporalibus: & aut cõfeſſorie aut negatorie. Ac res quidẽ corporales ſunt. fundus, domus. Incorporales uero, vt vſusfructus, ſeruitus. Verum incorporalibus, tantũ confeſſorie agimus: in corporalibus aũt & confeſſorie & negatorie. Et confeſſorie quidẽ ago in corporalibus, quum dico: Si huius fundi dominũ me eſſe apparet. Confeſſorie vero incorporalibus, ueluti in vſufructu fundi aut ædiũ, ſi dicã: Si apparet vſumfructum fundi, ædiumve meũ eſſe. Vel in ſeruitute fundi, ſi dicã: Si apparet licere mihi ire per fundum vicini, aut illinc aquã ducere. Vel etiam in ſeruitute ędiũ, ſi agam, ius mihi eſſe altius ędes meas tollendi, aut ius mihi eſſe in tuo proſpiciẽdi, aut ſtillicidiũ in aream tuam, vel in ędes tuas proijciendi, aut trabium mearum onera in parietem tuũ, qui uicinus es, immittendi. Negatorie vero in rebus in- §. Aeque ſi agat.

corporã-

corporalibus in rem agimus, veluti quum dico: Si apparet hunc ius utendi, fruendi ædibus meis aut fundo meo non habere: aut iumenta per fundum meum agendi, aut aquam illinc ducendi, aut ædificium ſuum altius tollendi, aut in meo proſpiciendi, aut ſtillicidium in ædes meas vel aream meam proijciendi, aut onera in parietes meos immittendi, Oēs hæ actiones in rem ſunt negatorie conceptæ, quæ in rebus corporalibus locum non habent. Quoniam in corporalibus, is ſolus in rem agere poteſt, qui non poſſidet. Nam ei, qui poſſidet, nulla in rem prodita eſt, actio, neque poſſum dicere, Si apparet fundum huius non eſſe. In uno tamen caſu is, qui poſſidet, in rem agere poteſt, qui ſimul & poſſideat, & vices actoris ſuſtineat: ſicut in latioribus Digeſtorum libris opportunius apparebit. Itaque (ut rem totam in pauca contraham) in rem agimus in rebus corporalibus, & in rebus incorporalibus. Et in corporalibus quidem tantum confeſſorie. Eſt aūt Confeſſoria actio, quum quis ius, quod ſibi adeſt, confitetur, dicens: Si apparet me dominum eſſe fundi. In corporalibus vero & confeßorie & negatorie. Confeßorie quidem, quum dico: Si apparet uſum fructum meum eſſe. Negatorie vero, quum id ius nego aduerſario adeße, dicens: Si apparet aduerſarium ius utendi, fruendi fundo meo non habere. Sic igitur in incorporalibus non idem & confeſſorie agit & negatorie: ſed confeßorie quidem is, qui ſe ius illud, de quo quæritur, habere dicit, velut uſumfructum aut ſeruitutem, in alterius proprietate. Negatorie vero agit ipſe dominus

fun-

fundi aut ædium, affirmans aduerſarium vſum fructum aut ſeruitutem in fundo ſuo aut ædibus non habere. Et quamobrem tandem in rebus corporalibus confeßorie poſſumus agere, negatorie vero non poſſumus? Et eius rei hęc ratio eſt. Quicunque cum aliquo agit, ex eo iure, quod ipſe habet, cauſam ſuam iudici probare debet. Veluti, Si hunc fundum meum eſſe apparet. Nec debet dicere, Si fundum hunc aduerſarij non eſſe apparet. Nam ſi ita velit agere, dicet ei aduerſarius primum, Fundus hic meus eſt. Deinde, ſi meus non eſt, vt tu ais, non tamen ideo tuus, uerum alterius eſt. Neque.n.quod meum non eſt, id protinus tuum eſt. Quod ſi neque meus eſt neque tuus fundus, vincere tamen te debeo in hoc Iudicio, per regulam, qua dicere ſolemus, In pari cauſa meliorem eſſe conditionem poſſidentis. Et hæc quidem in rebus corporalibus. In incorporalibus vero, recte & confeſſoria in rem actione, & negatoria agimus. Et quare non & hic eũ, qui negatorie in rem agit, male agere dicimus? Quum non ex eo iure, quod ipſe habet, ſed ex vitio iuris, quod aduerſarius prætendit, cauſam ſuam probare nitatur. Ait.n. Si apparet hunc ius vtendi fruendi non habere. Sed parata eſt reſponſio. Nam quum negatorie pro rebus incorporalibus agimus, quamuis ipſa verba actionis in rem negatorie in negationem ſonent, tamen effectus ipſe actionis confeßorię eſt. Quum.n.id in conceſſum veniat, dominum fundi aut ædium eße me, vel ex eo quod aduerſarius vſum fructum eorum, aut ſeruitutem in ijs ſibi debere dicat:

cat:

cat: ego quum dico, Si apparet hunc uſumfructũ aut ſeruitutẽ fundo meo habere, τῇ δυνάμει eſt, vi & actionis poteſtate ſiue in effectu hoc dicere videor, Si apparet fundum meum ab uſufructu aut ſeruitute liberũ eſſe. Et ita tacite confeſſoria in rem agitur, etiam ſi negatorie concepta ſit.

ARGVM.

Prima actionum ciuilium ſectione demonſtrata, ad ſecundam, quæ ex Prætoris Iuriſdictione deſumpta eſt tranſitum facit. Sunt autem ciuilium in ſtar, aut in rem aut in perſonam: quibus nomina aut ab authoribus, aut ab actibus, qui geruntur indita ſunt. In rem autem actiones, hac de cauſa ſunt, Iure Ciuili proditæ. Vt quiſque per eas dominium ſuum uindicet. At quoniam Prætori id quandoque durum viſum, ex æquitatis ſuæ ſcrinio actiones produxit: qualis eſt & Publiciana, quæ illi competere dicitur: qui rem a non domino, iuſto tamen ali quo titulo & ad dominij translationem idoneo na ctus ab ipſius poſſeſſione, vſucapione nondum com pleta, ceciderit, & eam velut vſucaptam Publicianæ remedio repetit.

§. Sed iſtæ. *SEd hę quidem in rem actiones, quarum iam meminimus, & ſi quæ ſunt in ſimilis, ex legitimis ac ciuilibus cauſis originem ſuam ducunt. Sunt autem & alię tam in rem quam ijs perſonam quas ex ſua iuriſdictione Prętor comparatus habet. Ac neceſſe eſt & eas exemplis oſtendere: veluti, Permiſſum nobis interdum eſt in rem agere cum uſu non ceperimus, & dicere: Si app aret hanc rem meam eſſe, quaſi a me uſucaptam. Vel e diuerſo cum aliquo, qui rem meam uſu*

cepit

cepit ac poſſidet, agere poſſum ac dicere: Si appa ret hanc rem meam eſſe, quaſi aduerſarius eam vſu non cepiſſet. Atque in primis dicamus ubi is, qui rem vſu non cepit, vſucepiſſe ſe fingat. Veluti, ex iuſta cauſa rem alienam mihi bona fide ac cipienti tradidiſti, forſan ex cauſa uenditionis, aut donationis, aut dotis, aut legati: Et ad eam vſucapiendam, opus erat mihi triennio. Poſſe di eam forte duobus annis, deinde caſu aliquo poſſeſſionem eius amiſi. Directa in rem actione agere non poſſum cum poſſeſſore. Nam quomodo, qui nondum eam vſuceperim? Quippe ita proditę ſunt in rem actiones, vt dominium quiſq; ſuū per eat vindicaret. Quoniam tamen durius erat, hac in ſpecie nullam actionem dari ei, qui rem bona fide poſſedit, & caſu aliquo poſſeſſionem amiſit: inuenta eſt a Prętore in rem actio, qua agendo, (quoniam eam rem ego bona fide poſſi debam, idque ex iuſta cauſa, velut ex venditione, vel donatione, vel dote, & mihi currebat vſucapio, ac medio tempore ante finem vſucapionis poſſeſſionem eius amiſi) perinde quaſi vſu cepiſſem: dico. Si apparet hanc rem meam eſſe. Hęc autem in rem actio Publiciana dicitur: quoniam primus eam Publicius Prætor in edicto ſuo propoſuit.

§. Nā que ſi cui.

A R G V M.

Cuius res dum præſens eſſet, ab abſente Reipublicę cauſa, vel ab hoſtibus capto, vſucapta eſt, uſu capientibus deinde reuerſis ei intra annum reſciſſoriæ actionis beneficio, vſucapione reſciſſa ſuccurritur.

Eſt

§. Rurſus. *Est & in rem actio, quæ ex contrario latere intentatur. Nam ſi quis rem meam bona fide poſſideat, ac medio tempore Reip. cauſa abeſse cœperit: veluti in legationem miſsus, aut in hoſtium poteſtate fuerit. Atque interim dum aut ille peregre, aut hic apud hoſtes eſt, tempus uſucapionis impletum fuerit, ac deinde ij redierint, alter ex profectione, alter ab hoſtibus, licet mihi domino intra annum poſt quam reuerſi fuerint, reſciſsa uſucapione, in rem agere. Etenim quaſi aduerſarius rē meā nō cepiſset: dico, Si apparet huius rei me dominum eſse. Atque hoc genus actionis in rem & aliis quibuſdam ſimili æquitate motus Prætor permiſit: ſicut ex latiore Digeſtorum ſeu Pandectarum volumine licet colligere.*

ARGVM.

Pauliana creditoribus, quorum fraudē debitor bona alienauerit, ſuccurritur: ut quaſi non alienata per eam an his, qui ea poſſident, miſſione in debitoris bona facta, reuocentur.

§. Itē ſi quis *Porro eſt & aliena in rem actio a Prætore inuenta, velut in hac ſpecie. Multis aliquis debens, alienauit aliquam rerum ſuarum, & ut dominus ſcilicet per traditionem dominium tranſtulit in accipientem. Creditoribus, qui in bona debitoris ex ſententia Præſidis miſſi ſunt, quum alienatio hæc in fraudem ipſorum facta ſit, permiſsū eſt in rem agere cum eo, qui eam rem poſſidet. Quę actio vocatur Pauliana, in eaq́; perinde ac ſi tradita res a debitore non fuiſset, dicunt: Si apparet eam rem in bonis debitoris manſiſse.*

ARGVM.

ARGVM.

Seruiana,& quæ hypothecaria dicitur,quaſi Ser uiana prætoriæ quoque ſunt, at prior in res coloni mercedem non ſoluentis domino competit, poſterior uero ad perſequenda pignora eorumque hypothecas creditoribus conceditur. Nec refert quo ad actioné hanc pignus ſit an hypotheca, quanquã interim in his nonnihil differentiæ deprehendatur.

EST & ſeruiana in rem actio,ac quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria vocatur. Atq; hæ & ipſę ex iuriſdictione Prætoris ſubſtantiam capiunt. Et Seruiana quidem actione tali in ſpecie vtimur. Fundum a me conduxiſti, & colonus mihi factus es, ad pręſtandos mihi quotannis mercedis nomine centum aureos. Induxiſti in eum fundum res complures: veluti equos, boues, ſeruos, veſtem, argentum, cum pacto vt eæ mihi mercedis nomine obligarentur. Si contingat, vt tu in præſtãda mercede ceſſes: poſſum cum quouis poſſeſſore de ijs rebus, quæ in fundum meum inductę aut illatæ ſunt, experiri, donec mercedem recepero. Quaſi autem Seruianæ actioni, tali fere in ſpecie locus eſt: Mutuatus es a me decem aureos, & res mihi aliquas in pignoris cauſam dediſti, aut etiã quaſdam hypothecę iure obligaſti, dicendo: Huius debiti nomine, hãc & illam tibi rem in cauſam hypothecæ obligo. Si in ſoluendo eo quod debes, ceſſaris: cum quouis poßeſſore, penes quem ſint ea, quæ in cauſam pignoris dediſti, aut hypothecæ obligaſti, vtiliter actione quaſi Seruianæ experior: ablaturus niſi id quod mihi debetur, ſolutum fuerit. Inter pignus autem & hypothecam, quantum ad actionem quaſi Seruianam

§. Itẽ Seruiana.

cutum erat mandatum, ut mandati actio competeret. Tuam igitur iſtam improbitatem quum uideret Prætor, ut quæ etiam promiſſis tuis contraria ſit: actionem de pecunia conſtituta propoſuit. Atque actioni de pecunia conſtituta ſimilis erat olim & actio Receptitia: quæ tum competit, quum argentarius conſtituit. Et id quidem inter actionem de pecunia conſtituta & actionem receptitiam commune eſt, quod utraque ex conſtituto naſcatur. Verum in illo differunt, quod actio de pecunia conſtituta locum habeat, quicunque is ſit, qui conſtituerit: receptitia vero, tunc demum procedat, quum argentarius conſtituit. Differunt item & in hoc, quod actioni de conſtituta pecunia locus ſit, quum ea, quæ numero, pondere, aut menſura conſtant, conſtituta fuerint: receptitia vero agere poſſimus, quicquid ſit id quod debetur, mobile an immobile, dum argentarius conſtituerit. Sic ergo actio de conſtituta pecunia, latius patet, quod ad perſonas attinet: nam quilibet conſtituit, ſed in anguſtius contracta eſt, quod ad res pertinet. Nam ea conſtituuntur ſola, quæ numero, pondere, vel menſura conſtant. Ex diuerſo actio receptitia, in anguſtius cõtracta eſt, ſi perſonas ſpectes, quoniã ſolus argentarius ea tenetur. Et latius patet, ſi res inſpicias: nam omnia quæ cuiquam debentur, recipit. Atque hæc quidem olim ita in uſu erant. Verum hodie edita eſt Imperatoris noſtri conſtitutio, qua cauetur: ut ſublata actione receptitia, ex ſola actione de conſtituta pecunia, tam cum argentario, quã cũ quouis alio conſtituẽte agatur. Quin

& illud etiam in actionem, de conſtituta pecunia translatum eſt, quod tam late ad res quaſuis actio receptitia patebat: ita vt hodie actio de conſtituta pecunia aduerſus quemuis conſtituentem, & quauis in re debita locum habeat. Inuenit & Prætor actionem de peculio, contra patrem vel dominum, hiſce de rebus, quæ cum filijsfamilias aut ſeruis contractæ fuerint. Propoſuit & actionem in factum, cui tali in ſpecie locus eſt: Si quod mihi debes a te petam, & tu debere te neges: ac deinde iuſiurandum mihi deferas egoq; te debere iurem: dabitur mihi ex hoc iureiurando actio in factum. Sed & alias complures actiones Prætor inuenit. Actio autem de conſtituta pecunia (nam ad eam redeundum eſt) aduerſus quemlibet conſtituentem locum habet: ſiue pro ſeipſo, ſiue pro alio ſoluturum ſe conſtituerit: ſtipulatione ſcilicet nulla interpoſita. Quoniã ſequuta ſtipulatione iure Ciuili actio ex ſtipulatu datur.

§. De conſtituta.

ARGVM.

Pater ac dominus pro filij ac ſerui contractu, Prætoris prouiſione eatenus tenentur, quatenus peculij vires ſinunt.

§. Actiões autẽ

Actionem vero de peculio, ideo aduerſus patrem dominumve Prætor comparauit: quia licet ex contractu eorum, qui aliena in poteſtate ſunt ipſo iure patres aut domini non teneantur, (id.n.ius Ciuile ignorat) tamen hoc natura æquũ eſt, vt vſque ad peculij quantitatem fiat condemnatio, (quod peculium veluti patrimonium eſt filiorum filiarumq; qui in poteſtate ſunt, item & ſeruorum) ita vt vſque ad peculij quantitatem domi-

domini patresve condemnentur .

ARGVM.

Aduerſario iuramentum deferente, ſi quis in Iudicio iurauerit, omiſſa principali debiti quæſtione iuranti ex ſacramento actio datur.

SEd & actio, quæ ex iureiurando in factum datur, (nam & de ea latius diſſerendum eſt) locum habet, vt dictum eſt, quum me id quod mihi debetur petente, ac iureiurando mihi delato, tantam ſummam quantã & peto, debere te mihi iurasti. Si.n.eam non ſolueris, datur mihi in factum actio. Quam intentans planum facere cogor, debeatur ne mihi aliquid an non debeatur. Verum quum id ſolum planum fecero, me iuraſſe, neceſſe erit, vt condemneris. §. Itẽ ſi quis

ARGVM.

Præter duo ſuperiora actionum genera, tertium hic actionum prætoriarum genus ſubdit Imperator, quas pœnales ideo vocitat, quod ad pœnam, non rei perſecutionem competant: quales ſunt, quæ ob album Prætoris corruptum, & patronum ſine venia in ius vocatum & huius generis aliæ ex prætoris iuriſdictione introductæ ſunt.

POenales quoq; actiones introduxit Pretor, Veluti edictum Prætor propoſuit. Id aliquis accedens conſcidit aut abſtulit. Actio aduerſus eum in factum datur Albi corrupti. Album.n.dicitur edictum, quod albis literis conſcriptum ſit. Ad hæc multum patronis ac parentibus, a liberis ac libertis reuerentiæ debetur. Eſt autem & ea reuerentiæ pars, quod ab ÿs in ius vocari non poſſint, ſine permiſſu ac venia. Finge tamen liberos emancipatos eſſe, nam aliter non conſiſtit iudiciũ. Si igitur aut filius patrem, aut libertus patro- §. Pœnales.

num,ſine venia in ius vocauerit, actione in factũ tenetur, atque in certam pecunię ſummam condemnatur. Item eum, qui mihi obligatus erat, in ius uocatum aliquis exemit, aut dolo fecit, ne ad iudicem veniret. Hic mihi actione in factum agenti, in tantum condemnandus eſt, quantũ ab eo, qui in Ius vocatus erat, petebam. Sũt ad hęc & aliæ innumeræ in factum actiones pœnales.

ARGVM.

Sunt & præiudiciales quoque in rem actiones partim prætorię, partim ciuiles, de quibus hic abunde. Præiudicium autem eſt ex ſola intentione formula conſtans.

§. Præiudiciales.

SVnt etiam quædã præiudiciales actiones, quæ diuerſis in caſibus procedũt. Præiudiciũ uero eſt formula ex ſola intentione conſtans. Neq;.n. condẽnationem in ſe habet. In rem autem eſt hoc iudicium, veluti in hac ſpecie. Aliquis domino controuerſiam ſui faciebat, dicens ſe ſeruum illius non eſſe. Aut forte libertus meus proclamabat ad ingenuitatem. Vtraque hac in ſpecie præiudicialis in rem actio moueri poteſt. Dicere.n.poteſt is, qui ad libertatem proclamat: Si apparet me liberum eſſe, nec neceſſe eſt ſubinferre, Condemna Iudex. Pręiudicialis quoque in rem eſt actio de partu agnoſcendo, Veluti, uxorem habebam, quę grauida ex me facta eſt. Solutum eſt diuortio matrimonium. Natuſq; eſt infans. hũc ego alere nolebã. Poteſt mulier mecum agere, vt me cogat ad alendum puerum. Et coget, ſi planum fecerit. ſe grauidam ex me factam eſſe. Tres igitur diximus præiudiciales actiones, quarum duas

Prætor

Prætor inuenit: & una ex iure Ciuili deſcendit, qua dicimus, Si apparet me liberum eſſe.

ARGVM.

Actione perſonali rem ſuam nemo dominus proſequitur, niſi ſi quis forte a fure, ipſius odio, rem ſuam conducat. Condicere autem iuxta uetuſtam ſignificationem denuntiare eſt: hodie vero condictio perſonalis eſt actio, qua quis dum cum aduerſario experitur, dicit: Si apparet hunc dare oportere. Vnde fit, vt reales omnes, uindicationes generali appellatione dicantur: perſonales uero condictionum nomen ſibi per abuſionem ſumant.

Dictum eſt, actionũ alias eſſe in rem, & alias in perſonã. His igitur ſic diſcretis, ac multũ inter ſe differentibus, illud apertum eſt: non poſſe actorem, eam rem cuius dominus ſit actione in perſonã petere, & dicere: Si apparet aduerſariũ hanc rem mihi dare oportere. Nam cuius quis dominus eſt, id ei dari non poteſt: quoniam dare, eſt dominum facere. At actor rei ſuæ amplius dominus fieri non poteſt. Hinc tamen mihi excipe condictionem furtiuam, quam de rebus furto ſublatis, aduerſus furem mouere poſſumus. Odio.n. furum, quo pluribus actionibus teneãtur, regulas Iuris non perinde hic obſeruamus. Nam per actionem furti, duplum quidem aut quadruplum conſequimur. Rem vero ipſam, quæ ablata eſt, petimus, aut ſecundũ regulã iuris per actionem in rẽ aut contra regulam per condictionem furtiuã dicentes: Si apparet hunc dare oportere. Porro omnes in rem actiones, generali verbo dicũtur, Vindicationes: quemadmodũ & omnes in perſonã, appellãtur, Condictiones. Ac vnde dicta ſit Cõdictio, §. Si itaq;

operæpretium eſt dicere. Condicere priſca & antiqua lingua ſignificat denũtiare. Nam qui olim cum aliquo litem habebat, denuntiabat ei, ut hoc aut illo die ad iudicium accipiendum aut litem proſequendam adeſſet. Hodie vero καταχανστικῶς, *ideſt per abuſionem, Cõdictio dicitur actio, quam actor intentans dicit: Si apparet hunc dare oportere. Nulla.n.hoc tempore aduerſario fit denuntiatio, quoniam non denuntiat ei petitor, ut hoc aut illo die ad iudicium, vel ad litigandum veniat.*

ARGVM.

Secundam ciuilium nunc actionum ſectionem Imperator ingreſſurus actiones in rei perſecutorias, pœnales: & miſtam naturam habentes diſſecat. Quæ autem ſit vnaquæque, ex tractatus progreſſione facile perdiſcetur.

§. Sequens *SEcunda actionum diuiſio eſt hæc: quod quibuſdam actionibus agamus ad rei perſequutionẽ, hoc eſt, nudam rem petentes: quibuſdam ad pœnæ perſequutionem: & quædam miſtæ ſint, quæ ſimul & rei perſecutionem habent, & etiam pœnales ſunt.*

§. Rei perſequendæ. *Et ad rei quidem perſecutionem comparatæ ſunt omnes in rem actiones. Earum quoque quæ in perſonam ſunt eæ, quæ ex contractu naſcuntur, fere omnes ad ſolam rei perſecutionem, condemnationem habent. Veluti condictio mutui, ex ſtipulatu, commodati, depoſiti, pro ſocio, ex empto, ex vendito, locati, conducti. Quoniam vero dixi in depoſito ſolam rei perſequutionem verſari, ſciẽdum eſt, quod ſi in publico tumultu incendiove, aut cum ruina vel naufragium timeretur rem*

aliquam

aliquam apud Titium depoſuerim : atq; is, quum res illa ab eo repeteretur, moram in reddendo fecerit: actione depoſiti aduerſus Titium vel heredes eius mota, dum cum hærede de dolo ipſius hæredis agatur: non ſolum ad rem ipſam, verum etiam ad alterum tantum reddendum condemnabitur. Atq; hoc caſu actio depoſiti, quamuis ex contractu naſcatur, ad duplum competet, & miſtis actionibus quæ & rei & pœnæ perſequutionem cõtinent, adnumerabitur. Quæ autem ex maleficio actiones naſcuntur, alias in ſola pœnæ perſequutione verſantur, alias nam pœnæ quam rei perſequutionem continent, vt ideo miſtæ dicantur. Pœnam tantum perſequimur actione furti: ſiue manifeſti agatur ad quadruplum, ſiue nec manifeſti ad duplum. Nam ipſam rem, quæ furto ablata eſt, propria actione perſequimur, aut in rem. ſ. ſiue fur ipſe eam poſſideat, ſiue alius quilibet: aut condictione furtiua, quæ aduerſus ipſum furem competit. Actio autem vi bonorum raptorum miſta eſt, quoniam in quadruplo, & rei perſequutio continetur. Itaque quadruplum in ſola pœna non eſt. Sed & actio legis Aquiliæ miſta eſt, non ſolum quum aduerſus inficiantem in duplum agitur, verum etiam interdum quum in ſimplum actio proponitur. Nam ſi quis hominem meum, quum claudus aut luſcus eſſet, occiderit, atq; is eo anno integer fuerit, ante ſeptem aut octo vel decem forte menſes quam occideretur, didiciſti Iudicem retro ſe ad totum annum referre, quum primum caput legis Aquiliæ exercetur, & quocunque tempore eum, qui occiſus eſt, plurimi fuiſ-

§. Ex maleficijs.

ſe compererit, ad eius diei æſtimationem, condem nationem facere, ſecundum iam traditam diuiſio nem. Ecce & hic, quanuis in ſimplum agatur, habet tamen res pęnæ perſequutionem: Nam interdum ſerui eius nomine, qui quum occideretur, de cem aureorum fuerit, condemnatio in centum au reos; propterea quod tanti fuerit eo tempore, quo ſanus erat & integer. Miſſa etiam eſt actio illa in ſpecie. Decedens aliquis legatum aut fideicom miſſum eccleſiæ, vel monaſterio, vel ſacello, vel alij venerabili loco reliquit. deinde is, qui legatum aut fideicommiſſum debebat, tandiu ſolutio nem diſtulit, donec in ius vocaretur. Tunc enim & rem ipſam aut ſummam, quę legata eſt dare cogitur, & alterum tantum pœnę nomine ut hinc appareat, in duplum condemnationem eius eſſe.

ARGVM.

Actiones naturam miſtam hæ habere dicuntur, quæ tam in rem, quam in perſonam actionis vim at que naturam habent: quales ſunt, quæ in iudiciis di uiſorijs verſantur, vt potæ familiæ erciſcundæ, com muni diuidundo, & finium regundorum actiones. In quibus eæ ſunt Iudicis partes, vt ſi qua in controuerſiam res incidat, quæ commodam diuiſionē non recipiat, alteri litigatorum rem adiudicet, alteri eius ęſtimationem decernat.

SVnt quædam actiones, quæ & actionis in rem & actionis in perſonā naturam in ſe habeāt. Talis eſt familiæ erciſcundæ actio, quæ cohæredi bus cōpetit de diuidenda hæreditate. Nā & actio nis in rem proprietatem habet, quod ea de rebus agatur. Ex parte. n. ſinguli cohæredū domini ſunt. habet & actionis in perſonam effectum. Nā capi ta

ta quædam in ea & excutiuntur, & in condemna tionem deducuntur, quæ actionis in perſonam, & non actionis in rem propria ſunt. Sicut infra fauē te Deo in titulo de officio Iudicis diſcemus. Idem dicere poſſumus & in actione Communi diuidundo, quæ inter eos redditur, qui quauis ex cauſa res inter ſe communes habent, vt hæ diuidantur. Prædictis actionibus adnumeratur & actio Finium regundorum, qua inter eos agitur, qui confines agros habent, & de finibus inter ſe contendũt. In his autem tribus iudicijs permiſſum eſt iudici rem cõmunem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo addicere, & alteri aliud quid adiudicare: veluti huic rem, quæ centum aureis valeat, & alteri rem, quæ etiam centum aureis valeat. Nam ideo hæc iudicia conſtituuntur, vt communio, quæ contentiones & diſcordias gignere ſolet, tollatur. Quod ſi vni addictus fuerit fundus mille aureum & alteri ædes octingentorum aureum is, qui fundum mille aureum accepit, quoniam pars eius maior eſt condemnandus eſt alteri, qui ædes octingentorum aureum accepit, dare centum aureos: vt ita uterque ipſorum nongentenos aureos habeat.

ARGVM.

Tertia actionum diuiſio præcipua eſt, vt omnis actio aut in ſimplum, aut in duplum, aut in triplum, vel in ſummum quadruplum, non ulterius competit. exemplis autem hic poſitis vnaquæque cuique innoteſcere poteſt.

§. Omnes autem.

Tertia diuiſio actionum eſt hæc: quod omnis actio aut in ſimplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum condemnationem

habebat, vltra quadruplum nullam extendi compertum eſt. Et in ſimplum quidem condennationem habent, velut ex ſtipulatu, ex mutuo, ex empto, ex vendito, locati, conducti, mandati, & aliæ denique compluribus ex cauſis manentes.

§. In duplũ

In duplũ vero, ut furti nec manifeſti, legis Aquiliæ ex inficiatione, & interdum depoſiti: veluti quum id quod tumultus, aut incẽdij cauſa depoſitum eſt, non redditur. Ad hęc & ſerui corrupti, quæ competit aduerſus eum, cuius hortatu vel conſilio ſeruus meus fugit, aut contumax in me factus eſt, aut prodige viuit, aut (vt rem verbo abſoluam) mores ſuos quocunque modo in peius mutauit. Quum autem ſerui corrupti agetur, & earum rerum, quæ ab illo ablatæ fuerint, æſtimatio habenda eſt, In duplum quoque condemnationem habet (vt dictum eſt) legatum aut fideicommiſſum, quod venerabilibus locis relictum, nec antequã in ius iretur, ſolutum eſt.

§. Tripli.

In triplum fit condemnatio, illa in ſpecie: Conſtitutio eſt Imperatoris noſtri, quæ litium executoribus certum quid ſportularum nomine iubet dari ſecundum quantitatem in libello conuentionis inſertam: veluti (verbi gratia) vſque ad centum aureos conſtituit, vt dimidium aurei daretur. Quod ſi maior fuerit quãtitas, maiores eſſe voluit & ſportulas. Quum igitur ego aduerſario meo nocere vellem, & curare vt maiores daret ſportulas: tale quid cõmentus ſum. Etenim quum centum mihi aureos nec amplius deberet, libellũ ei

* Mille aureorum] Sunt qui hãc literam

* *mille aureorum mi- ſi: quo facto neceſſe fuit*

mutent: & quidē corruptus ī numeris locus uidetur, ſed recte ne an falſo item quo modo corrigendus ſit non poſſum condicere, quoniam conſtitutio Cæſaris, qua modum ſportulis fecit, maiorum incuria in Codice non extat. Curtius.

ei ob maiorem ſummā in libello inſertam, & maiores dare ſportulas. Excuſſa igitur petitione, compertum eſt cē tum tantum aureos mihi deberi. Et quoniam (exēpli gratia) ſex aureos plus dedit, quam ex uero dare debebat, naſcetur aduerſus me actorem ex dicta conſtitutione, Condictio ex lege. qua in octodecim aureos conueniat: nempe ſex illos, qui ſupra, uerum edant dati, & alios duodecim. Porro dubium uō eſt, quin ex conſtitutionibus & condictio ex lege naſcatur. In quadruplum habent condemnationē actio furti manifeſti, & actio, Quod metus cauſa. Nam ſi cui metum incuſſi, ac curā ut rē ſuā is mihi traderet, habebit aduerſum me actionem, Quod metus cauſa, & in quadruplum ei conden nabor. Sunt & duę in factum actiones, quæ condemnationem in quadruplum habeant. Velut in hac ſpecie: Centum tibi aureos dedi, ut Titio controuerſiam faceres, nec ſine moleſtijs eum uiuere ſineres. Poteſt Titius tecum in factum agere, & quadringentos aureos a te petere. Aut etiam quidam quum nullam mecum haberet actionem, calumniæ cauſa ad iudicium me uolebat trahere. Ego id metuens homo ab omnibus litibus abhorrens & negotiorum huiuſcemodi imperitus, centum ei dedi aureos, ut iudicium quod mihi mini-

§. quadruplum

 tabatur,

cabatur, effugerẽ. Poſſum ad eũ regredi, & in factũ cum eo agere, ac quadruplum aureorũ, quos ei dederã, perſequi. Eſt & ex conſtitutione Imperatoris noſtri prodita condictio ex lege, quæ & ipſa condennationẽ habet in quadruplum. Velut in tali ſpecie. Litem habebã cũ aduerſario meo. Libellũ ei miſerã ſummæ, quã mihi ex vero debebat. Executor quũ ſportularũ nomine, duoſ tãtum aureos accipere deberet, accepit octo. Condictione ex lege, ad quadruplũ octo aureorũ cum eo agetur.

§. Sed furti quidẽ. *Diximus iã dupli condẽnationem verſari in actione furti nec manifeſti, & ſerui corrupti, & ex lege Aquilia, & depoſiti, interdum ẽt in legati, fideicommiſſi ve, quod venerabilibus locis relictum eſt petitione. Sed inter eas actiones hæc eſt differentia, quod furti nec manifeſti actio, & ſerui corrupti, omnimodo habeãt dupli cõdemnationẽ, ſiue qs negauerit, ſiue cõfeſſus fuerit: actio vero legis Aquiliæ, & in ÿs caſibus, qui relati ſunt, depoſiti, aduerſus inficiãtes duplicentur, in cõfitentes uero ſimpli condemnationem inducant. In legato autem quod eccleſÿs aut alÿs venerabilibus locis relictum eſt, non ſolum quum quis inficiatur in duplum creſcat condemnatio, verum etiam quum relicti ſolutionem tandiu differt, donec iuſſu competentium magiſtratuũ, conueniri cœpit. in confitentem vero, & antequam iuſſu magiſtratuum conuentus fuerit ſoluentem, ſimpli ſit.*

ARGVM.

Quamquam inter actiones ſuperius tractatas quæ ob aliquam cauſam, in condemnatione auger, multiplicari ſolent, plurimum referre dicatur, eai

tamen

tamen in actione, quod metus cauſa, ab alijs differentia eſt, vt ſi quis ab alio quicquam extorſerit, illud ex iudicis præcepto metum paſſo reſtituat, quadrupli euitet pœnam quam ſi non iudicis mandato paruiſſet, indubie ſuccurriſſet, quod in alijs nō itē.

Porro inter actiones, quę quadrupli condemnationem habent, ea eſt differentia. Nam actio, Quod metus cauſa, eo differt a cæteris, quod eius natura tacite continetur: vt qui ea conuentus eſt, ſi iuſſu iudicis, rem vi ablatam actori reſtituerit, abſoluatur. Quod in cæteris actionibus haud ita eſt, quoniam in ijs omni modo quiſque in quadruplum condemnatur. Veluti in duabus illis, quæ in tactum dantur. Item in conditione ex lege, quæ aduerſus executorem cōpetit, qui maiores ſportulas quam legibus cautum eſt, accepit, quemadmodum & in actione furti manifeſti. §. Itē actio. *

ARGVM.

Quarta deinceps actionum diuiſio eſt, ut aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris ſint. quæ vero extra hic numeratas conperiuntur, ſtricti iuris actionibus adſcribuntur.

Actionum quædam ſunt bonæ fidei, alię ſtricti Iuris. Bonę fidei ſunt hæ ex empto, ex vendito, locati, conducti, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, præſcriptis verbis, quæ dicitur ęſtimatoria, (hic autem tunc locus eſt, quum rem aliquam æſtimatam tibi trado, vt vendas: dicendo, Aut centum mihi aureos aut rem ipſam referto) & alia pręſcriptis verbis quæ ex permutatione competit, item hæreditatis petitio. Nam §. Actionum.

quamuis

quãuis ad hunc vſque diem certatũ de ea: & du bium fuerit, in numerône bonæfidei iudiciorum habenda, an non habenda eſſet, Impratoris tamen noſtri conſtitutio aperte eam bonæ fidei eſſe voluit.

ARGVM.

'Actione rei vxoriç ſolim ad dotem cõpetente ſublata, hodie ex ſtipulatu actione ad dotis repetitionem ſummo fauore agitur, ut in ea quibuſuis, creditoribus pari hypoteca ſubnixis, quamlibet tempore prioribus mulier præferatur, quo ſit, ut non ſtricti iuris nomen, ſed bonæfidei mereatur.

§. Fuerat. *ERat olim & actio rei vxoriæ. Hæc autem ſoluto matrimonio, uxori aduerſus maritũ dabatur ad repetẽdas res dotales, & inter actiones bonæ fidei erat. Sed Imperatoris noſtri conſtitutio, hac ſublata, actionem ex ſtipulatu, ut quę plenior ſit & latius ſe porrigat, ad dotis repetitionem conceſſit: & omne ius, quod actio rei vxoriæ habebat, in hanc tranſtulit: ac ea in ſpecie actionem ex ſtipulatu bonæ fidei effecit, multſq; alijs diuiſionibus actioni ex ſtipulatu, quę ad dotem repetendam competit, inuentis, & tacitam hypothecam actioni ex ſtipulatu ad dotis exactionem dedit, & quibusuis creditoribus, quãuis priores ſint tempore, præferri eam voluit. Sed hoc tum demum, quum mulier de ijs ipſis, quæ dotis nomine intulit, uult experiri. Quapropter, ſi ad exigẽdam ante nuptias vel ob nuptias factam donationem, actione ex ſtipulatu velit agere, non iſdem fruetur priuilegijs.*

ARGVM.

Sublata, quæ olim in bonæfidei, ac ſtricti iuris iu

dici

diciis in compenſandi ratione fiebat differentia, hodie compenſatio, ſiue in bonæfidei, ſiue ſtricti Iuris actionibus obiecta, actiones ipſo iure iuxta concurrentem quantitatem tollit omnes, excepta vna depoſiti actione, quæ omnino compenſationẽ non admittit.

IN bonæ fidei Iudicijs libera facultas eſt Iudici ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reum dare oporteat. Pars autem tam liberæ Iudicis poteſtatis eſt & illa. Nam ſi quis mecũ agat actione bonę fidei, & decem a me petat aureos, atque is inuicem mihi debeat quinque aureos: Iudex compenſatione habita cum ijs, quę inuicem mihi debentur, non in decem aureos, ſed in quinque me condemnabit. Eſt autem compenſatio Gręce αντελλογος, *hoc eſt, inuicem imputandi quæ contra debetur ratio. Et hæc quidem eſt natura iudiciorum bonęfidei. In iudicijs autem ſtricti iuris, quoniam ibi ſumma & exacta Iuris conſtituti ratio habetur, ſi quis mecum agat ad decem auros forte, quamuis inuicem mihi quinque debeat, nihilhominus tamen in decem condennãdus ſum. Atque id quidem quantum ad ſtrictam Iuris rationem attinet. Sed emiſſum eſt Marci Cæſaris reſcriptum, quo cauetur: vt quum ſtricti Iuris actione decem aurei a me petuntur, & quinque inuicem mihi debentur, liceat mihi doli exceptionem agenti opponere. Qua exceptione oppoſita, poteſtas datur Iudici, vt compẽſationem admittat; & me in quinque tantum aureos condemnet. Et hæc quidem ex veteribus cõſtitutionibus. Sed Imperatoris noſtri conſtitutione cautum eſt, vt liquidæ, apertæq́; & certæ compenſationes ipſo Iure* §. In bonæ fidei.

re

re actionem minuant, ſiue in rem agatur, ſiue in perſonam, veluti, mecum aliquis actionem habet decem aureorum, bonæ fidei, aut ſtricti Iuris. is mihi inuicem debet aureos tres. ipſo iure actio, quam mecum is habet, ſimul atque mihi inuicem debere cœpit, tribus aureis minuta eſt: ſic vt ego non decem iam aureos, ſed ſeptem tantum debere intelligar. Locum hæc habere, dixi in quauis actione, tum in rem, tũ in perſonam, ſola depoſiti actione excepta. Nã ſi quis decẽ aureos apud me depoſuerit, & is mihi inuicẽ tres debeat, depoſiti mecũ agendo, decem aureos perſequi poteſt, Satis.n. impium eſſe putauit Imperator noſter ſanctiſſimus hac in ſpecie cõpenſationis nomine aliquid opponi: & eius prætextu res depoſitas inſolidũ non exigi.

ARGVM.

Sunt & præter ſuperiores, arbitrariæ quædam actiones, tum reales tum perſonales, quæ ob id ita dictæ ſunt quod mero iudicis arbitrio dependeant, vt quatenus ipſi videatur, ſententiam ſiue pro actore, ſiue pro reo ferat, modo id curet, ne ſententiam quocunque agatur iudicio, incertam dictet, quamlibet incerta ſit agentis intentio.

§. Præterea. *PRæterea ſunt quædam actiones quas ideo Arbitrarias dicimus, quod ex arbitrio Iudicis pendeant. In quibus niſi interceſſione, arbitrio & iuſſu Iudicis, reus rem vel ſeruum, actori reſtituat, vel exhibeat, vel ſoluat, vel noxæ dedat, omnino cõdemnari debet. quod ſi id egerit & reſtituerit, aut eorum quæ dicta ſunt, quid fecerit, condemnationem effugit, propterea quod ſpecialiter ex iis actionibus ineſſe credantur. Porro harum, aliæ in rem ſunt, aliæ in perſonam. In rẽ veluti*

luti Publiciana.Hęc autem agimus,quũ id,quod bona fide poſſidebamus & vſucapiebamus, medio tempore amiſſum eſt.Item & Seruiana talis eſt de rebus coloni, qui ob mercedem agri,quem a me cõ duxit,res mihi ſuas, quas in eum inferret,in hypothecę cauſam obligauit.Eſt & quaſi Seruiana, quæ & hypothecaria appellatur,& cuius creditori datur ad perſequutionem rerum pignori obligatarum.Etenim ſi qua harum actionum actum fuerit,& reus præcepto iudicis obſequutus, rem ante condemnationem reſtituerit, abſolutione conſequetur. Arbitrariæ autem in perſonam ſunt, actio,Quod metus cauſa & de dolo.Actio autẽ, Quod metus cauſa eſt, qua tecum ago ad rem, quæ mihi per vim ablata eſt. Nam ſi tu iudice authore rem illã mihi reſtitueris,quadrupli cõdenationem euitas.Talis eſt & actio de dolo veluti:il lectum tu me, vino forſitan obrutum, vel aliter deceptũ,eo perduxiſti, ut rem tibi meam traderẽ. Tandem ego ad me reuerſus & mihi redditus, de dolo tecũ agere cœpi.Si ante condemnationem rẽ illã mihi reſtitueris,ſimul & condemnationem effugis & infamiã,quæ inde conſequitur.At exhibẽdum quoq; actio arbitraria eſt. Si.n.rem, quã apud te occultas,exhibueris,condemnãdus nõ es. In omnibus igitur his actionibus,& ſi quæ ſimiles ſunt,permiſſũ eſt Iudici ex bono & æquo,ſecundũ rei cuiusq; de qua actũ eſt,naturã æſtimare ac ſtatuere, quemadmodum ſatis actori fieri debeat. §.Curare.

Monemus autem Iudicẽ, vt quatenus id ab eo fieri poteſt,certę quantitatis, aut certę rei cõdennationem faciat,etiamſi de incerta re aut quãtitate

tate apud eum actum fuerit: ac dicat, Condẽno hunc in centum aureos, aut Condemno hunc in eã rem: nec ita ferat ſententiam, Quantum compertum fuerit eum debere: quoniam talis condẽnatio non finem controuerſiæ imponit, ſed alteri controuerſię litique cauſam dat.

ARGVM.

Iuris olim is rigor fuit, ut quicunque intentione ſua amplius, quam ſibi deberetur, ſiue re, ſiue loco, tempore, aut cauſa petijſſet, cauſa omnino caderet: at cum id Iuſtiniano iniquum valde viſum fuiſſet, cauit, vt, qui re, loco, aut cauſa plus petierit, ob idque aduerſario damnum aliquod illatum fuerit, id damnum triplo compenſetur, ſi uero ſolutionis tempus duntaxat præuentum ſit, induciæ debitori ad duplum porrigantur. Qua autem ratione quatuor his modis amplius petere quis poſſit, ſequentia facillime docebunt.

§. Si quis agens *ADmonendus eſt & actor, vt intentionem ſuam & actionem ita conſtituat, vt non amplius quam ſibi vere debetur, petat. Nam ſi maiorem ſummam quám debetur ea complexus fuerit, veluti ſi quum decem aurei deberentur, ad quindecim egerit: non ſolum eos, quos præter verum petijt, ideſt quinq; illos non habebit, ſed etiam decem illos, qui uere debentur, amittet. Eſt autem hic finis plus petitionis, falſa veris miſcere. Ac neq; auxilio vllo iuuatur, neq; facile in integrũ reſtituitur, niſi forte minor ſit vigintiquinque annis. Nã adulto ſicut pleriſque alijs ex cauſis, Prætor cauſa cognita, compertum habens eũ per imbecillitatem ætatis circũſcriptum eſſe, ſuccurrit. ita & hic ſimile auxilium pro more ſuo fert. Quinetiam interdum & maioribus in integrum*

grum datur reſtitutio, quum ſcilicet tam magna & iuſta occaſionẽ errore dedit, vt & vir aliquis admodum prudens decipi potuerit. Veluti in hac ſpecie : Quidam decedens & relinquens quadringentos aureos in bonis, hæredem me inſtituit : legauit aũt Primo centũ aureos, & Secundo itẽ centum, Quum uero a teſtamento ſuperuixiſſet, ſcripſit & codicillos, quibus Tertio & Quarto ſingulis centenos aureos reliquit. Sciendum eſt autem, legata, quæ ſupra dodrantem relicta ſunt, ipſo iure per legem Falcidiam minui, & in eã cauſam cadere, quaſi nec relictum fuiſſet, quod plus iuſto relictum eſt. Si igitur poſt teſtatoris obitum, apertum ſit teſtamẽtum, & in obſcuro fuerint codicilli, nec quiſquam legatariorum codicillos eſſe factos ſciuerit : ac deinde hæreditate a me adita uenerit Primus, non ignarus quadringentos aureos eſſe in hæreditate & ſolum ducentos eſſe in legata exhauſtos exiſtimans atq; ita ratus me non ſolum quadrantem habere, uerum etiam vltra quadrantem, mecum ad centum aureos egerit hoc eſt, totũ legatum petens : ac medio tempore prolati fuerint codicilli, quibus Tertio & Quarto legati, erant ducenti aurei, aut etiam pars eorum, qui Primo legati fuerant, adempta : & ita planum fuerit factum Primus ad maiorem ſummam, quam re uera debebam, mecũ egiſſe : propter iuſtiſſimã erroris cauſam, venia ei dabitur: & ſeptuaginta quinq; aureos cõſequetur, nec nocebit, q̃d cũ ſeptuagintaquinq; petere deberet, centũ petijt, Plus petitio autẽ quatuor modis committitur : Re, Tempore, Loco, Cauſa. Res veluti

luti, ſi quis pro decem aureis ipſi debentur, viginti petat. Aut ſi fundum, quem tu detines, cuiusq́ ex parte dimidia dominus ſum, per actionem in rem ita petam, quod dicam eum totam meam eſſe, aut certe dominum me eius eſſe in duas partes e tribus. Tempore plus peto, veluti ſi quod in diem aut ſub conditione mihi debetur, antequam dies venerit, aut conditio exiſtat petam. Quemadmodum.n.is qui tardius, ideſt, poſt tempus ſoluit, minus ſoluere videtur: ita & is, qui ante tempus petit, plus petere videtur. Loco plus petitur, veluti, ſi id quod certo mihi loco ſoluendum eſt, alio loco petam ſine commemoratione illius loci in quo id ſoluendum erat: Vt in hac ſpecie: Ita ſum a te ſtipulatus, Epheſi mihi dare centum aureos ſpondes. quantum ad ius ciuile pertinet, alio loco id a te petere nō poſſum, quam Epheſi. Nam ſi extra Epheſum petam, loco videor plus petere. Si enim Romæ te inuenero, pureque tecum egero, ideſt, nulla facta Epheſi mentione introducitur plus petitio. Verum quoniam eueniebat, vt nunquam a te peterè liceret, quod ita promiſſum eſſet: propterea quod tu nunquam Epheſum venires, neque ego tecum agere poſſem, primo non Epheſi, quoniam nunquam illhic inuenireris, deinde nec extra Epheſum propter plus petitionem: eiuſce rei gratia hanc agendi rationem Prætor excogitauit. Liberum enim mihi fecit, vt & extra Epheſum tecum agerem, dummodo Epheſi mentionem facerem, & ita captiunculas plus petitionis effugerem. Nam ſi ita tecum Romæ egero: ſi ap-

pareat

paret, aduerſarium centum mihi aureos Epheſi dare oportere, plus petere non videbor. Sin vero pure egero, ideſt, nulla Epheſi mentione facta, haud dubie incurret ratio pluspetitionis: quoniam id quod rei intereſt, & emolumentum quod haberet promiſſor ſi Epheſi ſolueret, auferre ei ac tollere videor. Interdum enim euenit, vt Epheſi ſit & facile pecuniam ſoluere, & extra Epheſum difficilimum. Neque uero in centum aureos, quos promiſit, condennari eum extra Epheſum oportet: nam de centum illis aureis deduci debet omne id in quo læditur extra Epheſum ſoluendo: Forte enim Romæ coactus debitum ſoluere, viginti aureos impendit contrahendis numis quos mihi dari oportet, atque ideo non in centum aureos condennatur, ſed in octoginta. Quum autem nullam Epheſi in intentione mentionem faciens, extra Epheſum litem moueo: quoniam tunc omnino id ago ac ſtudeo, vt in centum aureos ſequatur condennatio, (nam pura intentio eius quod intereſt, tractatum deductionemq; tollit) ob eam rem, plus petere videor. Id autem quod eius intereſt, atque vtilitas hæc maximam plerunq; in mercibus vendendis differentiam recipit. vt in vino, frumento, oleo, quæ per ſingulas regiones diuerſa habent prætia. Nam ſi Romę quis centum aureos a me petat & ita merces quas habeo cogar diuendere, interdum centum ſolum aureos conſequar: quas ſi Epheſi venderem centum viginti aureos poſſim conſequi. At neq; hiſce tantum in rebus, verum in ipſis quoq; pecuniis eius,

quod

*quod intereſt, ratio ex varietate regionum habenda eſt. Quoniam non omnibus in regionibus eadem eſt ratio credẽdi ſub vſuris. Nam Romæ quum multi ſint ibi, qui fœnus exercent, interdum is, qui ſub vſuris mihi credidit, quartam centeſimæ partem, ſiue, quadrantes vſuras poſcet, quę res annue colligit ternos aureos in centenos. In prouincia vero, vbi non magnus eſt eorum numerus, qui ſub vſuris credunt, vſurarum nomine fortaſſe ei, a quo mutuum ſumpſi, quod tibi ſoluẽram dimidium centeſimę preſtabo, hoc eſt, * ſenos aureos quotannis in centenos. Itaque & ex ratione vſurarum adfert diuerſitas regionis, quod cuiuſque interſit. Quapropter, quum extra Epheſum agere volam, neceſſe erit, vt & Epheſi mentionem faciam, quo ratio eius, quod intereſt, haberi poſſit. Quod ſi contingat, vt tu promiſſor Epheſi deprehendaris, pura intentione tecum agẽdum eſt: Nam qui Epheſi agit, loci mentionem habere non cogitur. Quoniam tantundem pręſtat litem in loco mouere, quantum nominatim loci mẽtionem facere. Nec dubium eſt, quin iudicio Epheſi conſtituto, & eius, quod intereſt ratio ex loco ducenda ſit.*

* Seno aureos) Nota de uſuris cõtra uulgarem Accurſij, & doctorũ noſtrorũ opinionẽ. Curtius. §. huic autẽ qui loco.

Ei, qui plus loco petit, affinis & ſimilis eſt is, qui cauſa plus petit. Et quomodo fiet, vt quis cauſa plus petat? Et maxime id contingit in alternatione. alternatio autem eſt ὁ ἐπαμφοτερισμος, vt Greci dicunt, id eſt, quæ ex diſiunctione dubiã habet præſtationem & ancipitem exactionem: veluti, ſtipulatus ſum a te Hominem Stichum, aut decem aureos dare mihi ſpondes? Et deinde ſubla-

*ta alternatione, decem aureos petij: cauſa plus peto, quoniam electionem, quam tibi natura ſtipulationis prębet, tibi adimo. Is. n. a quo ita quis ſtipulatus eſt, Decem aureos aut hominem Stichum dare mihi ſpondes: poteſtatem habet, vtrum uelit ſoluendi. Qui igitur uel decem aureos tantum, vel ſolum hominem petit, electionem ſoluendi aufert, eoque modo, ſuam quidem conditionem meliorem: eius vero, a quo petit, deteriorem facit. Quoniam interdum minus expedita eſt decem aureorum ſolutio, quam hominis. In hoc igitur lęditur, quod electionem non habeat. Quapropter id agendum eſt, vt petitio ſimilis ſit ſtipulationi, & eodem modo petatur, quo promiſſum eſt: atq; ideo ſic dicendum eſt: Si apparet aduerſarium, Stichum hominem aut decem aureos dare oportere. Sed & ſi quis generaliter hominem, ſiue ſeruum ſtipulatus ſit, & deinde Stichum ſpecialiter petat: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & poſtea ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quoniam electionem aduerſarij, quam natura ſtipulationis ei dederat, tollit. Et. n. qui generaliter hominem, vinum, vel purpuram promiſit, liberum eſt, quocunq; id ex loco acceptum, ſoluere. Plus dico, licet quod alter petit, viliſſimum ſit, nihilominus & ita plus actor petit. Nam id interdum accidit, ut eius quod uile habetur, difficilior ſit ei a quo petitur ſolutio: uelut, exempli gratia, uinum Cãpanum, omnium * peſſimum eſt. Si uinum generaliter ſtipulatus, Campanum petam: ideo plus petere*

* Peſſimũ)

vlpianus eius exēplū, pro eo qđ eſt optimum adducit L. ſtipulationū, & L. ſe. de verbo. ob §. Et hæc quidē antea

tere videor, quod illi a quo petitur, facilius ſit melius aliquod vinum ſoluere, quam Campanū: propterea quod vinum Campanum non habeat. Sed hoc quidem ius plus petitionum olim in vſu fuerat. Nam poſtea & lex diui Zenonis, & Imperatoris noſtri conſtitutio rem totam in anguſtum contraxit. Et ſi quidem tempore plus fuerit petitum, ſecundum ea, quæ diui Zenonis lege tradita ſunt, Iudex rem ad exitum perducet. Quod ſi in quantitate, vel alio quomodo plus petitionem fieri contingat, & damnum aliquod ex ea re fecerit is a quo petitur, veluti ſi maiores datæ ſint ſportulæ (vt prędictum a nobis eſt) in triplum eius, in quo ſupra uerum iuſtumque læſus fuerit reus, actor condemnandus eſt.

ARGVM.

Qui minus in iudicio, quam ſibi debeatur, petierit, non prohibetur, vel coram eodem iudice quod ſupereſt in petitione, ex Zenonis cautione petere. Quod ſi quis erranter aliud pro alio in iure petierit, petitionis libellum etiam in eodem iudicio, ex huius iur s benignitate & corrigere & mutare poterit. Quibus autem modis quis aliud pro alio petat, hic exemplo palam fit.

§. Si minus

Aliquis quum mecum iudicio conſiſteret, minus petiȷt. Nam quū decē deberem, quinque dari intendit. Aut quum fundi, quem ego tenebam, inſolidum dominus eſſet, ad dimidiam eius partem egit. Nihil ex ea re periculi timendum eſt. Quoniam nihilominus in reliquam quantitatem Iudex me in eodem iudicio ei condemnat: quemadmodum iam relata Zenonis conſtitutione cautum eſt.

Si quis aliud pro alio errans petiȷt, errorem

hunc

hunc ei fraudi eſſe non placet. Nam eodem in iudicio, cognita veritate errorē ſuum corrigere poteſt. Duobus autem fit modis, vt quis aliud pro alio petat. Aut re ſcilicet, aut cauſa. Re, ueluti cui Stichus homo debebatur, Erotem petijt. Cauſa, ut quum aliā pro alia actionem quis mouit. Quum eum ex teſtamēto agere deberet, ex ſtipulatu egit: aut etiam ex contrario. §. Si quis aliud.

ARGVM.

Actionum autem hæc nouiſſima, & ex præcipuis omnium ultima eſt diuiſio, nempe vt quædā ſint quibus ſolidum & omnino quippiam conſequimur: quędam quibus non omnino ſolidum, quinetiam quandoque minus conſequimur: præſertim cū eius ſint naturæ, vt qui nobis deuinctus eſt, nō in amplius condemnetur, atque facere poſſit. Quando autem id contingat, exemplis planum fit.

EST et alia actionū diuiſio. Quędā.n.ſūt actiones, quibus non ſolidum quod nobis debetur ſemper cōſequimur, ſed alias ſolidū alias minus. Veluti, ſi tecum agam de peculio, ob filium ſeruum ue tuum, in decem aureos. Nam ſi locuples eſt peculium, decem aureos conſequar. Sin autem ea, quæ in peculio ſunt, quinque tantum aureis ualent, in ſolos quinq; pater dominus ue condemnatur. Quemadmodum autem peculium intelligendum ſit infra lutius diſcemus. §. Sūt prætere a.

Pręter actionē de peculio, eſt et aliæ actioquæ nō ſemp in ſolidum cōdemnationem habeat. Nam ſi dotē ab vxore mea accepero, & matrimonium ſemel cōſtitutū, deinde ſolutum fuerit, illa mecū ad repetitionē dotis ex ſtipulatu agēs nō ſolidum §. Itē ſi de dote.

omnino conſequutura eſt, ſed quatenus facultates meæ patiuntur. Et ſi quidem concurrat quantitas bonorum meorum cum quantitate dotis, ſolidũ conſequutura eſt mulier. Sin vero quum dos cẽtum aureorum eßet, facultates meę tantum quinquaginta colligant, in quinquaginta condemnandus ſum. Eatenus.n.facere poſſum. Interdum quoque & ſi maxime poſſim facere, non ſolidam tamẽ dotem conſequutura eſt mulier, idq́; obiecta retentione, quæ dotis quantitatem minuit. Nam ſi mihi bona aliqua in dotem data ſint, quæ mille aureis valeant: & centum aureos in illa impendero, ac deinde ſoluto matrimonio ſumma mille aureorũ a me petatur: obÿcere poßum & dicere, ſumptum cẽtum aureorum me feciſſe in ædes aut fundos mihi in dotem datos. Et quoniam huiuſmodi impenſę ipſo iure dotem minuunt, non in mille aureos condẽnabor, ſed tantum in nongentos: dum neceſſarię fuerint impenſæ.i.quas facere neceſſe fuerit, quoniam forte futurum fuerit, vt ædes collaberentur, niſi in refectionem earum ſumptus centum aureorum factus fuiſſet. Et ideo hac retentione vtar, quæ dicitur, Ob neceßarias impenſas. Verum hæc omnia perfectius ex libris Digeſtorum accipi poterunt. §. Sed & ſi quis. *Si quis quum emancipatus eſſet.ſ.aut libertus, cum patre patronove ſuo quacunq; actione egerit, aut ſi ſocius cum ſocio, actione pro ſocio, non in amplius is, a quo petitur, aduerſario ſuo condemnabitur, quam in quantũ facultates eius facere poſſint. Idem eſt, ſi cui donandi animo centũ aureos dare promiſerim. Neque.n.in amplius ei condemnabor, quam in quantum facere poſſim.*

ARGVM.

ARGVM.

Petitioni obiecta compenſatio, efficit vt compenſato debito, minuatur condemnatio bonorum ceſſio, ſolidi condemnationem non admittit, quamquam candidior debitori fortunā ſubriſerit.

COmpenſationes quoque oppoſitæ plerunque efficiunt, vt non totum actor conſequatur, quod petere tentat. Nam ſi mecum agat ad decem aureos, quum mihi inuicem tres aureos debeat, in ſeptem condemnabor, quemadmodum & iam ante dictum eſt. Ideo autem dixi Plerunque, quia ſi certum ac liquidum non ſit, quod compenſationis gratia obijcitur, nihilominus actor totum, quod ſibi debetur, repetet. §. Cōpenſationes

Titius graui ære alieno conflato, multis multa debebat. Quum creditores moleſti & infeſti incumberent, & quod ſibi debebatur peterent: bonis ſuis ceſſit: quia ſoluendo omnibus non eſſet. Si contingat poſt, Titiū aliqua bona acquirere, quę dignum emolumentum habeant: poterunt creditores, vt quibus ad plenum ſatisfactum non fuerit, ex integro reliquas ſummas petere. Et condemnabitur eis, verum non inſolidum, ſed quantum facere poteſt. Nam id inhumanum viſum eſt, eum, qui fortunis omnibus a ſeipſo exutus ſit, inſolidum condemnari. §. Cū eo quoque.

Quod cum eo qui aliena in poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur.

TIT. VII.

ARGVM.

Serui ac filijfamilias cōtractus, quo ad obligatio

nis vinculũ reſpectu dñi ac patris iure pari ꝓcedũt

MENTIONEM ſupra habuimus actionis de peculio, quæ in peculium ſerui aut filijfamilias aduerſus patrem aut dominũ agitur. Neceſſe eſt igitur & de ea dicere: nã in hoc tempus tractatũ eius reiecimus ac diſtulimus. Sed enim & de alijs actionibus, quibus ſeruorum filiorum ve familias gratia, cum patribus ac dominis agitur, diligentius differere oportet. Ac quoniam ſiue cum filiofamilias, ſiue cum ſeruo negotiũ geſtũ fuerit, eadẽ pene iura ſeruantur, ne cui loquax aut verboſus videar infinitis diſputationibus vtendo, verba tantum facturus ſum de ijs, quæ cũ ſeruis gerũtur, & de actionibus quibus cum domino agitur. Eadẽ enim & ĩ filio dici intelligemus, & in patre, qui illum in poteſtate habet. Quod ſi quid in ijs proprie obſeruetur, id ſeparatim oſtendemus.

ARGVM.

Actione, Quod iuſſu, cum domino in ſolidum experimur, quod ęque in exercitoria, ac inſtitoria obſeruatur. Eę autem competunt, cum dominus cõtrahi cũ ſeruo mandauerit: aut eundem, vel liberũ hominem naui, alij ue negotiationi præpoſuerit.

§. Si igitur iuſſu.

EST igitur cũ domino actio, Qđ iuſſu, qua de negotijs cum ſeruo geſtis agitur. Nam ſi iuſſu domini ſeruus mecũ cõtraxerit, & mihi obligatus fuerit, habebo cũ ipſo domino actionẽ, Qđ iuſſu. Nam quodã modo cum eo contrahere, & fidẽ eius ſequi uideor, ob iuſſum, quem ſeruo fecerit. Hæc autem actio, Quod iuſſu, inſolidum habet condemnationem. Ad exemplum actionis, Qđ

iuſſu,

iuſſu, & alias duas actiones, quæ & ipſæ condem nationem habeant in ſolidum, pollicitus eſt Prætor: quarum vna Exercitoria, & altera Inſtitoria vocatur. Et exercitoria quidem tunc locum habet, quum quis ſeruum ſuum magiſtrum naui præpoſuit, & aliquid cum eo eius rei gratia, cui præpoſitus eſt, contractum eſt. Nanque in hac ſpecie inſolidum cum domino habebo actionem exercitoriam. Ideo autem dicta eſt exercitoria: quia Exercitor is vocatur, ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet. Inſtitoria vero tunc locum habet, quũ qs tabernæ forſitan aut cuilibet negotiationi ſeruum ſuum præpoſuit. Nam ſi quid cum eo eius rei gratia, cui prępoſitus eſt, contractum fuerit: inſolidum dominus actione inſtitoria tenebitur. Ideo autem appellata eſt inſtitoria: quia qui negotiationibus præponuntur, Inſtitores vocantur. Eſt autem his actionibus inſtitoriæ & exercitoriæ tunc locus, quum quis liberam perſonam aut alienum hominem, naui, tabernę, aut cuicunq; negotiationi præpoſuit. Nam & hic ratio æquitatis aduerſus eum, qui præpoſuit, exercitoriam aut inſtitoriam actionem dat. Qui enim aliquem præponit, id clara & aperta uoce dicere uidetur. Hunc ego præpoſui: qui volet, cum eo contrahat.

ARGVM.

Tributoria actio tum competere dicitur, cum ſeruus domino ſciente, licet non mandante, nec præponẽte, in merce peculiari negotiatus, debitor, tum domini, tum aliorum quoque effectus eſt. nam tunc & dominus & creditores pro virili, ac debiti rata portione ad merces peculiares vocantur.

quodſi quid creditorum alicui de ſuo abſit, aduerſus eundem dominum hac actione experiri licet, vt ſi quid mercium penes ſe habeant dominus in medium afferre cogatur.

§. Introduxit. *INuenit & aliam actionem Prætor, quæ Tributoria vocatur. Nam ſi ſeruus meus in mercibus peculiaribus negotietur, neque iubente me, neque præponente, ſed tamen ſciente, & non vetante, & quid cum eo contractũ fuerit: Prætor ad hunc modum ijs de rebus ius reddit. Nam ſi contigerit, ut is multis perſonis deberet, deberet item & mihi domino (quod dixi Debere, non ciuiliter, ſed naturaliter intelligendum eſt) ac ſeruus cum mercibus ſuis adfuerit. Creditores Prætorem adibunt, qui dominum cogat merces in medium proferre: & ſi quid ex mercibus venditum fuerit, pecuniam inde redactam, pro rata inter ſe & creditores cæteros diſtribuere. Et ſi dominus, cui Prætor mercium diſtributionem permittit, aliquas ex ijs interuerterit, nec omnes in medium attulerit, & aliquis creditorum id moleſte ferens dixerit, minus mercium, quam ſeruus in negotiatione ſua habebat, in medium collatum eſſe: dabitur ei aduerſus dominum actio Tributoria: per quam cogetur, quicquid mercium occultauerat, in medium afferre. Dicitur autem Tributoria actio, quaſi Græce dicas διανεμητικήν ab eo quod eſt diſtribuere.*

ARGVM.

Si quis cum ſeruo domino inſcio contraxerit eatenus dominum obligatum habet: quatenus in domini rem verſum eſt, aut in peculio habetur. Et actio de peculio quanquam vna ſit, duas tamen in ſe habet condemnationes. At in hac actione id

prius

prius iudex expendere debet, num in rem verſum ſit,quam de peculio ſententiam ferat.

SV per actiones iam relatas inuenit & Prætor actionem de peculio, & de in rem verſo. Vt quanuis ſine voluntate domini negotium cum ſeruo geſtum fuerit, tamen ſiue quid in rem domini impenſum aut verſum ſit, id totum dominus ſolue re cogatur: ſiue quid in rem domini verſum impenſumq́; non ſit, id eatenus præſtet, quatenus peculij quantitas patitur. Porrò in rem domini verſum videtur, ſi quid neceſſario in res eius impenſum fuerit. Veluti, mutuo accepto ſeruus meus creditores meos dimiſit, aut ædes ruinam mihi minantes fulſit, aut familiæ meæ frumentum mercatus eſt, aut fundum mihi aliamve quam rem neceſſariam emit. Si decem igitur aureos a te mutuo ſumpſit, & quinque creditori meo perſoluit, & alios quinq; quomodolibet conſumpſit: pro quinq́;, qui in rem meam verſi ſunt, in ſolidum condemnor: pro reliquis qui in me impenſi non ſunt, quatenus peculij quantitas patet, teneor. Vnde apparet, quod ſi omnes decem aureos in rem meam impendit, non quinq́; tantum aureos, ſed omnes decem creditor a me repetet. Hæc.n.actio de peculio, vna quidem eſt actio, ſed duas habet condemnationes. Quoniam aut de peculio, aut de in rem verſo, & actio intentatur, & condemnatio ſequitur. Iudex igitur, apud quem de peculio agitur ante ſolet diſpicere, an quid in rem domini verſum ſit: & ſi quid verſum fuerit, in eam omnino ſummam dominum condemnat. Alioqui.n. ad æſtimationem peculij tranſibit, ſi nihil eorum §. Præterea.

aut non omnia, quæ ſeruus mutuo ſumpſit, in rẽ domini verſa impenſaq; ſint.

ARGVM.

Peculiũ quid ſit, hic finitione luculentiſſima explicatur. Cæterũ in peculio id eſſe dicitur, quod deducto eo, quod domino, eiuſque poteſtati ſubditis debetur, ſupereſt: modo ſerui vicario nõ debeatur.

§. Cũ autẽ quæritur. *QVũ dictũ ſit de actione de peculio: dicamus quid ſit peculiũ. Et definitio peculij talis eſt. Eſt naturale patrimoniũ ei, qui aliena in poteſtate eſt, conceſſum ac permiſſum, de uoluntate patris aut domini, deductis naturalibus debitis, quæ aut patri debentur aut domino, & ijs, qui in eiuſdẽ poteſtate ſunt. Dixi naturale patrimonium: quoniam per ius ciuile is, qui aliena in poteſtate eſt, patrimonium habere non poteſt. Dixi, Ei qui aliena in poteſtate eſt de voluntate patris aut domini permiſſum ac conceſſum: quia id demũ peculiũ eſt, quod pater dominusve non ignorat. Nam ſi quid ſine voluntate ipſorum ſerui aut filij habuerint, id peculio annumerandũ non eſt. Adieci, deductis naturalibus debitis, quoniã id proprie peculiũ eſt, quod ijs deductis, quæ naturaliter ab eo debentur, ſupereſt: veluti, Centũ mihi aureos debet is, qui in ptãte tua eſt: habetq; peculiũ, quod prima facie trecentorum aureum putatur eſſe. Sed quoniam is patri aut domino centum aureos debet, debetq; itidem ei, qui in eiuſdẽ poteſtate eſt, aut fratri ſuo: aut filius tuus debet ſeruo tuo, aut ſeruus tuus debet filio tuo, quem in poteſta-*

*poteſtate habes, centum quinquaginta aureos pu re videtur eſſe in peculio quinquaginta aurei. In uenias tamen, quando nec id, quod ei debetur, qui in eiuſdem poteſtate eſt, deduci debeat in actione de peculio : veluti in hac ſpecie : Seruus tuus in peculio ſeruum habebat. Iuris pruden- tes autem primum illum ſeruum Ordinarium uo cant, & ſeruum * Vicarium. Porro quemadmo- dum ordinarius, ſeruus eſt, ita & vicarius. In eiuſdem itaque poteſtate ſunt. Seruus igitur tuus centum aureos mihi debebat. Habebat autem pe- culium centum quinquaginta aureorum : tanti .n. res peculiares æſtimabantur: atque in hac æſti matione erat & vicarius, ſed & huic vicario centum aureos debebat ordinarius. Si tecum igi- tur agam de peculio, non potes dicere, quinqua- ginta tantum aureos in peculio ſerui tui eße, & ideo in quinquagtnta ſolum condemnari te debe re: quia ordinarius, cuius gratia tecum de pecu- lio agitur, vicario ſuo centum aureos debeat. Quoniam debitum hoc deduci non oportet: et quę nam huiuſce rei ratio ſit, dicendum eſt. Ac ratio eſt hæc. Quum peculium ordinarÿ ſerui ſcire ac cognoſcere volumus, cæterarum quidē rerum ęſti mationem ineuntes, addere ſolemus & æſtimatio nem vicarÿ. Et ita pronuntiamus, tantum aut tā tum eſſe in peculio. Id quum ita ſe habet, non pōt vicarius, cuius æſtimatione peculiū augetur, & ipſe illud minuere, eo nomine, quod ſibi aliquid de beatur. Ne eadem perſona duas cōtrarias habere functiones videatur, vt in eadē facti ſpecie, & ea dem cauſa ſimul & augeat & minuat peculiū.*

*. Vicarium) Martialis. Eſſe ſat eſt ſeruus, iā nolo vicarius eſſe.

Idemq; eſt, ſi filius tuus, quem in poteſtate habes, hominem in peculio ſuo habeat, qui dicitur ſeruus peculiaris. Ac mihi centum aureos debeat; debeat item & ſeruo peculiari centum aureos: Nam & hic dicimus debitum hoc deduci non debere, ne ſeruus peculiaris, ſimul & æſtimationem ſui peculium filij tui augeat, & eorum nomine quæ ſibi naturaliter debentur, minuat; & eadem perſona in eadem cauſa duas contrarias functiones obire intelligatur, ut & augeat & minuat peculium.

ARGVM.

Ob ea, de quibus nobiſcum contraxit ſeruus, cũ domino multis licet actionibus experiri; nempe aut Quod iuſſu actione, aut inſtitoria, aut exercitoria: aut denique de peculio. At ea quæ de peculio eſt, quandoque ut genus, quandoque vt ſpecies proponitur: priores autem ut ſpecies intenduntur. Hoc tamen in his potiſſimum obſeruandum eſt, ut diligenter expendamus quantum vti velimus: Nam quãdoque una, quam alia experiri magis conducit.

§. Cæterũ. *EX ijs quæ dicta ſunt, cõſtat multas eſſe actiones, quibus cum domino de ijs, quæ ſeruus debet, agere poſſimus. Eſt enim actio, Quod iuſſu, eſt inſtitoria, eſt exercitoria, eſt tributoria, eſt & de peculio. Porro dubium non eſt, quin omiſſa actione, Quod iuſſu, vel exercitoria, aut inſtitoria: de peculio agere liceat. Nam quum actio de peculio generalis ſit, cuiuſcunq; in locum moueri poteſt: quoniam cæteræ ſpeciales ſunt, hæc autem generalis eſt. Cæterum ſtultus admodum ſit oportet, qui omiſſis illis, quę & facilem habet probationẽ & actori inſolidum pariunt condemnationem,*

nem,ad actionem de peculio decurrit. Nam & illud in primis difficile est planum facere, quantum in peculio ſit: res enim peculiares, non omnibus extraneis notę ſunt: & deinde vbi magno labore planum fecerit, quantum in peculio ſit, tunc & quæſtio de naturalibus debitis quæ peculium minuunt referri poteſt. Porro difficile eſt & illud probare, quid quãtumq; ex ijs quę mutuo ſeruus ſumpſerit in rem domini uerſum impenſumq; ſit. Enimuero hæc actio de peculio interdum & vt genus, & vt ſpecies mouetur. Et quando id contingit, ueluti, contraxi cum ſeruo tuo, neque iubẽte te, neque quum præpoſitus eſſet alicui negotiationi maritimæ vel terreſtri. Hic actio de peculio & vt genus & vt ſpecies eſt. Sed et ſi tibi actio tributoria cõpetit, potes hac omiſſa ęque de peculio ſiue de in rem verſo agere. Porro non omnino hic damnandus eſt, qui omiſſa tributoria, ad actionẽ de peculio decurrit: quoniam actio de peculio, alias lege præſtat actioni tributoriæ: alias minus emolumenti habet quam tributoria: & tunc expedit tributoria agere: veluti, quum multa ſunt debita naturalia. Nam quum tributoria agitur, nullam naturale debitum deducendum eſt. In pari enim cauſa ſunt, & quæ domino debentur, & quæ creditoribus. Nec domini conditio in ea precipua eſt, nec quod ei debetur, deduci poteſt. Quũ vero de peculio agitur, potior eſt domini conditio. Quoniam naturale debitum, ideſt quod domino debetur, deducendum eſt: & ita in id quod ſupereſt, ſerui dominus creditori condẽnatur. Actio porro de peculio plus adfert emolumenti, hac in

re. Nam quum de peculio agitur, totius peculij ratio habetur. At quum tributoria agitur, id tantum in iudicio ſpectatur, in quota parte peculij ſeruus negotietur, forte in tertia, aut quarta, aut etiam ſexta. Atqui ne ſic quidem tributoria agẽdo ſextam inſolidum partem peculij conſequitur, in qua ſeruus negotiatur: ſed id tantum quod a domino in diſtributione mercium interuerſum ac celatum fuerit. Partis igitur partem fert. Ea vero peculij pars quæ vel in prædijs conſiſtit, uel in mancipijs, vel in nominibus: quoniam forte ſeruus alijs quibuſdam mutuum dedit, ad rationem non vocatur. Neceſſe eſt ergo, diligenter ſecum vnuſquiſque æſtimet, tributoriane ſibi conducat agere, an malit actionem de peculio eligere. Quod ſi probare poſſit, ea, quæ ipſe ſeruo credidit, in rem domini verſa eſſe, melius eſt vt actionem de peculio eligat: quo ex capite de in rem verſo in ſolidum condemnatio ſequatur.

ARGVM.

Quæ de dominis ac ſeruis quantum ad actiones pertinet, dicta ſunt, eadem & de parentibus ac liberis intelligenda ſunt. At ex mutui contractu nec filius, nec pater obſtante Macedoniano Senatuſconſulto conueniri de peculio poſſunt. De eo autem, quod iuſſu, vel in rem verſo, aut inſtitoria, vel exercitoria aduerſus patrem, vel dominum ex filij aut ſerui contractu directo experiri licet.

§Quę dixi-mus. *QVæ a nobis iam de ſeruo ac domino dicta ſunt, eadem de filio filiaq; & nepote nepteq; ac patre auove, quorum in poteſtate ſunt, intelligimus.*

§. Illud ꝓprie. *Illud autem proprie in liberis perſonis, quæ in po-*

in poteſtate habemus, ſeruatur: quod aduerſus eos, quicunque ijs, qui in parentis poteſtate ſunt mutuum dederint, velut in modum exceptioni, obijci ſoleat Senatus Conſul. Macedonianum. Id *autem quid ſit latius dicendum eſt. Fuit. quidam Macedo Romæ (id enim nomen erat homini) qui quum* * *in poteſtate patris eſſet, grande æs alienum conflauit, ſperans futurum, vt mortuo patre ſuo, facile id diſſolueret. Quum multum iam temporis tranſiſſet, grauis ei & moleſtus cœperat eſſe creditor, debitum repetens. Macedo, quum non haberet vnde redderet (nam quomodo, qui in poteſtate eſſet?) patrem ſuum occidit. Relata res eſt ad Senatum. Et ille quidem pœnas dedit parricidij. Verum S.C. factum eſt, quod Macedonianum vocatur, quo cauetur, ne qui liberæ perſonæ alieno iuri ſubiectæ mutuum dediſſet, actionem eo nomine haberet. Vt hoc modo, quum ſe repetitionem, quiſque eius, quod crediдiſſet, nullam habiturum cognoſceret, caueret ſibi a mutuum dando. Non ſolum autem a filio filia, nepote aut nepte, non recte petetur, quum adhuc in parentis ſui poteſtate ſunt: ſed neq;, quum ſui iuris facti fuerint, vel morte parentis forſan, vel emancipatione. Quinimo nec aduerſus patrem auum ve de peculio datur actio, ſiue liberos, adhuc in poteſtate habeant, ſiue eos emancipauerint. Hæc autem ideo conſtituta ſunt a Senatu, quoniam ſæpe compertum eſt, iuuenes magna æris alieni mole obrutos, quod per luxum libidinemq; prodegerant, uitæ parentum ſuorũ inſidias moliri. Illud autẽ velut in ſumma debe-*

*. In poteſtate) Vlpianus in L.i.eius ti. fœnerato. rẽ in s.c. Macedonẽ appellari ſcribit.

debemus ſcire, ſi domino aut patre iubente, cum eo, qui in poteſtate illorum eſt, contractum fuerit, aut quid in re ipſorum verſum ſit, licere ut omiſſa actione de peculio aut de in rem verſo, directo aduerſus patrem aut dominum condictione agamus, tanquam ſi principaliter cum ipſo domino vel patre, negotium geſtum fuiſſet. Sed & is, qui inſtitoriam habet vel exercitoriam, condictione aduerſus patrem vel dominum agere poteſt. Nam & iuſſu illius cum eo, quem in poteſtate habet, cōtractum intelligitur. Diximus.n. ſupra, eū, qui negotiationi maritimę vel terreſtri aliquem præponit, hoc velut omnibus dicere videri, vt ſecure cum eo, quem pręponit, contrahant.

De noxalibus actionibus.
TIT. VIII.
ARGVM.

Ob delictum a ſeruo, domino ignorante, aut id prohibere nequeunte cōmiſſum, noxali actione dominus tenetur, qua condennato liberū eſt, aut damnū reſarcire, aut noxæ deditione damni præſtationém effugere. Quod ſi ſeruus pro noxa datus, tandem aliquādo damnū emendarę velit inuito eo, qui pro noxa eum accedit, manumittetur, nec in domini prioris poteſtatē redibit. Cæterum noxales actiones aut legibus, aut prætoris edicto cōſtitutæ ſunt.

QVemadmodum ex contractu ſeruorum, cum dominis agitur: & ita ex delicto ſeruorum, domini tenentur. Nam ſi rerum mearum aliquam ſeruus tuus furto abſtulit, aut vi rapuit, vel ſi damnum mihi intulit, aut iniuria me affecit: noxalis mihi datur tecum actio.

Liberum

Liberum autem tibi eſt noxali actione condemnato, vel quod mea intereſt præſtare, vel ſeruum noxæ dedere. Noxa dicitur corpus ipſum quod nocuit, quoniam ſeruus nocuit. Noxia vero ipſum maleficium vocatur: veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Eſt autem id ſumma ratione introductum, vt dominus noxali actione condemnatus, ſeruum illi, in quem deliquit, poſſit dedere: quoniam iniquum erat, nequitiam ſeruorum vltra corpora ipſorum dominis damnoſam eſſe. Noxali igitur actione ſerui mei nomine condemnatus, in nullo alio inuitus lædor, quam vt eum noxæ dedam. Nam delicti æſtimationem inuitus nõ cogor ſoluere. Porro quum ſemel actori ſeruum qui deliquerat, noxæ dedidi, a noxali iudicio liberor, in perpetuum dominio eius in accipientem tranſlato. Neq; n. dicimus, ſi ſeruus vel operis ſuis atque miniſterio, delicti æſtimationem ei, in quem deliquit, præſtiterit, vel numos alicunde comparatos illi dederit, ad veterem dominum eum redire. Verum Prætorem adire debet, & ei rem omnem exponere, atque ita vel inuito eo, qui noxæ ipſum accepit, a Prætore manumittitur. Conſtitutæ ſunt aũt noxales actiones aut legibus aut edicto Pretoris. Legibus, vt furti. Hanc. n. lex XII. Tabul. inuenit. item & damni iniuria, hanc enim introduxit lex Aquilia. Edicto Prætoris, vt noxalis iniuriarum, & noxalis Vi bonorum raptorum.

§. Dominus noxali.

§. Sũt autem

ARGVM.

Actio noxalis, ſerui dominum ad q uẽcunque peruenist, perpetuo proſequitur. Quod ſi libertatẽ ſit

conſecu-

conſecutus ſeruus, noxalis extinguitur, & directa actione delicto competente conuenitur. Et contra, ſi liber deliquit, eo ſeruo facto, quæ directa fuit, noxalis efficitur.

§. Omnis autem. *Regula eſt nobis a veteribus per manus tradita, qua ſic dicimus: Noxa caput ſequitur. Ea maxime ſpectatur his in caſibus. Seruus tuus res quaſdam mihi furto ſubtraxit. Quandiu in tua poteſtate eſt, habeo tecum noxalem furti actionem. Quod ſi ad alium trãslatus ſit, cum eo noxali agetur. Sin uero manumiſſus fuerit, directam habeo cum ipſo furti actionem, & noxalis perimitur. Sed & per contrarium, actio, quæ prius directa erat, noxalis fieri poteſt: velut, aliquis quum liber eſſet, furtum mihi fecit. Is poſtea ſeruus factus quoniam eſt forte (vt ſupra libro primo diximus) ad præcium participandum venundari ſe permiſit, & ſeruus tuus factus eſt, actio furti tecum noxalis eſſe incipit, quæ prius directa fuerat.*

ARGVM.

Ex ſerui proprij delicto domino nulla prodita eſt actio, quanquam alienatione, aut manumiſſione ſeruus conditionem mutet. Quod locum quoque habet in alieno ſeruo, qui damnum paſſi proprius effectus eſt. Nec contra à ſeruo ex domini delicto, licet libero effecto, vlla datur actio.

§. Si ſeruus *Seruus meus mihi furtum fecit: nulla naſcitur actio: nam inter dominum & eum, qui in poteſtate eius eſt, nulla eſſe poteſt obligatio. Quod ſi aut in poteſtatem alterius ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neque cum ipſo iam manumiſſo, neque cum eo, in cuius poteſtate eſt, agere poſſum. Quoniam actio, quæ ex delicto ipſo naſcitur,*

ſcitur, non nata, quia ſeruus qui furtum commiſit, in ea poteſtate eßet, ex eo nunc naſci non poteſt, quod is qui furtum commiſit, de poteſtate mea exierit. Adeo autem id verum eſt, nullam inter ſeruũ & dominũ obligationem poße conſiſtere, ut ſi alienus ſeruus furtũ tibi fecerit, & ea ex re furti actio tibi nata ſit, ac deinde is, in tuam poteſtatem venerit, actio furti iam nata extinguatur, idque per regulam qua dicimus, Rẽ quanque, quum in eum caſum venerit, a quo initium capere non poterat, extingui. Porro quoniam nulla naſcebatur tibi actio, quum is eo tempore furtum feciſset, quo in tua poteſtate erat, ideo & quum in tua poteſtate eſse cœperit, actio iam nata perimitur. Adeo autem extinguitur actio hęc quum poſtea tu ſerui dominus factus fueris, vt neque ſi de poteſtate tua exierit, agere iam eo nomine poſſis. Quomodo enim quum extincta ſit actio. Iam ſæpe enim a nobis dictum eſt: dominum cum ſeruo nullam actionem habere poſse. Quemadmodũ nec dominus ſi quid in ſeruum admiſerit, veluti quod iniuria aut uerberibus eum affecerit, vlla ei teneri poteſt actione, neque ſi ſeruus, in quem id commiſsum eſt, vel manumiſsus fuerit, vel in alterius poteſtatem venerit.

ARGVM.

Noxales actiones in filijs familias hodie locum habere deſierunt, ac pro ſuo quiſque delicto conueniri, & in pecunia puniri poteſt. §. Sed veteres quidem.

HAS aũt noxales actiones veteres & ĩ filiis filiabusq́; familias admittebãt. Verum poſterior

ſterior hominum conuerſatio, & viuendi inter ſe ſe ratio, meritò ac rectè huiuſcemodi aſperitatem eiecit & contempſit, ac penitus a communi uſu exploſit. Quis enim ſanę mentis ſuſtineat filiũ ſuum, & magis filiam noxæ dedere, vt pene in corpus ſuum pater qui hęc patitur, magis quam filius, periclitetur. In filiabus vero & pudicitię fauor curaque rectè ideſt communi vita excluſit. Et ideo placuit, vt tantum in ſeruos, noxales actiones proponerentur: quum & veteres Iuris ciuilis interpretes, ſæpius id dixerint: liberas perſonas, quæ alieno iuri ſubiectæ ſint, ex ſuis delictis conueniri, & pecuniariter puniri poſſe: nec ſecũdum vetera Iura, noxæ dedendas eſſe.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

TIT. IX.

ARGVM.

Ex lege xii. Tabul. aduerſus eum, cuius animal præter ſui generis naturam, feruore, laſciuia, aut feritate damnum dedit, noxalis prodita eſt actio, qua condemnato liberum eſt, ad ſui liberationem, aut animal pro noxa dedere, aut damni ęſtimationem præſtare. Cæterum ſi animal natura ferum ſit, actio ex lege xii. Tabul. noxalis locũ habere nequit.

ANIMALIVM quoque rationis expertium nomine quę damnũ dederĩt, prodita sũt noxales actiones. Verum furti quidem noxalẽ actionem, aut vi bonorum raptorum, vel iniuriarum dicere non poſſis locum eorum nomine habere. An ergo noxalis actio ex le-

ge Aquilia locum habebit. Et dicimus nequaquã. Quoniam in ea, damni iniuria dati quæſtio verſatur. Iure autẽ & iniuria quid facere, ab animo, qui iudicium habeat, proficiſcitur. At animalia rationis expertia, & bruta, iudicio omni carent. Quid ergo eſt? Ei ex lege XII. Tabul. in ijs prodita eſt noxalis actio. Contra dominum igitur noxali actione ex lege XII. Tabul. agetur. Si brutum ergo animal tum aut per laſciuiam, aut per feruorem, aut per feritatem, pauperiem fecerit, ideſt, damnum mihi dederit: noxali actione tecum agam ex lege XII. Tabul. Quod ſi quis conuentus animal pro noxa dederit: proficiet ei ad liberationem. Sic enim eadem lege XII. Tabul. cautum eſt. Veluti, quum equus calcitroſus eſſet calce in aliquem reiecto nocuit ei. Eſt autem huic noxali actioni ex lege XII. Tabul. locus in ijs animalibus, quæ contra naturam ſuam ferocientia, aliquem læſerunt. Nam ſi natiua & a natura inſita ſit feritas, ceſſat actio legis XII. Tabul. Itaque ſi vrſus fugerit, & aliquem læſerit, noxali actione is, qui dominus eius erat, nõ tenetur. Ideo autem dixi, qui dominus erat quoniam vrſus, quum fugerit, naturalem libertatem recipit, & in bonis cuiuſquam eſſe deſinit. Porro pauperies, dicitur damnum, ſine iniuria datum: quod vel maxime in brutis animalibus cõtingit. Neque enim poteſt animal brutum quod ſenſu careat, malum aduerſus quenquam conſilium inire. Et hæc quidẽ, quantum ad noxalem actionem pertinet.

ARGVM.

Si cuius quadrupes natura ferociens, dãnũ cor-

pori

QVVM dictum ſit de actionibus, quibus nobiſcũ ex contractu aut delicto eorũ,qui noſtri iuris ſunt agere quis poteſt,tranſeamus nũc ad aliam inſpectionem.Et ſciendum eſt, agere nos in iudicio ſolere aut pro nobis ipſis,quod vocatur ſuo nomine agere:aut pro alijs, quod vocatur alieno nomine.Et alieno quidem nomine agimus,veluti,vt procuratores,tutores, aut curatores.Atque hæc & hodie obtinent. Nam olim id non erat in vſu vt quis alieno nomine ageret,niſi certis quibuſdam ex cauſis. Veluti pro populo quis iudicium ſuſcipere poterat, aut pro libertate: quoniam quum is, qui in poſſeſſione ſeruitutis erat, & ad libertatem proclamabat,per ſeipſum iudicium ſuſcipere non poterat, ne ſi probatum fuiſſet ſeruum tuum eſſe,is,videretur eſſe iudicij exitus,vt ſeruus aduerſus dominum conſiſteret: ideo alius quiſpiam pro eo agebat,qui & Aſſertor dicebatur.Ad hæc & pro tutela: nam ſæpe tutore opus habebat pupillus. Et duo aliqui inter ſe contendebant, vter ipſorum tutor eſſe deberet.Nec erat dubiũ quin alter ſuperior fuerit futurus. Is ergo,qui ſuccunbit,futurũ eſt vt alieno nomine egerit,hoc eſt, de tutela, quæ nihil ad ipſum pertinet,ſicut euentus litis docuit.Permiſſũ quoq; eſt lege Hoſtilia, ut ſi cuius res q apud hoſtes eſſet,aut Reipublicę cauſa abeſſet,furto ablatæ ſint,quilibet eo nomine furti agere poſſit.Sed et ſi tutor pupilli ego fuiſſẽ, atq; eo tpe,quo apud hoſtes eram,vel Reip.cauſa aberam furtum aliquis ei fuiſſet, æque quilibet furti age-

bat

bat. Verum, quoniam id non minimam incommoditatem habebat, quod nemo alieno nomine agere aut excipere actionem poſſet: commenti ſunt hoc homines, ut per procuratores litigarent. Nam interdum aut morbus, aut ſenectus, aut neceſſaria peregrinatio, itemq́; aliæ multæ cauſæ, impedimẽto ſunt, ne principalis rem ſuam exequi poſſit. Pro

§. ꝓcurator. *curator ſic conſtituitur, ſi cui mandem, ut pro me litiget, quemadmodum & in mandato diximus: nec ulla certorum verborum præſcripta forma opus eſt. Quibuſcunque enim verbis procuratorem conſtituere poßum. Neque etiam refert ab ſit aduerſarius meus, an præſens ſit: plerunque enim & ignorante eo procurator conſtituitur. Denique (ut rem omnem uno verbo concludam) cuicunque cauſam tuam agere aut defendere permiſeris, is procurator tuus intelligitur.*

§. Tutores. *Tutores autem & curatores, quemadmodum conſtituantur, libro primo expoſuimus. Porro (ut aliquid obiter foris aſſumam) ſciendum eſt procuratorem, ſi actor eſt, ita agere debere. Si apparet aduerſarium, Titio, cuius procurator ſum, dare oportere, condemna eum iudex. Et intentionem quidem, ſiue initium actionis ex perſona domini ſumere, condemnationem vero in ſeſe verte re. Quod ſi quis, ut procurator conuenitur, ſic eũ, qui agit, dicere debere: Si apparet Seium decem aureos dare oportere, condemna Primum procuratorem eius in decem aureos.*

De ſatiſdationibus.

TIT. XI.

ARGVM.

ARGVM.

Satiſdationum olim de more in iudicijs ſeruata rum ſiue quis iudicium moueret, aut id ipſum ſuo alieno ve nomine ſuſciperet, obſeruatione ab uſu reiecta communi, hodie reus quauis actione ſuo no mine conuentus pro litis æſtimatione nullam ſatiſ dationem interponit. de iudicio vero ſiſti, ac proſequendo, quandoque idonee, quandoque iuramẽ to præſtito duntaxat, vel etiam nuda repromiſſione cauet. Quæ omnia iuxta conuenti aut qui eius partes ſuſtinet, qualitatem, expetenda ſunt.

NVNC de ſatiſdationibus dicere neceſſe eſt quæ cauſæ eius, quę in iudicio vertitur, nomine, aut ab actore aut a reo pręſtant. Atque illud cum primis inter ipſa proœmia ſciendum eſt, alienum apud ueteres fuiſſe ſatiſdationum modum, & alium nunc in vſu verſari. Quoniam is, quicum in rem agebatur, cõgebatur ſatiſdationem præſtare: qua promittebat, ſi victus rem, de qua quæſitum erat, non reſtitueret, neque litis ęſtimationem ſolueret, liberum actori fore, vt cum ipſo aut cum fideiuſſoribus eius ex ſtipulatu ageret. Appellabatur autem ſatiſdatio hæc, Iudicatum ſolui. Porro unde id nominis ſit ſortita, facile eſt intelligere. Quoniam ſic ſtipulabatur actor Promittis mihi ſoluere, quod Iudicatum fuerit. idq́; quum quis ſuo nomine in rem conueniebatur. Ac multo etiam magis, ſi qs alieno nomine actionem in rem excepiſſet. Nam hunc ſatiſdare Iudicatum ſolui neceſſe erat: propter regulam Iuris, qua dicimus, Neminem ſine ſatiſdatione alienæ rei idoneum defenſorem intelligi. Et hæc quidem in reo. Porro is, qui in rem

agebat,

agebat, ſi ſuo nomine agebat, nullam ſatiſdationem præſtabat. Quomodo.n.ab eo, qui ipſe dominus erat poſtulari potuiſſet, vt ſatiſdaret, ratam rem dominum habiturum? Sin uero alieno nomine agebat: præſtare debebat ſatiſdationem, quæ dicitur, Ratam rem dominum habiturum, qua dicebat fore, vt dominus litis ea, quę ipſe egiſſet, rata & firma haberet. Periculum.n. erat, ne quando dominus adeſſet, & diceret non ex voluntate ſua procuratorem egiſſe, atque ab initio iiſdem de rebus experiretur, ac idem eadem de cauſa ſecundo impeteretur. Tutor quoque & curator æq; ſatiſdationis onere grauantur, vt edicti verba oſtendunt. Interdum tamen agentibus iis ſatiſdatio remittitur. Quod ita intelligendum eſt, ſi hoc conſtat an conſtituti ac creati ſint, hoc eſt, an hic tutor, & ille curator ſit. Et hęc quidem de iis, qui in rem ágebant. Quum vero in perſonam aliquis agebat: ex parte actoris, eadem obtinebat, quę diximus in actione, qua in rem agitur hoc eſt, dominus nullam præſtabat ſatiſdationem, procurator vero cauebat dominum ratam rem habiturum, ſimiliter & tutor aut curator, ſi hoc erat dubium, an tutor aut curator eſſet. Ex latere uero eius, qui conueniebatur, ſi quis alieno nomine actionem in perſonam excepiſſet, omnino cogebatur ad ſatiſdationem, propter prædictam Iuris regulam, qua dicere ſolemus: Neminem in aliena re ſine ſatiſdatione idoneum defenſorem credi. Sin autem quis ſuo nomine actione in perſonam conuentus eſſet, Iudicatum ſolui ſatiſdare non erat neceſſe.

Et hæc quidem ſic apud Veteres in vſu erant. Hodie vero alius ordo hiſce in rebus obtinet.quoniam ſiue in rem, ſiue in perſonam cum aliquo ſuo nomine agatur:nullam ſatiſdationem prolitis æſtimatione dat.Sed pro ſua perſona fideiuſſorem præbet, qui promittat,in iudicio reum vſque ad terminum litis permanſurum.Interdum vero ne fideiuſſorem quidem dat,ſed ſuæ promiſſioni committitur, iurando, in iudicio ſe permanſurum, nec inde deſceſſurum, quæ & Romano more,Iuratoria cautio vocatur. Interdum etiam & ſine Iureiurando nudam repromiſſionem emittit. Et hæc omnia ſecundum qualitatem perſonæ, quæ rei ſuſtinet partes, procedere conſueuerunt. §. Sed hodie

ARGVM.

Qui domini aut actoris vel quaſi procurator eſt, tum demum cauere de rato cogitur cum de mandato non conſtat. Conuenti autem procurator quemlibet de mandato conſiſtet,nihilo ſecius de iudicando ſoluendo idonee,ac rite cauere compellitur, pro quo vel reus ipſe fideiuſſor interuenire poteſt. In quo cautionis genere, bonorum fide iubentis hypotheca contracta intelligitur. Quod ſi reus ipſe litem fuerit conteſtatus,cauebit procurator reum ſententiæ tempore iudicio affuturum & ſententiam excepturum,alioqui ſe iudicatum factum niſi appellatione interpoſita, quod iudicatum fuerit,irritum factum ſit.

SIc itaque is,qui cum ſuo nomine agitur, modo ſatiſdationem, modo iuratoriam cautionem,modo nudam repromiſſionem emittit. Quod ſi aut is qui agit,aut is,qui cũ agitur,procurator eſt:tunc ex latere actoris præſtãda eſt ſatiſdatio. §. Sin autẽ

Ratam rem dominum habiturum, niſi aut mandatum ſibi a domino factum cũ profeſſione apud acta oſtendat eſſe: aut præſens litis dominus, in iudicio procuratoris perſonam confirmet, dicendo: Hunc ego pro me conſtituo. Eadem forma obſeruanda, ſi aut tutor aut curator per alium agat, veluti per eum, qui actor vocatur: aut aliæ perſonæ iis ſimiles, quæ alienarum rerum adminiſtrationem receperunt. Multæ.n. ſunt ſpecies procuratorum vt & noſti & adhuc diſces. Et hæc quidẽ in actore. Sin autem cum aliquo agitur: tunc ſi præſens procuratorem conſtituere paratus eſt, poteſt id facere ſcilicet, aut ipſe in iudicium venire, & perſonam procuratoris ſui approbare, ſolitis interpoſitis ſtipulationibus de ſatiſdatione Iudicatum ſolui, quæ ab iis, qui illam præſtant, conſueuerunt exigi. Ad hæc & illud domino permiſſum eſt, vt extra Iudicium fideiuſſoriam repromiſſionem exponat, per quam ſui procuratoris fideiuſſor fiat. omnes clauſulas ſtipulationis iudicatũ ſolui promittens: hoc eſt, procuratorem in iudicio permanſurum, & vſque ad finem litigaturum, ac quod iudicatum erit, ſoluturum. Simul & bona ſua per hanc repromiſſionem, hypothecæ obligans, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ hæc cauerit: ita vt & ipſe & hæredes eius, hoc nomine teneantur. Alia inſuper ſatiſdatione vel repromiſſione præſtanda a procuratore pro perſona eius, qui cum agitur (nam vt ex iis, quæ paulo ante dicta ſunt, patet, pro ſeipſo aut ſatiſdationem præſtat, aut repromiſſionem emittit) qua ita cauebit actori, vt cum hoc nomine ſecurum reddat,

dat, illum eo tempore, quo ferenda erit ſententia, in iudicium venturum: aut ſi non aderit, omnia vel a ſeipſo vel a fideiuſſore ſuo præſtitum iri, quæ in condemnatione continebuntur, niſi forſitan ea per appellationem fuerit facta irrita.

A R G V M.

Litis alienæ ſiue mandato inſtructus, ſiue minime, nulla inter actiones in rem ſint, an in perſonam facta differentia, legitimus defenſor aut idoneus intelligitur nemo. Cæterum quæ hic ſancita ſunt, vbique cuſtodiri iubet Imperator.

QVod ſi contingat, vt principalis reus ob quamlibet cauſam præſto non ſit, ſed alius quiſpiam volens abſentis defenſione ſubeat, (nulla differentia inter actiones in rem uel in perſonam introducenda) citra impedimentum velut defenſor admittendus eſt. Sic tamen vt ſatiſdet Iudicatum ſolui, & caueat actori, a ſe quod iudicatum erit ſolutum iri. Idq; propter veterem & ſæpe iam a nobis adductam Iuris regulam, qua dicimus, neminem ſine ſatiſdatione, alienæ rei idoneum defenſorem intelligi. Verum omnia hæc multo clarius perfectiusq; ex Iudiciorum quæ multa quotidie inter homines exiſtunt, vſu, & ex rebus ipſis percipi poſſunt. §. Si vero reus.

Porro hanc ſatiſdationum, & repromiſſionum formam non in hac tãtum regia vrbe, ſed in omnibus ſuis prouincijs, Imperator noſter ſanctiſſimus obtinere voluit, etiam ſi forte aliqui per imperitiam aliter vtantur. Quoniam illud neceſſe eſt, ut omnes prouinciales, caput ciuitatum omnium, hoc eſt, regiam hanc vrbem ſequantur. §. quã formã

Bb 2 De

De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes tranſeunt.

TIT. XII.

ARGVM.

Quæ a Iure ciuili, aut eius partibus actiones proditæ fuerant, olim, eæ perpetuæ habebantur, ſiue in rem, ſiue in perſonam forent, hodie vero ſua cuique tempora definita ſunt. Prætoriæ autẽ, quæ pœnam conſectãtur, annũ non excedũt: modo perpetuis furti manifeſti, actionẽ adijcias: cuius naturæ ſunt, quas Prætor ad rei proſecutionẽ induxit.

Actionum aliæ ex Iure Ciuili deſcẽdunt, aliæ a Prætore inuentæ ſunt. Quum autem dico, Ex Iure Ciuili, id intellige, ſiue ex lege aliqua, ſiue ex S.C. ſiue ex conſtitutione Principis proditæ ſint. Et hæ quidem perpetuo ſolebant competere. Ita enim id vetuſtiſſimo iure comparatum erat. Sed conſtitutiones Principum, quę poſt editæ ſunt, tam in rem quam in perſonam actionibus certa tempora dederunt. Quæ vero a Prætore inuentæ ſunt, plerunque ſunt annales, quoniam & Prætoris edictum olim tantum vſque ad annum valebat. Sunt tamen quædam Prætoriæ actiones, quæ perpetuo competant, id eſt, vſque ad tempora principum conſtitutionibus ſtatuta. Hæ autem ſunt eæ, quas bonorum poſſeſſori pollicitus eſt & alijs, qui hæredis vicem obtinent. Satis enim nouiſſe te arbitror bonorum poſſeſſorem, ſucceſſorem prætorium eſſe, quem Ius

Ciuile

Ciuile neſciat: quiq; ut libro tertio diximus, obli-que & experiatur & conueniatur. Quoniam igi-tur actiones, quæ ciuilibus ſucceſſoribus dantur, hoc eſt, hæredibus, perpetuæ ſunt (Porro & bono rum poſſeſſor, & qui uis alius, qui hæredis inſtar obtinet, quod genus eſt is, cui ex S.C. Trebelliano hæreditas reſtituta eſt, perfictionem ſibi hęredis nomen vindicant) ideo, ut per omnia fictio hęc vera ſit, neceßarium eſſe uiſum eſt, ut quemad-modum actiones, quæ hæredibus competunt, ita & eæ quæ bonorum poßeſſoribus dantur, perpe-tuę eſſent. Sed & furti manifeſti actio, quamuis Prætoria ſit perpetua tamen eſt, quoniam abſur diſſimum id erat & iniquiſſimum, ut anno cir-cunſcriberetur. Sed dixerit hic aliquis mihi: At qui & lex duodecim Tabularum furti actionem nouit: quomodo tu igitur eam Prætoriam vocas? Verum hæc eſt reſponſio. Lex duodecim Tabula-rum, quum furti actionem daret, capitalem in fu rem pęnam conſtituit, Prætor vero pecuniariam. Quoniam erga Ius, quod ex lege duodecim Tabu larum venit, propter aſperitatē exploſum eſt, & magis Iure Prætorio vtimur (iuſtum enim erat, vt qui in pecunia lęſißet, & in pecunia plecteretur) ideo Prætoriam furti actionem vocamus. Hanc quoq; ob cauſam perpetuam eſſe placuit. Quoniam iniquum putauit Prętor, vt in vtroque furibus auxilium ferret, ſimul & pœnam, quæ capitalis erat, in pecuniariam vertens: & actio nem, quæ perpetua fuiſſet, annalem faciens. Quod igitur ad actionis perpetuitatem attinebat, id in ſuo habitu ſtatuq; reliquit.

ARGVM.

Quæ ex maleficijs dantur actiones pœnales tum Ciuiles, tum Prætoriæ aduerſus delinquentis hæredes minime competunt: hæredibus autem offenſi, præter unam iniuriarum actionem, aduerſus delinquentem conceduntur. Quę au tem ex contractu deſcendunt, aduerſus hæredes indubie competunt, præter eam, quæ de dolo eſt, ſi nihil ad hęredes ipſos peruenerit, alioqui quatenus peruenerit dabitur. Hoc tamē pro regula obſeruādum eſt, vt quæ tranſitoriæ actiones aduerſus hæredes non ſunt, ſi tamen lis a principalibus perſonis conteſtata fuit, trāſitoriæ efficientur.

§. Nō autē. *Porro non omnis actio, quæ aut nobis competit, aut contra nos datur, ſiue Iure Ciuili, ſiue a Prætore: etiam hæredibus aut contra hæredes datur. Et (vt rem quam ſimpliciſſime exponā) actionum aliæ ex delicto naſcuntur, alię ex contractu. Quæ ex delicto dantur, contra hæredes non tranſeunt. Eſt enim certiſſima Iuris regula, qua dicimus: Actiones pęnales ex delictis in hæredes non dari: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, & legis Aquiliæ. Sed hæredibus hę competunt, excepta actione iniuriarum, & ſi qua eſt alia huic ſimilis, veluti actio in factum, quæ tunc competit, quum ſine venia patronus in ius vocatus eſt. Et ratio quidem in promptu eſt. Nam quoties delictum, fortunas eius, qui moriturus erat, minuit: tunc & hæres vt qui lęſus & ipſe ſit, agere ex delicto poterit. Quod accidit in actione furti, vi bonorum raptorum legiſque Aquiliæ. Actionem enim iniuriarum quum iniuria, quæ mihi illata eſt, nullum fortunis meis damnum attulerit, merito hęres, vt qui læſus &*

ipſe

ipſe non ſit,non habebit.Idem eſt , & in illa in fa ctum actione. Actiones vero quæ ex contractu naſcuntur citra impedimentum & hæredibus & in hæredes dabuntur.Videas tamen interdum , vbi nec actio ex contractu in hæredes detur . Nam ſi rem aliquam apud te depoſuerim,ac deinde dolo tuo vel omnino interuerſa fuerit, vel deterior facta,nec inde emolumēti aliquid ad hæredem tuū peruenerit,actione depoſiti non tenebitur. Et tamen depoſitum contractus eſt. . Pęnales autem actiones(quas ſupra diximus in hęredes non tranſmittit) ſi viuis principalibus conteſtatæ fuerint , circa impedimentum , & inter hæredes exercebuntur.

ARGVM.

Qui pendente iudicio bonam fidem agnouerit, & actori ſatisfecerit, ab iudicij obſeruatione abſolui debet.Hinc & vulgo iactatum : indicia abſolutoria eſſe omnia .

IIs,quæ de iudicijs dicta ſunt, et illud neceſſe eſt addere : ſi is,qui cum agitur,bonam fidem agnoſcens actori ſatisfecerit, ideſt aut id quod debet,aut rem,quæ ab eo petitur, reddiderit : nihil opus eſt cum propterea cōdemnari , quod lis cum eo conteſtata ſit.Sed pudori eius ignoſcimus , & abſolutione eum dignamur : quanuis accipiendi iudicij litiſq; conteſtādæ tempore in ea cauſa fuerit , vt damnari deberet.Et hoc illud ſcilicet eſt, quod vulgo iactatur, omnia iudicia eſſe abſolutoria.Hoc eſt,permiſſum eſt Iudici ante condemnationem reum,qui bonam fidem agnoſcat,ab actione liberatum dimittere . §. Supereſt

De exceptionibus.

TIT XIII.

ARGVM.

Abſoluto actionū tractatu, quæ uelut arma ſunt actorum exceptionum quæ in reo clypei loco habentur, vim atque naturam traditurus, rem finitione atque exemplis palam Imperator facit.

QVum dictum ſit de actionibus: cōſequens eſt ut & de exceptionibus dicamus, quæ defendendorum eorum gratia, quibuſcum agitur, comparatæ ſunt. Et quid eſt exceptio? Eſt Iudicialis quædam allegatio reo competens, aduerſus actionem, quę Iure quidem Ciuili efficax ſit, ſed natura iniquas vires habeat: veluti (vt rem exemplo oſtendam) metu tibi iniecto, curaui, ut promitteres mihi te daturum centum aureos. Aut dolo aggreſſus, eo te illectum perduxi, vt promitteres aliquid. Aut etiam per errorem quum debere te putares, promiſiſti ea mihi ſtipulanti, quę mihi credebas deberi. Quamuis ſtipulatio vim ſuam explicuerit, obligationēque verborum pepererit, & actionem, quæ ex ea naſcitur: vt ego iam efficacem tecum habeam ex ſtipulatu actionem, aut etiam condictionem, tamen quia iniquum eſt, vt quod non debeas id propter regulas Iuris ſoluere cogaris, ideo mihi ex ſtipulatione agenti, exceptione oppones: Si non per metum promiſi: aut, Si non per errorem dare tibi ſpopondi. Ecce actio iure Ciuili valebat, ſed quoniam natura iniquū erat vt ualeret, data eſt tibi exceptio, qua teipſum iuuare poſſis. Hæc au-

tem

tem exceptio erroris, in factum dicitur: quia Διηγηματικῶς, *id eſt, narratiue opponitur.*

ARGVM.

Exceptione non numeratæ & non receptæ pecuniæ, ei ſubueniri ſolet, qui ſpe numerationis futuræ, ſcripto ſtipulatione etiam interpoſita, mutuum accepiſſe confeſſus ſemel eſt: ſi modo intra ſua tempora opportune vſus fuerit.

Opponi ſolet exceptio & illa in ſpecie: Centum a me aureos mutuo rogabas, Promiſi id facere. Tu igitur priuſquam pecuniam exhiberem, literas ſtipulationis mihi dediſti. Quibus accepta, recepi me facturum, vt poſtridie tibi pecunia numeraretur: Nec feci tamen. Poſt hęc, temporis aliquantum præterijt. Ego quum ſcirem efficacem eſſe ſtipulationem, condictione tecum agere cœpi, velut ex ſtipulatione propter exactam ſtrictamq́; iuris rationem. Verum quoniam iniquum eſt condemnari te, vt pote non ſequuta numeratione: exceptio tibi dabitur, quam Iuriſconſulti vocant, Pecuniæ nõ numeratę. Et olim quidem exceptio hęc vſque ad quinquennium opponi poterat, ſed hodie (vt ſupra libro tertio diximus Titu. xxi. quũ de literarum obligatione ageremus) conſtitutio Imperatoris noſtri ad biennium eam coanguſtauit. Atq; ita ſi intra biennium agam, exceptio mihi obſtabit: eo vero elapſo, exceptio reo non dabitur. §. Idẽ Iuris.

ARGVM.

Pacti de non petendo exceptio, et ſi obligationem non perimit, effectum tamen eius collidit.

Hvic & illa ſpecies ſimilis eſt: Centum tibi aureos mutuo dedi. Poſt tempus aliquod cõ- §. Præterea.

ueni, ne quod mihi deberes, peterem. Pactum hoc ipſo iure condictionem non perimit, quoniam ſtricti iuris eſt actio. Sed adhuc Iure Ciuili obligatus manes. Quoniam ergo & efficax mihi eſt condictio, rectèq; intendo, ſi apparet te dare oportere: & tamen iura naturę lædo, pactionibus meis aduerſans, ac modo remittens, nunc iterum petēs: pacti exceptio mihi obſtabit.

ARGVM.

Iuſiurandi quoque exceptione obligationē ipſo Iure non tollit, nec liberationem iuranti affert: ſed ea oppoſita tutus, qui iurauerit, & indemnis ſeruabitur. Ea autem non in actionibus in perſonā

§. Aeque ſi debitor. modo, verū etiam in realibus quoque locū habet.

CEntum mihi aliquis aureos debebat. Petere ab eo cępi quod mihi debebat. Negauit ille ſe quicquam debere. Iuſiurandum ei detuli. Iurauit ſe nihil debere, Nihilominus ſalua & efficax mihi eſt cōdictio. Quemadmodum enim pactum, ita & Iuſiurandum, actionem ipſo iure non extinguit. Verum, quoniam abſurdum eſt, vt ego cum eo agendo, de periurio ipſius quæram, iuſiurandi exceptio mihi obſtabit. Quoniam dicetis, qui cum agetur: Si non iuraui, nihil me tibi debere. Non ſolum autem in actionibus in perſonam, ſed & in actionibus in rem exceptiones opponi poſſunt: veluti, tenebas rem, quæ ad me pertinet: perſequi eam abs te volui. Tu vero tuam eſſe aſſeuerabas, Iuſiurandum tibi detuli. Iuraſti te eſſe dominum. Si deinde ego tecum in rem agere cæpero (nam adhuc actio mihi

com-

competit, quoniam iuſiurādum dominium meum non extinxit) ex æquitate naturali, exceptio Iuſiurandi mihi obſtabit .

ARGVM.

Sententia abſolutionem rei cōtinens, ſiue in reali, ſiue perſonali tota ſit, obligationem iure ipſo non perimit, exceptionem tamen rei iudicatæ abſoluto, ſi deinceps conueniatur, parit.

ACtio mihi aliqua tecum erat in rem aut in perſonam. Agere hac inſtitui. Et victus ſum, ſiue quod iudici obreptum fuerit, aut ego me nimia celeritate pręcipitauerim , ſiue qđ Iudex male pronuntiauerit. Non eſt dubium, quin actiones mihi efficaces, maneāt. Si tamen iterum petere cępero, exceptione rei iudicatæ ſubmouebor . §. Itē ſi in iudicio.

ARGVM.

Exceptiones aut Iure Ciuili, eiuſque partibus, aut Prætorio introductæ ſunt : vnde ſit, vt Ciuiles aliæ, aliæ Prætoriæ dicantur . Earum autem omnium aut perpetuæ ſunt, ſiue peremptoriæ : aut tēporales, ſiue dilatoriæ. Quid autem vnaquæque ſit, & finitionibus & aptiſſimis exemplis hic facile commonſtratur.

ATq; hactenus quidem, ſpecies quaſdam & exempla enumeraſſe ſufficiat, ex quibus exceptiones naſcantur. Porro ſunt & alię multæ ac variæ cauſæ , quæ exceptiones admittant . Sed eas plenius perfectiuſq; ex Digeſtis ſeu Pandectis diſcemus . Enimuero illud ſciendum eſt , exceptionum alias eſſe ex legibus , alias ex ijs , quæ legis vim obtinent , introductas eſſe , vt S . C . aut Principum conſtitutionibus , alias item Prætorem inueniſſe. Omnium autem exceptionū quędā perpetuæ ſunt , quæ & perempto- §. Hæc exēpli

¶Apel lãtur. *riæ dicuntur: aliæ temporales, ſiue dilatoriæ. Et peremptoriæ ſunt, quę in perpetuum obſtant actori, & ſemper actionẽ perimunt: quia. ſ. vires actionis reſoluant. Talis eſt doli exceptio, & quod metus cauſa, & pacti conuenti, quum ita conuenit ne vnquã a debitore quod mihi deberet peterem. Temporales autem ſunt quæ ad certum tempus obſtãt: qualis eſt tẽporarij pacti exceptio, quum. ſ. conuenit, ne vſq; ad quinque annos debitum peterem: quoniam intra tempus hoc obſtat mihi exceptio, ſed eo elapſo, extinguitur. Itaque ſi intra annum (vt dictum eſt) agere velim, obſtabit mihi prædicti pacti exceptio, aut alia quæuis ſimilis. Atque ideo actionem in quinquennium differre debeo, & poſt tempus agere. Nam inde dilatoriæ dicuntur, quod rẽ differant. Quod ſi intra tempora quinq; annorum agere pergam, ita mecum in animo rationẽ ſubducens, ſi illum præcipitem dare ante diem & iudici obrepere potero: iam inde confeſtim, id quod mihi debetur, conſequar: ſin vero temporarij illius pacti exceptio mihi obſtabit, neceſſe erit omnino, vt poſt quinquennium conſequì liceat. Qui apud ſeſe huiuſcemodi cogitationem inſtituet, non recte ſibi videtur conſultum ire. Nam intra tempora ſubmouebitur per exceptionem pacti, & poſt tempora, ſi pergat agere, habebit aduerſum ſe exceptionem rei iudicatæ: quoniam hæc peremptoria eſt. Nam illud in vniuerſum ſciendum eſt, per exceptionem dilatoriam quæ ſemel oppoſita efficax fuerit, hoc eſt actorem a iudicio repellere potuerit, peremptoriam exceptionem acquirit. Hunc*

igitur

igitur in modum totam litem actor amittit. Sed olim hæc in uſu fuerunt. Hodie vero Imperator noſter Sanctiſſimus tam iniquæ huic ſubtilitati locum eſſe noluit. Sed conſtituit, vt qui aut ita ſtipulatus eſt, Poſt quinquennium mihi dare ſpondes: aut qui mutuum dedit, & pactum deinde cũ debitore fecit, ne intra quinq; annos id ab eo peteret: ſi ante quinquennium vel ſtipulationi inſertum, vel in pactum deductum agat: locum in eo haberet Zenonis conſtitutio, quam de ijs edidit, qui tempore plus peterent. Hac autem ita cauetur, vt qui tale aliquid deliquit, & ante triennium forte, quam quinquennium exire: quod vel in ſtipulationem deductum, vel pacto indultum fuerit, agit: nihil inde conſequatur emolumenti, ſed aduerſus eum præſcripta tempora duplicentur, & ipſe ſexennium expectare cogatur. Sed & vt quum agere peracto ſexennio volet, ita ſuum actor recipiat, ſi impenſas ac ſumptus, quos is, qui ante tempus conuentus erat, fecerit, ei reſtituerit. Hoc enim modo prudentiores facti creditores, tempora ac inducias, quas ipſi dederint, non tam facile contemnent. §. Hodie autem.

ARGVM.

Tertiam hic exceptionum diuiſionẽ tradit quæ eſt, quod dilatoriarum exceptionum aliæ ex re, aliæ ex litigantis perſona naſcantur.

DIlatoriarũ autem exceptionum, aliæ ex re, aliæ ex pſona naſcũtur. Et ex re quidẽ, ut tẽporarij pacti exceptio. Ex perſona vero, vt procuratoriæ. Veluti ſi quis per militẽ aut fœminã agere velit, exceptione. n. ſubmouebitur. Nam miles quum totũ ſe debeat armorũ ſtudio & exercitio §. Præterea etiã.

tio dare, ne pro patre quidem aut matre, imo neq; pro uxore, quamuis ſeruum haberet reſcriptum, procuratorio nomine agere poteſt. Pro ſe vero agere non prohibetur. Nam id legibus, quæ de re militari latæ ſunt, non repugnat.

ARGVM.

Infamia multis modis incurritur, ob quam olim variæ pęnæ inductæ fuerant, atque inter cæteras hæc frequentiſſima fuit, vt qui ſemel infamis eſſet, ad actus legitimos aut honores non admitteretur. Ac proinde in famia procuratorem a iudicio repellebat olim, hodie vero infamiæ exceptio in procuratore, velut ab vſu reiecta, non attenditur.

§. Eas uer o. *SVnt & aliæ dilatoriæ exceptiones, quæ ex perſonis naſcãtur: eæq; procuratoribus ex cauſa infamię opponi ſolent. Porro quid id ſit, dicere operæpretium eſt. Tu vero hæc habe in modum cuiuſdam præniæ inſpectionis. Si quis aut depoſiti aut iniuriarum condemnatus fuerit, infamis fit. Is autem cui infamię nota inuſta eſt, multis afficitur pœnis. Nam neq; in Senatum allegi, neq; Decurio creari, neque militiæ nomen dare, neque aduocationes ſubire, neque procurator cuiuſquam eſſe, neque ſi agat, procuratorem conſtituere poteſt. ſuam tamen litem per ſe non prohibetur perſequi. His ita inſpectis, vide nunc deinceps rē quam agimus. Volebam tecum agere. Infamē aliquem procuratorem conſtitui, aut quum is integræ famę eſſet, ego infamis eram. Infamię exceptio obſtabit. Dicet.n. is, cum quo agetur: Si tu procurator non infamis es, aut certe non ab infami datus es. Et eſt hæc exceptio dilatoria ex perſona naſcens. Facile eſt autem dilatorias has ex-*

ceptiones

ceptiones effugere. Nam ſi dixerit reus infamem eſſe procuratorem: poſſum eo ſubmoto aliquem integrę famæ conſtituere, aut per meipſum litigare. Sin autem dixerit, infamem eſſe qui procuratorem dederit id vitabo, ſi procuratorem miſſum faciam, & ipſe in cauſam deſcendam. Nam qui infamia laborat, quanuis procuratorem non conſtituat, tamen per ſeſe agere poteſt. Quod ſi actor hac exceptione contempta, ita cum animo ſuo cogitet: Siue fefellero ac cauſam vicero, ſiue oppoſita exceptione illa, per meipſum egero, omnino conſequar id, quod mihi debetur: ſeipſum plane decipit. Nam ſi deinde agere cęperit, peremptoria rei iudicatę exceptione ſubmouebitur. Idque propter regulam iam tibi traditam, qua dicimus: per exceptionem dilatoriam, quæ ſemel oppoſita efficax fuerit, peremptoriam, exceptionem acquiri. Verum hæc quę de infamia dicta ſunt, olim procedebant. Sed hodie, quum hæc frequenter in Iudicijs non verſentur: ne fieri quidem videtur poſſe, vt aliquid de infamia, quæ procuratoribus obijci poſſet, propter deſuetudinem eius tractemus aut quæramus. Nam & illud abſurdum eſſe viſum eſt, dum de perſonarum conditione altercamur, ipſius negotij diſceptationē lōgius differre.

De replicatione.
TIT. XIIII.
ARGVM.

Qua æquitate aduerſus agentis in petitiones ſummo iure nitentes, introductæ ſunt his, qui ad iudicium pertrahuntur, exceptiones, eædem quoque, inuentæ ſunt aduerſus exceptiones obiectas replicatio-

catio-

cationes, & contra aduerſus replicationes, dictæ ſunt duplicationes,& deinceps. Qua autẽ ratione id fiat,exemplis ad hoc propoſitis hic planũ fit.

*Q*Vemadmodum actionibus,quæ iu re quidem ciuili efficaces ſunt, ſed ex æquitate naturali inique nocet,exceptiones opponi ſolent: ita & exceptionibus, quæ re vera quidẽ validæ ſunt,ſed ex æquitate iniquæ putantur: allegatio quædã ab agentibus opponitur, quæ replicatio vocata eſt. Ac inde nomen habet, quod per eã replicatur ac reſoluitur vis exceptionis nempe a replicando. Prædicta autem tractari poſſint tali in ſpecie. Pactũ cum debitore meo feci,ne quod mihi deberet,peterẽ. Poſt tẽpus aliquod quũ debitor factus eſſet ditior, aut quũ ego id exprobraſſem vel alius quiſpiã,pactũ mecum iniit,quo mihi permiſit priſtinũ debitum petere. Si nũc ego poſt ſecundũ hoc pactũ conditione aduerſus illũ ad ea,quę mihi debẽtur, experiar,atque ille pœnitẽtia ductus pacti exceptionem mihi opponat,ſic dicendo:Si pactum amplius non petendi non feciſti: prima facie, pactum hoc multum videtur petitionem meam lædere. Nam re vera ita conuenit, & nihilominus verum manet. *Nã per ſecundũ pactũ prius ipſo iure * ſublatũ non eſt. Sed quoniam iniquum eſt: creditorem excludi: ex ſecundo pacto datur ei replicatio, in qua ſic dicet:

* * Sublatũ non eſt) Græce eſt ἐγεγονὲν quod nihili uerbũ eſt. Alii ergo legũt γέγονεν: ego vero οὐ γέγονεν. Sic. n.

ſcribit

ſcribit Iulianus Paulus in l.ſi unus de pactis. Pactus ne peteret, poſtea conuenit ut peteret. prius pactũ per poſterius elidetur: non quidem ipſo iure &c. Quare videant quid agant qui tam temere eius ſtudii libris manum admouent: in quo non ſatis verſati ſunt. Curtius.

Si poſterius inter nos pactum factum non eſt, quo mihi petendi facultas data ſit. Porro quemadmodum exceptioni opponitur replicatio, ita & replicationi, quæ prima facie iuſta eſt, ſed ex æquitate naturali inique nocet, alia quędam allegatio reo opponitur, quę duplicatio vocatur. Veluti pactũ amplius non petendi tecum feci. Dein de poſteriore pacto conuenit vt petere poſſem. Tertium pactum ſequutum eſt, quo debitum tibi iterum remiſi. Quod ſi & duplicatio aliquam ob cauſam inique noceat, alia rurſus allegatione opus eſt actori, ut ea adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Harum autem exceptionum vſum & vlterius interdum quam diximus, varietas negotiorum producit. Nam & triplicationi, quadruplicatio opponi poteſt. Sed omnia hæc & alia facilius ex latioribus Digeſtorum voluminibus cognoſci poterunt.

ARGVM.

Exceptio principali competens, ſi in rem ſit, fideiuſſore oppoſita, ei quoque proderit, quæ vero in perſonã eſt (qualis eſt bonorum ceſſio, huiuſque generis alię) non eundem effectum habet.

§. Exceptiones.

Exceptiones autem, quibus principalis debitor vti põt, plerũq; et fideiuſſor opponit. Merito,

rito, quoniam quod a fideiuſſore petitur, id ab ipſo debitore peti videtur. Nam fideiuſſor quum ſoluerit, mandati actionem aduerſus eum habebit. Qua ratione, ſi cum debitore pactum fecerim ne ab eo peterem; exceptio pacti conuenti & ijs dabitur, qui pro ipſo obligati ſunt, perinde atque ſi expreſſe dixiſſem, Ne a vobis quidem petam, quod mihi debetur. Sunt tamen exceptiones quædam, quæ non æque fideiuſſori ac debitori competant: veluti, Mutuum dedi Primo, & Secundum fideiuſſorem accepi. Primus quum nihil haberet, unde ego meum conſequi poſſem, bonis ſuis ceſſit. Si cum eo velim agere, habet is exceptionem quam mihi opponat, ſic dicendo: Si bonis non ceſſi & ita me iudicio poteſt excludere. Verum exceptio hæc, fideiuſſores ipſius non iuuabit: hac maxime de cauſa, quoniam qui fideiuſſorem a debitore ſuo accipit, eam ob rem præcipue accipit, vt ſibi rebuſq; ſuis conſulat, nempe vt ſi contingat debitorem ſoluendo non eſſe, regreſſum habeat ad eos, qui pro illo fidem ſuam obligarunt. Quod ſi & fideiuſsori dederimus exceptionē ceſſionis, futurum eſt, vt nō admodum bene rem meā geſſiſse videar accipiendo fideiuſsores.

De interdictis.
TIT. XV.
ARGVM.

Quoniam de interdictis tractatum facturus eſt Imperator, & cum in contentionibus maxime, quæ de poſſeſſione ſunt, verſentur; ideo de poſſeſſionis multiplici acceptione quædam præfatur, inquiens rei corporeæ poſſeſſionem proprie dici; rei

autem

autem incorporalis, ſiue iuris, quaſi poſſeſſionem. Interdictum autem quid ſit, luculenta ſane finitione explicat.

QVI de actionibus, exceptionibusq́, & replicationibus diſſeruit; conſequens eſt vt & de interdictis diſſerat, ſiue de actionibus, quę vice interdictorum exercentur. Sed & is, qui de interdictis diſputat, ſcire debet, quando de poſſeſſione loquatur, et quādo de quaſi poſſeſſione. Et poſſeſſio quidem eſt corporalis rei detentio. Quaſi vero poſſeſſio eſt, incorporalis rei vſus. Et corporalis quidem res eſt, veluti fundus, ædes, & quæcunque ijs ſimilia ſunt. Incorporalis vero, vt vſusfructus, ſeruitus, & ſi qua talia. Quum igitur inter duos aliquos de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione controuerſia eſt, Prætorem adeunt, ac totam rem ei exponunt: quoniam in huiuſmodi controuerſiis ſæpe contingit & cędes fieri, & vulnera infligi, et ad manus veniri. Rem itaque omnem Prętori ordine exponunt. At is quędam verba inter eos pronuntiat, non litem dirimens, ſed ad pedaneum iudicem remittens, qui de cōtrouerſia ipſorum cognoſcat. Dicendum eſt igitur omnibus in vnum collectis, quid ſit interdictum. Interdictum ergo eſt, enuntiatum Prætoris inter duos aliquos, qui de poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione contendunt, emiſſum, factis quidem ſpeciem cauſamq́, non incidens: ſed quomodo de ea iudicandum ſit: iudicem informans. Hæc autem verba dicit Prætor, aut vt prohibens: aut vt iubens quid fieri. Porro interdictis vel maxime

locus

locus eſt in poſſeſſione, Ideo autem dixi Maxime, quoniam interdum & de poſseſſione quæſtio non mouetur, & interdictum tamen competit.

ARGVM.

Interdictorum ſumma ac præcipua diuiſio ea eſt, vt quędam Prohibitoria, quędam exhibitoria, & quędam ſint reſtitutoria, quę hic aptiſſimis exemplis ac deſcriptionibus facile patent.

§. Sũma *SVmma interdictorum diuiſio eſt hęc, quod in terdictorum alia ſint prohibitoria, alia exhibitoria & alia reſtitutoria. Et prohibitoria quidẽ ſunt, quibus aliquid fieri Prætor prohibet: ueluti, minas aliquis iactabat aduerſum me, quaſi ingreſſurus & poſseſſionem, quam habebam, turbaturus. Ego Prętorem adij, & minas aduerſarij expoſui, ac ſine vitio me poſſidere dixi. Prætor itaque ſic pronuntiauit: Sine vitio poſſidenti vim fieri veto. Sed & interdum aliquis mortuũ, cuius ad ipſum cura ſpectet, in locum aliquem, quo ius ei erat inferendi, inferre vult: huic ergo interdictum prohibitorium dabitur, aduerſus eũ qui prohibere id uoluerit. Aut etiam in ſacro loco, uel publico flumine ripaue eius aliquis opus aliquod molitur, quo per flumen peior fiat nauigatio: nam & hic prohibitorium interdictum dabitur. Reſtitutoria autem ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet: ueluti bonorum poſseſsori, ut reddatur poſseſſio earum rerum, quas alius quis pro hærede vel pro poſseſsore poſſidet. Quid uero ſit Pro hærede aut pro poſseſsore poſſidere, infra diſcemus. Aut quum poſseſſionem fundi mihi reſtitui iubet, de qua vi deiectus ſum: Exhibitoria*

autem

autem ſunt, per quæ quid iubet in medium proferri. veluti, fratrem meum apud te occultas, quod dicas eum ſeruum tuum eſſe, qum ego de libertate eius agere velim. Aut libertum meum apud te occultas, cui operas ego uelim indicere. Aut filium meum (quod ſæpe contingit) vel nepotem meum, qui in poteſtate mea ſint, apud te occultas, quos ego in medium adduci uelim. Sunt tamen qui dicant ea proprie interdicta uocari, quibus quid fieri prohibet. Ab interdicendo ſcilicet, quod denuntiare & prohibere ſignificat. Reſtitutoria vero & exhibitoria, decreta dici: nempe ab eo quod eſt decernere. Id enim ſtatuere & cenſere eſt. Sed tamē obtinuit, ut omnia interdicta appellentur, propterea quod inter duos dicantur.

ARGVM.

Secunda interdictorum diuiſio hæc eſt, ut alia ſint adipiſcendæ poſſeſſionis, qualia ſunt interdictum, Quorum bonorum & Saluianum, alia retinendæ, & alia poſſeſſionis recuperandę. Quę qualia ſunt; & quibus item, & quarum rerum occaſione competant, ex progreſſu liquebit.

Altera interdictorum diuiſio eſt hæc, quod interdictorum alia habeant uim adipiſcendę poſſeſſionis: quoniam ea petimus quum adipiſci poſſeſſionem uolumus: alia retinendæ, alia recuperandę. Ei adipiſcendę quidem vim habet interdictum. Quorum bonorum, quod bonorum poſseſſori accommodatur. Veluti in hac ſpecie: Mortuus eſt cognatus meus. In bonis huius petij bonorū poſſoſſionem Vnde cognati. Aliqua ex ijs bonis quidam tenebant. In eorum

ego

do,aduerſus quemuis res coloni poſſidentem inter dicto Saluiano dominus experiri poterit: Si quis ergo nunc primum adipiſci poſseſſionem velit, neceſsaria ſunt ei interdicta adipiſcendę poſſeſſionis. Sin vero ſemel adoptatus eã amiſerit ad ea interdicta tranſeundum ei eſt, in quibus poteſtas recuperandę verſatur.

ARGVM.

Retinendæ poſſeſſionis interdicta ſunt, vti poſſidetis, & vtrubi, quæ in hoc inter ſe diſtant, quod illud in immobilibus, hoc uero rebus mobilibus uerſetur.

Quum dictum ſit de interdictis adipiſcendę poſseſſionis, dicamus & de interdictis retinendæ poſseſſionis. Huiuſmodi autem eſt interdictum, Vti poſſidetis, & interdictum Vtrubi. Quæ tali fere in ſpecie locum habent: Euenit, vt ego ſeruum aliquem nanciſcerer: idque prę- ſente te. Quum ego meum eſse illum dicerem, tu contra, te eius eſse dominum affirmabas. Atque ita vterque noſtrum ad ſe trahebat dominium ſerui. Ad extremum, ego ſic locutus ſum: Si tu te dominum eſse putas, an ego ſeruum poſſideo, in rem mecum agito: & ſi probaris, habebis eum. Eadem & tu dicebas: Imo vero ego eum poſſideo: & tu potius mecum in rem agitọ. Initio igitur controuerſiæ coorto de ſerui proprietate, eo veniendum eſt, vt de poſseſſione quęramus. Illud.n.in primis diſcerni, ac cognoſci oportet, vter reus ſit vter actor. Quoniam neq; Ius ciuile id recipit, neq; naturalis ratio admittit, vt iudicium procedat: niſi nouerimus, quis petitor ſit, & a quo petatur. Potior §. Retinendę.

tior

tior eſt autem in iudicijs rei cauſa, quam actoris. Atque ideo plerunque ingentes exiſtunt contentiones de ipſa poſſeſſione, vtrius.ſ.ca ſit. Poſſeſſionis autem commodum in hoc eſt, quod quanuis res, de qua agitur, poſſidentis non ſit, interdum tamen cauſam obtineat, quum videlicet actor probare non poteſt proprietatem ad ſe pertinere. Quapropter quum incertum eſt, actor an reus dominus ſit, pro reo fertur ſententia. Semper.n.quum actor in probatione deficit (nanque is onus probandi ſuſtinet) victoria reo paratur. Hęc igitur duo interdicta, retinendæ poſſeſſionis ſunt. Eſt tamen nonnihil inter ea differentię: nam interdictum, Vti poſſidetis, in rebus immobilibus, veluti in fundo aut ędibus locum habet: interdictum autem, Vtrubi in rebus mobilibus.

§. Sed obtinet.

ARGVM.

Interdictum, Vti poſſidetis & Vtrubi, quanquam inter ſe olim plurimum differrent, tamen hodie eorum iam exæquatis uiribus, is in utroque vincit, qui litis conteſtatæ tempore ab aduerſario poſſeſſionem non vi, non clam, non precario habet, nulla differentia facta, ſit ne res ſoli, an mobilis. Poſſidere autem ipſi non ſolum per nos, ſed etiam ſi alius nomine noſtro poſſideat, dicimur. Et quanuis poſſeſſio ſolo animo retineatur, non tamen ſolo amino quæritur.

§. quorum.

IS porro interdicto, Vti poſſidetis vincit, qui eo tempore, quo Prętor interdicit, ſine vitio fundum poſſidet, hoc eſt, neque vi inuaſum, neque clam arreptum, neque precario conceſſum. Sed quanuis alteri vim fecerim ut poſſiderem, aut ab altero clam arripuerim, aut ab altero precario

rio rogauerim poſſeſſionem dum nihil aduerſus te huiuſcemodi commiſerim, uincere te debeo in hoc interdicto. In interdicto autem, Vtrubi, is uincit, qui maiore parte eius anni (qui retro legendus eſt) poſſedit. Veluti, ſeptem ego menſes poſſedi, tu quinque poſtremos: ego te uincam: deinceps ergo tu poſſeſſione mihi reſtituta, actor factus, onere probandi grauaberis. Et ita quidem olim hæc in uſu erant. Sed hodie aliter ea obſeruantur: nulla facta differentia inter utrunque interdictum, quantum attinet ad quæſtionem poſſeſſionis. Is enim uincit ſiue res ſoli ſit, ſiue mobilis, qui litis conteſtatæ tempore ſine uitio poſſidet. Non amplius igitur quærimus uter interdicti reddendi tempore poſſideat, neque uter maiore parte anni poſſederit. Poſſidemus autem non ſolum per noſmetipſos, aut eos, quos in poteſtate habemus, uerum etiam per alios qui in poteſtate noſtra non ſunt. Quod genus eſt, qui fundum a nobis conduxit: ac inquilinus, & is apud quem depoſui, uel cui commodaui rem meam. Nam illis naturaliter poſſidentibus, ego ciuiliter poſſideo. Et hoc ſcilicet illud eſt quod uulgo dicitur, Poſſeſſionem retinere me poſſe per alium, qui nomine meo in poſſeſſione ſit: Enimuero poteſt quis animo poſſeſſionem retinere, quamuis neque ipſe, neque alius quiſquam nomine eius in poſſeſſione rerum ſit: nempe ſi non ea mente rem reliquit quod eam aſpernaretur, ſed quum ſperaret fore, ut poſt ea ad eã rediret. Nã & ita poſſeſſionẽ uidetur retinere. Id autem maxime contingit in agris & prædijs ſuburbanis: ab his.n. ſub hyemis tempus

§. Poſſidere

Cc diſce-

diſcedimus propter incommodam habitationem, ſperantes fore ut quum tempus inuitauerit, eodem reuertamur. Iam primum vero poſſeſſionem adipiſci ſolo animo non poßumus: veluti, Prædia quædam: quæ in illa prouincia ſita ſunt, mihi vendidiſti. Volebas ea mihi tradere. Ego nec accipere ea ex diſtante terrarum ſpatio poßum: nec aliquem illuc mittere in animum induco, qui accipiat: Dicere ego tibi non potero, Diſcede a prædijs illis, quoniam ego ea animo poſſideo. Nam id fieri non poteſt, ut ſolo animo iam primum poſſeſſionem nanciſcar. Sed poſſeſſionem ſemel mihi corporaliter traditam, ſolo animo retinere poſſum. Qui autem ſint, per quos acquiri poſſeſſio queat plane ſupra libro ſecundo expoſuimus.

ARGVM.

Recuperandæ poſſeſſionis interdictum, Vnde vi dicitur, quod occaſione poſſeſſionis ſpoliato, competit, quanquam eam a ſpoliante vi, clam, vel precario, ex interuallo tamen haberet. Si quis tamen hodie alium per uim ſpoliet, & dominus ſit ipſe ſpoliator, rei dominio cadit, ſi non dominus, & rem & eius æſtimationem reddit, ac præterea lege Iulia de ui publica aut priuata, iuxta negotij & uis illatæ qualitatem, reus factus, criminaliter punitur. Cæterum qui armorum appellatione; quã tum ad præſens negotium pertinet ueniat, hic ex contextu planum eſt.

§. Recuperandæ *Recuperandæ poſſeſſionis eſt interdictum, Vnde ui. Nam ſi quis vi de fundo aut ędibus meis me deiecerit, opus mihi erit prædicto interdicto quo poſſeſſionem mihi is reſtituere compelletur,*

tur, quamuis ego iam ante ui eum expulerim, aut clam in poſſeſſionem venerim, vel eam precario ab eo rogauerim. Et hæc quidem ita tradebant veteres: ſed hodie (vt diximus) Principum conſtitutionibus cauetur, vt ſi quis rem ſuam per vim occupauerit, dominio eius priuetur. Sin vero alienam, ſimul & eam reſtituat, & æſtimationem eius dependat ei, cui vim fecerit. Porro qui aliquem de poſſeſſione, in qua erat, deiecerit, non ſolum dicto interdicto tenetur, ſed etiam in crimen legis Iuliæ de vi priuata aut de vi publica incidit. Tunc autem locum habet lex de vi priuata, quum ſine armis uis facta eſt. Si enim cum armis vt de poſſeſſione deiecit, lege Iulia de vi publica tenetur. Armorum autem appellatione non ſolum ſcuta & gladij & galeæ intelliguntur, ſed etiam fuſtes & lapides, & omne inſtrumentum, quod nocere poſſit. §. Sed ex conſtitutionibus

ARGVM.

Repetitis ſuperioribus duabus interdictorum diuiſionibus, nunc tertiam ac vltimam eleganter tradit Imperator, inquiens, Interdictorum quædam ſimplicia, in quibus quis actor ſit, & contra quis reus facile apparet. Quædam vero duplicia ſunt in quibus haud facile dignoſcitur, vter actor ſit an reus. Inter quæ ſunt & prohibitoria quædam, uelu ti Vti poſſidetis, & Vtrubi. Cæterum hodie reiecta veteri interdictorum proponendorum formula ac ſolennitate, in eorum locum ſurrogata, in factum proponitur actio.

Diximus interdictorũ alia eſſe prohibitoria, alia reſtitutoria, & alia exhibitoria: Dein §. Tertia.

de fecimus & alteram diuiſionem, quum dictum eſt, alia eſſe adipiſcendæ poſſeſſionis, alia retinendæ, & alia recuperandæ. Dicatur nunc & tertia diuiſio interdictorum, quoniam alia ſimplicia ſunt & alia duplicia: Et ſimplicia quidem ſunt, in quibus actor a reo diſcretus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria & exhibitoria. Quoniã actoris eſt, qui aũt reſtitui ſibi uult poſſeſſionem, aut perſonam, quę cælatur, in medium adduci. Reus vero eſt is, qui aũt reſtituere poſſeſſionem aut perſonam in medium adducere cogitur. Prohibitoriorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, & alia duplicia. Et ſimplicia quidem ſunt. veluti quum Prætor prohibet in loco ſacro, aut flumine publico, ripaue eius aliquid fieri. Is .n. qui prohibet, actor eſt, qui vero prohibetur, reus. Duplicia autem ſunt: ueluti: Vti poſſidetis, & Vtrubi. Porro ideo dicuntur duplicia, quia par utriuſque litigantium in his conditio eſt: neque quiſquam eorum præcipue uel actor uel reus uidetur: ſed uterque eorum & actoris & rei partes ſuſtinet. Itaque & Prætor in interdicendo media quadam enunciatione vſus eſt, neque hunc neq; illum ex verbis ſuis actorem faciens. Nam in interdicto, Vti poſſidetis, in hæc verba loquitur: Vti poſſidetis, quo minus poſſideatis, uim fieri ueto. Nec dixit, Vti poſſides: ne ad unum, ſermonem ſuum dirigere uideretur. In interdicto quoque Vtrubi his uerbis vſus eſt: Vtrubi ueſtrum ſeruus ille, de quo agitur, maiore parte huius anni fuerit, quo minus is eũ ducat, uim fieri ueto. Vide quomodo & hic dixerit, Vtrubi, id eſt, apud ue

rum

rum neq; dixerit, apud te. Enimuero de ordine & exitu interdictorum ſuperuacaneum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinem Ius dicitur, qualia ſunt omnia hodie iudicia non eſt neceſſe interdictum reddi. Sed ſine ijs iudicia exercentur utili actione loco interdictorum reddita. Sic igitur quiſque intendere conſueuit. Conſtituo aduerſus te utilem actionem, velut ex interdicto Saluiano, aut ex interdicto Vnde vi, aut alio quouis. §. De ordine

De pœna temere litigantium.

TIT. XVI.

ARGVM.

Qui timere litigat triplici Pœnæ obnoxius redditur, nimirum periurij, pecuniariæ, & infamiæ.

Q*VI nobis olim iura conſtituerũt, & ordinem Iudiciorum inuenerunt: libidinem eorum qui facile ac temere ad litigandum procederent, reprimere voluerunt: id quod & Imperator noſter ſibi ſtudio eſſe dicit. Sępe n. fieri poſſet, vt qui nullam aduerſus me actionem haberet, iudicium tamen mihi dictaret hæc ſecum in animo ſuo reputans: Si contingit vt iudici imponam, nempe aduerſarius mihi condemnabitur: ſin autem ſuccumbo, nihil eſt in quo læſus uidear. Et item alius quiſpiam quum deberet, ad negandum tamen linguam ſuam verteret, ita apud ſe cogitans: Si impono iudici, abſolutionem conſequar: ſin id non poſſum, lædi non videbor, quum id ſoluam quod debeo. Veteres igitur has & alias actorum calumniationes & reorum fraudationes quum excidere cu-*

ARGVM.

Mulcta partis decimæ,quæ olim improbis litigatoribus infligi ſolebat, hodie ab uſu reiecta, qui improbe ac temere litigat in periurium incidit,ac præterea damnum, impenſaſq; omnes ac de cauſa factas victori dependere compellitur.

HOc autem iuſiurandum Imperator noſter, in locum, & pro veteris calumniæ actione introduxit, quæ iam per deſuetudinem ſublata eſt. Nam ſi cum aliquo quauis actione egiſſem,ac ſuccubuiſſem,et inuentum fuiſſet,calũniã reo a me paratam fuiſſe: habebat is regreſſum ad me, & de calumnia mecum agere poterat. Quæ actio condemnationem in decimã eorum partem habebat, quę ego in priorem litem deduxeram: veluti, condictione (verbi gratia) ad centum aureos egi, & ſuccubui. Agi mecum poterat de calumnia in decem aureos. Quoniam igitur hæc actio de calumnia in communi uſu non erat, in locum eius introducta eſt dicti iuſiurandi præſtatio, & ut improbus litigator impenſas & damna litis aduerſario ſoluere cogatur, in quæ temere litigando illum conjecit. §.hæc autem oĩa.

ARGVM.

Indicia, de quibus hic, condemnato ignomĩniã inurunt. Item actiones directæ, licet non contrariæ. Et qui in illis detectus fuerit, ignominioſus atque infamis efficitur.

PRæter iam relatas a nobis reorũ pœnas, ſunt & aliæ pœnæ. Sunt.n. Iudicia quædã, quibus damnati ignominioſi fiant. Ex delictis quidem, furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, & de dolo: ex contractibus vel quaſi contractibus, tu- §.Ex quibuſdam.

 telæ,

telæ, mandati, depoſiti, quum ſcilicet directis actionibus agitur non item cum contrarijs. Nam contrariæ actiones ignominiam non pariunt: veluti, contraria tutelæ actio eſt, quam tutor aduerſus pupillum habet, pro ſumptibus & impenſis, quæ in eum remve eius fecerit. Contraria mandati eſt, ueluti quum mihi mandatum eſt, ut pro te litigem, & impenſas litis a te repeto. Contraria depoſiti eſt, ueluti ſeruum tuum apud me depoſuiſti. Is in aduerſam ualetudinem incidit, ſumptus aliquos in valetudinem eius feci, hos ego contraria depoſiti actione a te repeto. Actio quoque pro ſocio, famoſa eſt. Sed nihil eſt, cur hic contrariam actionem dicamus: quoniam ex utroque latere directa eſt. Et quilibet ex ſocijs eo iudicio dannatus, infamia notatur. Eſt autem hæc inter delicta, & contractus differentia, quod ex furto & quæ talia ſunt, non ſolum damnatus ignominia notetur, ſed etiam extra iudicium pactus. Nam veluti conſtituendam in ſeſe penam redimere pecunia videtur: & de paciſcendo, delictum ſuum fatetur. Ex contractibus vero is tantum notetur, qui & damnatus eſt. Nam qui decidit, miſericordia dignus iudicandus eſt.

ARGVM.

Iudicia a citatione initium ſumunt omnia. Et qui non impetrata venia, eum quem alias citra ueniam vocare non potuerit, ius uocauerit, vocato in factum actione tenetur, & quinquaginta aureorum pœna punitur.

§. Omnium. *Omnium autem actionum inſtituendarum principium ab eo Prætoris titulo proficiſcitur,*

tur, quo de in ius uocando edicit. Qui.n.cum aliquo litigare vult, iudicem in primis adire debet, & ita eum in ius vocare. Quod ſi aut aliquis, qui e numero parentum ſit, in ius uocatur: aut Patronus a liberto vel parentes eius aut liberi, venia a Prætore petenda eſt. Si enim ſine uenia ac permiſſu eius vocati fuerint: in factum aduerſus vocantem datur actio, & quinquaginta aureorum ſequitur condemnatio.

De officio iudicis.
TIT. XVII.

ARGVM.

Ius dicentis officium eſt, ut iuxta iuris præcepta, ſiue ſcriptum ius ſit, ſiue minime, iudicet, & ſententiam ſecundum actionis propoſitę naturam ferat.

Reliquum eſt, vt de officio Iudicis diſputemus. Atque illud quidem in primis obſeruare debet Iudex, ne in iure dicendo aliter iudicet, quam conſtitutionibus, aut legibus ſcriptis, aut eo iure, quod a ſapientibus receptum eſt, cauetur. Quapropter ſi noxali actione tecum egero, & quod aduerſus me commiſſum eſſe dico, probauero: ita pronuntiare debebit iudex. P. Meuium l. Titio actori condemno, decem aureos ſoluere aut ſeruum noxa dedere.

ARGVM.

Iudex reũ, ſiue ſingulari in rem, ſiue vniuerſali actione in ius pertractũ, ad rei & fructuũ reſtitutio

nem condemnare,ſi eum condemnandum perſpexerit,debet. Quem ſi,malæ fidei poſſeſſorem fuiſſe apparuerit, non ſolum quos percepit fructus, verum & quos percipere potuit, præſtare compellet. Si uero bonæ fidei fuerit, ante litis conteſtationem conſumptorum,& eorum,quos culpa nou percepit, occaſione minime tenebitur. At poſt litis conteſtationem idem de eo,atque de malæ fidei poſſeſſore iudicandum. Nam tum iam ab inde omnium fructuum ratio habenda eſt.

§.Et ſi in rē.

SIn autem quis in rem egerit,iudex ſi contra actorem iudicat,reum debet abſoluere. Sin minus habere iuris reum perſpicit, rem una cum fructibus reſtitui iubebit. Quod ſi reus ſe neget in præſens rem poſſe reſtituere, neq; id ab eo fruſtrationis cauſa dicatur: conueniēs eſt, ut iudex ei inducias alicuius temporis concedat, intra quod rem actori reſtituat: ut tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſoribus nempe, ut ſi intra tempus a iudice ſtatutum rem non reſtituerit,conſtitutam litis æſtimationem preſtet.

§.Et ſi hære-ditas.

Quod ſi hæreditatis petitione agatur: eadem circa fructus ſtatuat iudex, quæ quum in rem agitur,dicta ſunt. Illorum autem fructuum nomine quos culpa ſua ex rebus hæreditarijs poſſeſſor non percepit,condemnandus eſt, ſi mala fide hæreditatem poſſidet. Quæ pene eadem obtinent, & circa ſpecialem ſiue ſingularem in rem actionem. Nam & in ea, qui mala fide poſſeſſionem rei nactus fuerit, eorum quoque fructuum rationem reddet, quos culpa ſua non percepit. Cur autem dixerim. Pene, tunc quum de iudicijs agemus,latius diſcemus. Sin autem bonæ fidei poſſeſ

ſor is fuerit, qui cum agitur, nomine fructuum eo rum, quorum cauſa litis conteſtationem præcedit, neque ij fructus ab eo petentur, quos conſumpſit, neque ij, quos non percepit. Poſt litis autem conte ſtationem, tam ad fructus perceptos, quam conſumptos iudex eum condẽnat. Et hæc in actione in rẽ, qua res ſingulares petuntur, dicta ſunt, eadẽ autem et in hæreditatis petitione dicta credãtur.

ARGVM.

Qui ad exhibendum actione conuenitur, non ob id condemnationem euitat, quod rem in medium proferat, niſi eam cum omni cauſa ſua exhibeat, ideſt, eo ſtatu quo iudicij ſuſcepti tempore fuit, vnde fit, vt qui vſucaptam pendente iudicio exhibet, liberationem minime conſequatur. Quam ob rem fructus medio tempore perceptos, præſtare compellitur: At ſi rei exhibendæ promptam non habeat facultatem, tempus ad exhibendum conce detur. præſtita tamen prius cautione. Qui ſi a iudi ce iuſſus, intra tempus conceſſum non exhibeat, ne que ſe poſtea reſtituturum caueat, in id quanti actoris tempore litis conteſtatæ reſtitutam rem non eſſe intereſſit, condemnandus eſt.

QVum vero ad exhibendum agitur, non ſatis eſt reo, ad euitandam condemnationẽ, ſi rem in medium adducat aut proferat: ſed & cauſam rei præſtare debet, ideſt, ea omnia reſtituere actori, quæ habiturus eßet, ſi initio con ſtituendæ actionis, res ei fuiſset exhibita. Atque ideo, ſi inter moras & dilationes iudicij ad exhibendum, rem reus vſucaperet nihilominus condemnandus eſt, non dicere poterit dominum ſe factum eſse per vſucapionem, & ita condemnari ſe non poſſe, aut ad reddendum quod ipſius factũ §. Si ad exhibendum.

 ſit,

ſit, cogi non debere. Quoniã eo tẽpore, quo lis ad exibendum conteſtata, & iudiciũ acceptũ eſt, non dum cõpleta erat vſucapio, quanuis inter moras ac dilationes iudicij, tempus eius præterierit. Verũ quoniã ad litis cõteſtationem recurri ſolet, quo tẽpore nondũ vſucapta erat res: non immerito perinde reſtituenda eſt, atq; ſi rei facta nõ uideretur eſſe per vſucaptionẽ. Propterea quod (ut dictum eſt) cõdemnationẽ retro trahamus ad hoc, ut ſimilẽ ſibi ac æqualẽ faciat litis cõteſtationẽ. Sed & fructus medij tẽporis, id eſt eius quod inter litis conteſtationẽ & condẽnationẽ eſt, reddendi ſunt a reo. Quod ſi neget reus, idq; ſine fruſtratione, rẽ a ſe reſtitui in p̃ſens poſſe: forte quòd alio in loco ſit, tp̃s ei ad reſtituendũ dabitur. Sic tamen ut eo noĩe ſecurũ faciat actorẽ, quod rem reſtiturus ſit. Sin uero neque confeſtim iuſſu iudicis rem exhibet, neque ſe poſtea reſtituturum cauet, in id condemnabitur, quod actoris intererat, rem ſibi litis conteſtatæ tempore reſtitui.

ARGVM.

In iudicijs communibus & diuiſorijs, eę ſunt iudicis partes, ut res ſingulas ſingulis adiudicet: & cuius res adiudicata prçualuerit, eundem quatenus res pluris eſt, alteri in pecunia eatenus condemnet, quemadmodum & qui ex re hæreditaria fructus p̃ ceperit, aut in ea verſatus male fuerit, quatenus coheredibus ob id adfuerit, eatenus condemnandus eſt: Quod ſi in cõmuni diuidũdo iudicio res inciderit, quæ commodã ſectionẽ non recipiat, eam uni prorſus adiudicet, quem alteri pro parte rei in pecunia, æquabili ſententia condemnabit.

§. Si familiæ. *Porro quũ agitur familiæ erciſcũdę: officiũ Iudicis eſt, ut ſingulas res integras ſingulis hęredibus*

dibus adiudicet: & ſi cõtingat, ut id, qd uni adiudicatũ eſt, pluris ualeat, quã quod alteri, inuicem hunc debet cohęredi certa pecunia (ſicut iã dictum eſt) condemnare, nimirum, ut æquã uterque partem habeat: ueluti, primo adiudicauit res aliquas, quæ mille aureis ualeãt: Secundo alias, quæ octingentis. primã Secundo in centum aureos condẽnabit, ut ita uterq; nongentenos habeat. Quod ſi euenit: ut unus aliquis hæredum ſolus ex rebus cõmunibus fructus colligeret, aut ut rem hæreditariã uel corrumperet, uel conſumeret (quid.n. ſi uinum fuerit, & id aliquis ebiberit?) & earum rerum gratia cohæredi cõdemnandus eſt. Neq; uero hæc tantum, quum duo hæredes ſint, ſed etiã quum plures locum habere debent. Eadem dicemus & in cõmuni diuidundo iudicio: quum de multis rebus inter aliquos communibus diuidendis agetur. Nã quũ de una re, ueluti fundo, agitur: tũc ſi quidem cõmode, & ut id, de quo agitur, nõ lædatur, regionibus diuidi fundus poſſit, quoniã forte & uineã habet & oliuetum, poterit Iudex uni uineã adiudicare, & alteri oliuetũ. ſic tamen, ut is qui potiorem partem accepit, alteri dare pecuniã cõdemnetur. Sin aũt res diuiſionem commode non admittat: aut etiam ſeruus ſit, de quo agitur, aut mulus, qui in iudiciũ deducitur, uni tota res adiudicanda eſt: ſic tamen ut is alteri certa pecunia condemnetur.

§: Eadem.

ARGVM.

In finium regundorum iudicio, in hoc iudicis eſt officium ut diſpiciat, num iuſtis modis agrorũ fines diſtincti ſint, cui tum a prioribus ab ire agrorum finibus licet, cum modis euidentioribus

quam

quam hucuſque extitiſſent, in præſentia diſtingui non poſſint, quo eueniente, partem agri huius, alterius agro adiiciet, quē in pecunia ad iuſtam partis eiuſdem æſtimationem alteri condemnabit. In quo etiam iudicio id quoq; ſpectatur, vt ſi quid circa agri fines maligne geſtū ab vno ſit, vel alias agros dimetiri paſſus non ſit, is puniatur: Cæterū quod vni adiudicatum in tribus his diuiſoriis iudiciis, nimirum familiæ erciſcundæ cōmuni diuidundo & finium regundorum fuerit, ſtatim eius fit, cui adiudicatū eſt. Qui modus eſt rerū ſingulariū acquirendarū, ſ. per adiudicationem ciuilis.

§. Si finiū.

Quum autem finium regundorum inter aliquos agitur: ſecum ęſtimare debebit Iudex an in præſenti ſpecie opus ſit adiudicatione: quæ ſane vno caſu neceßaria erit. Si. n. euidentioribus finibus agros diſtingui melius ſit quam antea fuerint diſtincti, officium Iudicis eſt, vt ex vnius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicet, & ita certos in ea parte fines conſtituat. Quo caſu conſequens eſt, vt cum alteri certa pecunia condemnes. Quod ſi quis viciorum aliquid malitioſe circa fines commiſerit, quoniam forte (verbi gratia) lapides, qui fines oſtendunt furatus eſt, aut arbores, quæ fines dirimunt, excidit: & eius damni nomine aduerſario condemnandus eſt. Interdum etiam is, qui contumaciter aut inobedienter iuſſis iudicis nō paret, pęnas dat, & eius rei nomine hoc iudicio condemnatur: veluti, Quum de finibus eßet inter aliquos quæſtio, iuſſit iudex vtrūq; agrum metiri, id alter litigantium non eſt paſſus fieri. is vt in iudicem contumax, ſicut iā dictū eſt, condemnabitur. Porro quod vno ex his iudicis, ideſt, familiæ erci-

ſcun-

ſcundæ, communi diuidundo, aut finium regundorum alicui a iudice adiudicatum fuerit, eius is ſtatim dominus ſit, cui adiudicatum eſt. Et hic ergo per adiudicationem acquirēdi modus, in numerum eorū actuum per quos ciuiliter res ſingulares acquirere ſolemus, referri debet.

De publicis iudicijs.
TIT. XVIII.
ARGVM.

De publicis Iudiciis tractaturus Imperator, ait primum ea ab actionibus ciuilibus magnopere differre. Deinde quæ publica, & cur ita dicātur, etymo quodam ac deſcriptione demonſtrat. Poſtremo publica Iudicia diuidit, ut alia capitalia, alia non capitalia ſint.

IN Magna cura legibus ſunt publica iudicia. Porro hæc neq; ordinarias actiones exercent, neque quicquā ſimile inuenimus in his iudicijs diſcutiendis, atq; in alijs cæteris. Magna .n. inter ea differētia eſt, tum in inſtituendo, tum in exercendo. Nemo igitur, qui publico iudicio quem poſtulabit, dicere poterit: Hac actione ago, ſed dicere debebit: Hac lege poſtulo. Hic ergo videas & tormenta decerni, ſeu quæſtiones haberi, & alias bona publicari, alias ciuitatem amitti, alias libertatem eripi, alias vitam adimi. Quæ omnia a pecuniarijs iudicijs abhorrent. Publica autē dicta ſunt, qđ cuius ex populo perſecutio eorum plerunq; detur. Dixi Plerunq;, quia quędā perſonæ ſunt, quibus publico aliquem iudicio, poſtulare permiſſum non eſt.

Quem-

Quemadmodum in exactione publicorum iudiciorum doctrina, latius & plenius tradetur.

Publicorum iudiciorum alia capitalia ſunt, quędam non capitalia. Capitalia vocamus, quę ultimo ſupplicio reos afficiunt, id eſt, animę amiſſione, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione vel metallo. Cętera vero quæ publica ſunt iudicia, & infamiam cum damno pecuniario irrogant, hæc publica quidem putantur, non tamen capitalia.

ARGVM.

Quoniã proxime dixit iudicia publica in duas ſcindi partes, ac proinde illa in genere dũtaxat attigit: nũc ſpeciatim recte atq; ordine proſequitur & excutit. Ac primũ de lege Iulia maieſtatis cuius crimẽ ne morte quidẽ duobus caſibus extinguitur.

§. Publica autẽ. *ERit autẽ operæpretiũ enumerare publica Iudicia. Eſt igitur lex Iulia maieſtatis, quę in eos qui contra Imperatorẽ uel Rẽpub. aliquid moliti ſunt cõpetit. Pęna autẽ eius animæ amiſſionẽ ſuſtinet atque exercetur, (vt ſupra initio libri. 3. diximus) etiam poſt mortem tyranni.*

ARGVM.

Crimẽ quoq; publicũ ex lege Iulia de adulteriis eſt, cuius pœna nõ ex æquo omnibus imponitur, ſed aliter honeſtiores, aliter abiectiores, puniũtur.

§. Itẽ lex Iulia. *ESt & lex Iulia de adulterÿs, quæ non eos tantum punit, & capitali ſupplicio afficit, qui aliena matrimonia violant, ſed etiam eos qui maſculis miſcentur. Eadem lex & ſtupri flagitium punit, quum quis ſine vi virginem aut viduam honeſte uiuentem corrumpit: pœnamque in*

eum

eum qui tale quid admiſit, conſtituit talem, vt ſi honeſtior ſit, pars dimidia bonorum eius, publicetur: ſin humilior, vt poſt corporis coertionem relegetur.

ARGVM.

Adhæc lex Cornelia de Sicarijs, e publicis quoque iudicis eſt, a ſica gladij genere dicta, vnde & Sicarij homicidæ dicuntur, quorum pœna, ac multorum facinorum alienum hic continetur.

TErtio eſt lex Cornelia de ſicarijs, quæ homicidas gladio punit, vel etiam eos qui homines occidendi cauſa cum telo ambulant. Porro Caius in ijs libris, quibus legem duodecim Tabular. interpretatus eſt, ita ſcriptum reliquit, Telum vulgo nō ſolum βέλος ſignificare, quod ab arcu mittitur, ſed etiam omne, quod manu cuiuſquam iacitur. Itaque & lapis & lignum & ferrum hoc nomine continetur. Dictum autem ab eo telū uidetur: quod ex ſpatio, & in longinquum mittatur: a Greca videlicet voce configuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ telum, atque hanc ſignificationem ex Græco nomine inuenire poſſimus. Quod enim Latini telum appellant, id Græci βελῶν nominant, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Eiuſce rei vel ampliſſimus teſtis eſt Xenophon, hunc in modū ſcribens: καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι τοξεύματα, σφενδόναι πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Ideſt, Et tela ſimul afferebantur, lanceæ, ſagittæ, fundæ, adhæc & plurimi lapides. Nam quum τῶν βελῶν, ideſt, telorum nomen præmiſiſſet, & cætera deinde ſubiunxit. Hæc autem lex dicitur, lex

§. Ite lex cornelia.

Cornelia de ſicarijs. Sicarij vero dicuntur homicidæ a ſica, quo nomine ferreus culter ſignificatur. Eadem lex & veneficos capitaliter punit, qui artibus odio dignis, & venenis, ac magicis ſuſurris ſeu carminibus homines occidunt, vel lethalia medicamenta publice vendunt.

ARGVM.

Lex pompeia de parricidijs teterrimum parricidij ſcelus noua pœna perſequitur. Atrociora enim delicta pœnam atrociorem commerentur.

*Est & lex Pompeia de parricidijs, quæ aſperrimum crimen noua perſequitur pœna. Cauetur autem ea, ut ſi quis aut parentum ſuorum aliquem, aut filium, vel aliquem liberorum eiuſdē affectionis, & qui nomine parricidij comprehendatur, ſiue clam ſiue palam occiderit: necnon is, cuius dolo id factum, aut qui conſcius criminis fuerit, quamuis extraneus ſit, pęna parricidij puniatur. Neq; tamen lex aut gladium minatur, aut ignibus tradit, neq; alia ulla ſolēni pęna eū afficit, ſed in bubulum culeum eum iubet immitti, cum cane, & gallinaceo & vipera, & ſimia, & ita culeo inſui, ab anguſte eum eiuſmodi feris latentem, ſecundum qualitatem regionis in qua punitur, aut in proximum mare, aut ſi mare lōgius abeſt in flumen proijci. ut * omnium elementorum vſu & viuus & mortuus priuetur. Nam & viuus cum culeo inſutus ſit, ac in aqua iactetur, cæli ſiue aeris vſu caret, & mortuus, terræ honorem non conſequitur, quum huc atque illuc fluctus undaq; culeum ferant. Prædictę autem beſtię ideo una inſuuntur, quoniam ſimiles ei mo-*

res habere videntur. Nam aliæ ex ijs parentes oc cidunt, aliæ non ſe continent, quin & cum illis pu gnent. Quod ſi quis alios, qui cognatione ſibi, aut affinitate iungantur, occiderit, is legis Corneliæ de ſicarijs pęnam ſuſtinebit.

ARGVM.

Lex Cornelia de falſis, quæ & publicorum iudi ciorum eſt, aduerſus eos competit, de quibus hic diſſeritur. Eius autem pœna pro delinquentis con ditione non ex æquo omnibus imponitur. §. Itē lex cornelia de falſis.

Est item lex Cornelia de falſis, quam & teſta mentariam uocamus. Hac punitur, qui teſta mentum, uel aliud inſtrumentum falſum ſcri pſerit, aut recitauerit aut ſubiecerit: uel qui ſi gno adulterino ſignauerit: aut ſignum adulteri num dolo malo ſculpſerit. Eſt autem earum re rum pęna, in ſeruos quidē ultimum ſupplicium, quemadmodum & in lege Cornelia de ſicarijs ac ueneficis: in liberos uero, deportatio.

ARGVM.

Inter publica quoq; iudicia ſunt lex iulia de vi publica, & ea, quæ de vi priuata eſt. Itē ea quæ pe culatus nomen ſortita eſt. Quarum pœnæ quid per ſequantur, hic apertiſſime traditur. §. Itē lex Iulia de vi.

Svnt adhæc & duæ leges Iuliæ, una de ui pu blica, & altera de ui priuata: aduerſus eos, qui uim uel armatam uel ſine armis commit tunt. Sed.n. ſi quidem uis cum armis illata fue rit: deportatio ei, qui illam commiſit, incumbit. Sin uero ſine armis: in tertiam partem bonorum publicatio imminet. Quod ſi quis per uim uirgi nem, aut viduam, aut Deo dedicatam, id eſt aſce

triam

triam aut diaconiſſam rapuerit, vna cum ijs qui opem ei dederint, capitalem pœnam ſubibit, quemadmodum Imperatoris noſtri conſtitutione cauetur, ex qua omnia ea apertius cognoſci poterunt.

§. itē lex iulia pecula tus. *Addatur his & Lex Iulia de peculatu, quæ eos punit, qui res uel pecunias publicas, aut ſacras, aut religioſas furati fuerint. Sed ſiquidem Iudices, aut Magiſtratus, eo tempore quo iudices, aut Magiſtratus erant pecunias publicas ſubtraxerint: capitaliter in eos animaduertitur, vna cum ijs qui miniſterium illis ad hoc adhibuerint. Adhæc eandem pœnam ſubeunt ij, qui res ab his furto ſubtractas ſcientes receperint. Si quis alius preter predictos in hoc crimen inciderit, is deportationi ſubijcitur.*

ARGVM.

In Iudiciorum quoq; publicorum ordinem coaptata eſt lex Fabia de Plagiariis: Cuius pœna quãdoque capitalis, quandoque lenior eſt. Sunt & alia quoq; quæ paucis hic perſtringit Imperator, de quibus fuſius et plenius in Pãdectis diſſertatur.

§. Eſt & iter *Nter publica iudicia habetur & lex Fabia de plagiarijs, quæ interdum ex principũ conſtitutionibus capitalem pœnam irrogat. Interdum etiam leuiorem, ut ex Codice & conſtitutionibus cognoſci poteſt.*

§. Sũt præterea. *Sunt & alia publica Iudicia: veluti lex Iulia de ambitu, quæ aduerſus eos competit, qui pecuniam aliquibus dederint, vt magiſtratum aliquem vel honorem conſequerentur, Ex lex iulia repetundarũ: quæ vigorẽ ſuũ extendit aduer-*

ſus

ſui magiſtratus, aut iudices, vel etiam aſſeſſores, qui aliquid ob rem iudicandam acceperint. Et lex iulia de annona, quæ punit eos, qui frumentum ſiue annonam, quum ad regiam vrbem comportaretur, in alia loca auerterint. Et lex iulia de reſiduis, quâ in eum animaduertitur, qui quum publicæ pecuniæ adminiſtrationem habuerit, reliqua tamen non intulit. Atque eæ leges, & de alijs quibuſdam capitulis loquuntur, ac animæ quidem nulla earum amiſſionem irrogat, ſed alijs pœnis ſubduntur, qui præceptis earum neglectis, aliquid contra fecerint. Sed de publicis iudiciis hactenus dixiſſe ſufficiat, vt iuuenes ea per compendiariam traditionem accipere, & ſumma digito guſtare poſſint. Exactior enim diligentiorque eorum cognitio, ex elatiore digeſtorum ſeu pandectarum doctrina, Deo propitio, legentibus continget. §. Sed de publicis

Libri Quarti & vltimi Finis.

INDEX RVBRICARVM ac Titulorum Inſtitutionum.

A

Adoptionibus 59
Attiliano tutore, & eo qui ex lege iulia & Titia dabatur. 94
Authoritate tutorũ 98
Adeptione legatorum 296
Aſſignatione libertorũ 377
Acquiſitione per arrogationem. 388
Actionibus. 519

B

Bonorum poſſeſſionibus 379

C

Capitis diminutione 80
Curatoribus 303
Cod[illegible]lis. 319

D

Don[illegible]bus 174
Dr[illegible] reis ſtipulãdi & promittendi 41[illegible]
Diuiſione ſtipulationum 415

E

Excuſationibus tutorum vel curatorum 110
Exhæredatione liberorũ 218
Eo cui libertatis cauſa bona adiiciuntur 318
Emptione & uenditione 414
Exceptionibus 584

F

Fiduciaria tutela 92
Fideicommiſſariis hæreditatibus. 303
Fideiuſſoribus 433

G

Gradibus cognationum 373

H

His qui ſunt ſui vel alieni iuris, 40
Heredibus inſtituendis. 227
Heredum qualitate & differentia 257
Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur 322
His per quos agere poſſumus. 580

I

Iuſtitia & iure 1
Iure naturali gentium & ciuili 2
Iure perſonarum 19
Ingenuis 21
Inofficioſo teſtamento 253
Inutilibus ſtipulationib. 418
Iniuriis 509
Interdictis. 594

L

Libertinis 23
Lege Furia Caninia 39
Legitima agnatorũ tutela 84
Legitima patronorũ tutela 90
Legitima parẽtũ tutela 92
Legatis 265
Lege Falcidia 297
Legitima agnatorum ſucceſſione. 341
Literarum obligationib. 438
Locatione & cõdictione 448
Lege Aquilia. 500

INDEX

M
Militari teſtamento 208
Mandato 458
N
Nuptiis 46
Noxalibus actionibus 566
O
Obligationibus 398
Obligationibus ex conſenſu 440
Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur 516
Obligationibus quæ ex delicto naſcuntur 480
Obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur 466
Officio iudicis 609
P
Patria poteſtate 44
Per quas perſonas nobis acquiritur 190
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur 471
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes, tranſeunt 580
Pœna temere litigantiũ 608
Publicis iudiciis 615
Pupillari ſubſtitutione 239
Q
Quibus ex cauſis manumittere non licet 30
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur 68
Qui teſtamento dari poſſint tutores vel non 80
Quib. modis tutela finit 101
Quibus alienare licet, vel non 184
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 214
Quibus modis teſtamenta infirmantur 247
Quibus modis re contrahitur obligatio 400
Quibus modis tollitur obligatio 473
Quod cum eo, qui aliena poteſtate eſt, negotium geſtũ eſſe dicitur 555
R
Rerum diuiſione, & acquirendo ipſarũ dominio 125
Rebus corporalibus, & incorporalibus 154
Replicationibus 591
S
Satiſdatione tutorum vel curatorum 106
Suſpectis tutoribus vel curatoribus 119
Seruitutibus 158
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 316
S.C. Tertuliano 353
S.C. Orficiano 358
Succeſſione cognatorum 360
Succeſſione libertorum 370
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex S.C. Claudiano 395
Stipulatione ſeruorum 412
Societate 452
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 570
Satiſdationibus 574

ſit, cogi non debere. Quoniã eo tẽpore, quo lis ad exibendum conteſtata, & iudiciũ acceptũ eſt, non dum cõpleta erat vſucapio, quamuis inter moras ac dilationes iudicij, tempus eius præterierit. Verũ quoniã ad litis cõteſtationem recurri ſolet, quo tẽpore nondũ vſucapta erat res: non immerito perinde reſtituenda eſt, atq; ſi rei facta nõ uideretur eſſe per vſucaptionẽ. Propterea quod (ut dictum eſt) cõdemnationẽ retro trahamus ad hoc, vt ſimilẽ ſibi ac æqualẽ faciat litis cõteſtationẽ. Sed & fructus medij tẽporis, id eſt eius quod inter litis conteſtationẽ & condẽnationẽ eſt, reddendi ſunt a reo. Quod ſi neget reus, idq; ſine fruſtratione, rẽ a ſe reſtitui in pſens poſſe: forte quòd alio in loco ſit, tps ei ad reſtituendũ dabitur. Sic tamen ut eo noĩe ſecurũ faciat actorẽ, quod rem reſtiturus ſit. Sin uero neque confeſtim iuſſu iudicis rem exhibet, neque ſe poſtea reſtituturum cauet, in id condemnabitur, quod actoris intererat, rem ſibi litis conteſtatæ tempore reſtitui.

ARGVM.

In iudicijs communibus & diuiſorijs, eę ſunt iudicis partes, ut res ſingulas ſingulis adiudicet: & cuius res adiudicata pręualuerit, eundem quatenus res pluris eſt, alteri in pecunia eatenus condemnet, quemadmodum & qui ex re hæreditaria fructus pceperit, aut in ea verſatus male fuerit, quatenus coheredibus ob id adfuerit, eatenus condemnandus eſt: Quod ſi in cõmuni diuidũdo iudicio res inciderit, quæ commodã ſectionẽ non recipiat, eam uni prorſus adiudicet, quem alteri pro parte rei in pecunia, æquabili ſententia condemnabit.

§. Si familiæ. *POrro quũ agitur familiæ erciſcũdę: officiũ Iudicis eſt, ut ſingulas res integras ſingulis hęredibus*

dibus adiudicet:& ſi cõtingat, ut id, qđ uni adiu dicatũ eſt, pluris ualeat, quã quod alteri, inuicem hunc debet cohęredi certa pecunia (ſicut iã dictum eſt) condemnare, nimirum, ut æquã uterque partem habeat: ueluti, primo adiudicauit res aliquas, quæ mille aureis ualeãt: Secundo alias, quæ octingentis. primũ Secundo in centum aureos condẽnabit, ut ita uterq; nongentenos habeat. Quod ſi euenit: ut unus aliquis hæredum ſolus ex rebus cõmunibus fructus colligeret, aut ut rem hæreditariã uel corrumperet, uel conſumeret (quid.n. ſi uinum fuerit, & id aliquis ebiberit?) & earum rerum gratia cohæredi cõdemnandus eſt. Neq; uero hæc tantum, quum duo hæredes ſunt, ſed etiã quum plures locum habere debent. Eadem dicemus & in cõmuni diuidundo iudicio: quum de multis rebus inter aliquos communibus diuidendis agetur. Nã quũ de una re, ueluti fundo, agitur: tũc ſi quidem cõmode, & ut id, de quo agitur, nõ lædatur, regionibus diuidi fundus poſſit, quoniã forte & uineã habet & oliuetum, poterit Iudex uni uineã adiudicare, & alteri oliuetũ. ſic tamen, ut is qui potiorem partem accepit, alteri dare pecuniã cõdemnetur. Sin aũt res diuiſionem commode non admittat: aut etiam ſeruus ſit, de quo agitur, aut mulus, qui in iudiciũ deducitur, uni tota res adiudicanda eſt: ſic tamen ut is alteri certa pecunia condemnetur. §: Eadem.

ARGVM.

In finium regundorum iudicio, in hoc iudicis eſt officium ut diſpiciat, num iuſtis modis agrorũ fines diſtincti ſint, cui tum a prioribus abire agrorum finibus licet, cum modis euidentioribus

quam

quam hucuſque extitiſſent, in præſentia diſtingui non poſſint, quo eueniente, partem agri huius, alterius agro adiiciet, quē in pecunia ad iuſtam partis eiuſdem æſtimationem alteri condemnabit. In quo etiam iudicio id quoq; ſpectatur, vt ſi quid circa agri fines maligne geſtū ab vno ſit, vel alias agros dimetiri paſſus non ſit, is puniatur: Cæterū quod vni adiudicatum in tribus his diuiſoriis iudiciis, nimirum familiæ erciſcundæ cōmuni diuidundo & finium regundorum fuerit, ſtatim eius ſit, cui adiudicatū eſt. Qui modus eſt rerū ſingulariū acquirendarū, ſ. per adiudicationem ciuilis.

§. Si finiū.

Quum autem finium regundorum inter aliquos agitur: ſecum æſtimare debebit Iudex an in præſenti ſpecie opus ſit adiudicatione: quæ ſane vno caſu neceſſaria erit. Si. n. euidentioribus finibus agros diſtingui melius ſit quam antea fuerint diſtincti, officium Iudicis eſt, vt ex vnius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicet, & ita certos in ea parte fines conſtituat. Quo caſu conſequens eſt, vt cum alteri certa pecunia condemnes. Quod ſi quis viciniorum aliquid malitioſe circa fines commiſerit, quoniam forte (verbi gratia) lapides, qui fines oſtendunt furatus eſt, aut arbores, quæ fines dirimunt, excidit: & eius damni nomine aduerſario condemnandus eſt. Interdum etiam is, qui contumaciter aut inobedienter iuſſis iudicis nō paret, pœnas dat, & eius rei nomine hoc iudicio condemnatur: veluti, Quum de finibus eſſet inter aliquos quæſtio, iuſſit index vtrūq; agrum metiri, id alter litigantium non eſt paſſus fieri. is vt in iudicem contumax, ſicut iā dictū eſt, condemnabitur. Porro quod vno ex his iudicis, ideſt, familiæ erciſcun-

ſcundæ, communi diuidundo, aut finium regundorum alicui a iudice adiudicatum fuerit, eius is ſtatim dominus ſit, cui adiudicatum eſt. Et hic ergo per adiudicationem acquirēdi modus, in numerum eorū actuum per quos ciuiliter res ſingulares acquirere ſolemus, referri debet.

De publicis iudicijs.
TIT. XVIII.
ARGVM.

De publicis Iudiciis tractaturus Imperator, ait primum ea ab actionibus ciuilibus magnopere differre. Deinde quæ publica, & cur ita dicātur, etymo quodam ac deſcriptione demonſtrat. Poſtremo publica Iudicia diuidit, ut alia capitalia, alia non capitalia ſint.

IN Magna cura legibus ſunt publica iudicia. Porro hæc neq; ordinarias actiones exercent, neque quicquā ſimile inuenimus in his iudicijs diſcutiendis, atq; in alijs cæteris. Magna.n.inter ea differētia eſt, tum in inſtituendo, tum in exercendo. Nemo igitur, qui publico iudicio quem poſtulabit, dicere poterit: Hac actione ago, ſed dicere debebit: Hac lege poſtulo. Hic ergo videas & tormenta decerni, ſeu quæſtiones haberi, & alias bona publicari, alias ciuitatem amitti, alias libertatem eripi, alias vitam adimi. Quæ omnia a pecuniarijs iudicijs abhorrent. Publica autē dicta ſunt, qđ cuius ex populo perſecutio eorum plerunq; detur. Dixi Plerunq;, quia quędā perſonæ ſunt, quibus publico aliquem iudicio, poſtulare permiſſum non eſt.

Quem-

Quemadmodum in exactione publicorum iudiciorum doctrina, latius & plenius tradetur.

Publicorum iudiciorum alia capitalia ſunt, quędam non capitalia. Capitalia vocamus, quę ultimo ſupplicio reos afficiunt, id eſt, animę amiſſione, vel aquæ & ignis interdictione, vel deportatione vel metallo. Cętera vero quæ publica ſunt iudicia, & infamiam cum damno pecuniario irrogant, hæc publica quidem putantur, non tamen capitalia.

ARGVM.

Quoniã proxime dixit iudicia publica in duas ſcindi partes, ac proinde illa in genere dũtaxat attigit: nũc ſpeciatim recte atq; ordine proſequitur & excutit. Ac primũ de lege Iulia maieſtatis cuius crimẽ ne morte quidẽ duobus caſibus extinguitur.

§. Publica autẽ. *Erit autẽ operæpretiũ enumerare publica Iudicia. Eſt igitur lex Iulia maieſtatis, quę in eos qui contra Imperatorẽ uel Repub. aliquid moliti ſunt cõpetit. Pęna autẽ eius animæ amiſſionẽ ſuſtinet atque exercetur, (vt ſupra initio libri. 3. diximus) etiam poſt mortem tyranni.*

ARGVM.

Crimẽ quoq; publicũ ex lege Iulia de adulteriis eſt, cuius pœna nõ ex æquo omnibus imponitur. ſed aliter honeſtiores, aliter abiectiores, puniũtur.

§. Itẽ lex Iulia. *Eſt & lex Iulia de adulterijs, quæ non eos tantum punit, & capitali ſupplicio afficit, qui aliena matrimonia violant, ſed etiam eos qui maſculis miſcentur. Eadem lex & ſtupri flagitium punit, quum quis ſine vi virginem aut viduam honeſte uiuentem corrumpit: pænamque in*

eum qui tale quid admiſit, conſtituit talem, vt ſi honeſtior ſit, pars dimidia bonorum eius, publicetur: ſin humilior, vt poſt corporis coertionem relegetur.

ARGVM.

Adhæc lex Cornelia de Sicarijs, e publicis quoque iudicis eſt, a ſica gladij genere dicta, vnde & Sicarij homicidæ dicuntur, quorum pœna, ac mul torum facinorum alienum hic continetur.

Tertio eſt lex Cornelia de ſicarijs, quæ homicidas gladio punit, vel etiam eos qui homines occidendi cauſa cum telo ambulant. Porro Caius in ijs libris, quibus legem duodecim Tabular. interpretatus eſt, ita ſcriptum reliquit, Telum vulgo nō ſolum βέλος *ſignificare, quod ab arcu mittitur, ſed etiam omne, quod manu cuiuſquam iacitur. Itaque & lapis & lignum & ferrum hoc nomine continetur. Dictum autem ab eo telū uidetur: quod ex ſpatio, & in longinquum mittatur: a Greca videlicet voce configuratum* ἀπὸ τοῦ τηλοῦ *telum, atque hanc ſignificationem ex Græco nomine inuenire poſſimus. Quod enim Latini telum appellant, id Græci* βελῶν *nominant,* ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. *Eiuſce rei vel ampliſſimus teſtis eſt Xenophon, hunc in modū ſcribens:* καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐφέρετο, λόγχαι τοξεύματα, σφενδόναι πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. *Ideſt, Et tela ſimul afferebantur, lanceæ, ſagittæ, fundæ, adhæc & plurimi lapides. Nam quum* τῶν βελῶν, *ideſt, telorum nomen præmiſiſſet, & cætera deinde ſubiunxit. Hæc autem lex dicitur, lex*

§. Item lex Cornelia.

Cornelia de ſicarijs. Sicarij verò dicuntur homicidæ à ſica, quo nomine ferreus culter ſignificatur. Eadem lex & veneficos capitaliter punit; qui artibus odio dignis, & venenis, ac magicis ſuſurris ſeu carminibus homines occidunt, vel lethalia medicamenta publicè vendunt.

ARGVM.

Lex pompeia de parricidijs teterrimum parricidij ſcelus noua pœna perſequitur. Atrociora enim delicta pœnam atrociorem commerentur.

*Eſt & lex Pompeia de parricidijs, quæ aſperrimum crimen noua perſequitur pœna. Cauetur autem ea, vt ſi quis aut parentum ſuorum aliquem, aut filium, vel aliquem liberorum eiuſdē affectionis, & qui nomine parricidij comprehendatur, ſiue clam ſiue palam occiderit: necnon is, cuius dolo id factum, aut qui conſcius criminis fuerit, quamuis extraneus ſit, pęna parricidij puniatur. Neq; tamen lex aut gladium minatur, aut ignibus tradit, neq; alia ulla ſolēni pęna eū afficit, ſed in bubulum culeum eum iubet immitti, cum cane, & gallinaceo & vipera, & ſimia, & ita culeo inſui, ab anguſte eum eiuſmodi feris latentem, ſecundum qualitatem regionis in qua punitur, aut in proximum mare, aut ſi mare lōgius abeſt in flumen proijci. vt * omnium elementorum vſu & viuus & mortuus priuetur. Nam & viuus cum culeo inſutus ſit, ac in aqua iactetur, cæli ſiue aeris vſu caret, & mortuus, terræ honorem non conſequitur, quum huc atque illuc fluctus vndæq; culeum ferant. Prædictę autem beſtię ideo vna inſuuntur, quoniam ſimiles ei mo-*

res

5. alia eide. * Om niū ele mento rum) hęc ea dē cicero pro Rosc. Amer.

res habere videntur. Nam aliæ ex ijs parentes oc cidunt, aliæ non ſe continent, quin & cum illis pu gnent. Quod ſi quis alios, qui cognatione ſibi, aut affinitate iungantur, occiderit, is legis Corneliæ de ſicarijs pœnam ſuſtinebit.

ARGVM.

Lex Cornelia de falſis, quæ & publicorum iudi ciorum eſt, aduerſus eos competit, de quibus hic diſſeritur. Eius autem pœna pro delinquentis conditione non ex æquo omnibus imponitur. §. Itē lex cornelia de falſis.

EST item lex Cornelia de falſis, quam & teſtamentariam uocamus. Hac punitur, qui teſtamentum, uel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, aut recitauerit aut ſubiecerit: uel qui ſigno adulterino ſignauerit: aut ſignum adulterinum dolo malo ſculpſerit. Eſt autem earum rerum pœna, in ſeruos quidē ultimum ſupplicium, quemadmodum & in lege Cornelia de ſicarijs ac ueneficis: in liberos uero, deportatio.

ARGVM.

Inter publica quoq; iudicia ſunt lex iulia de vi publica, & ea, quæ de vi priuata eſt. Itē ea quæ peculatus nomen ſortita eſt. Quarum pœnæ quid per ſequantur, hic apertiſſime traditur. §. Itē lex Iulia de vi.

SVnt adhæc & duæ leges Iuliæ, una de ui publica, & altera de ui priuata: aduerſus eos, qui uim uel armatam uel ſine armis commit tunt. Sed.n. ſi quidem uis cum armis illata fue rit: deportatio ei, qui illam commiſit, incumbit. Sin uero ſine armis: in tertiam partem bonorum publicatio imminet. Quod ſi quis per uim uirgi nem, aut viduam, aut Deo dedicatam, id eſt aſce

triam

triam aut diaconiſſam rapuerit, vna cum ijs qui opem ei dederint, capitalem pœnam ſubibit, quemadmodum Imperatoris noſtri conſtitutione cauetur, ex qua omnia ea apertius cognoſci poterunt.

§. itē lex iulia pecu latus. *Addatur his & Lex Iulia de peculatu, quæ eos punit, qui res uel pecunias publicas, aut ſacras, aut religioſas furati fuerint. Sed ſiquidem Iudices, aut Magiſtratus, eo tempore quo iudices, aut Magiſtratus erant pecunias publicas ſubtraxerint: capitaliter in eos animaduertitur, vna cum ijs qui miniſterium illis ad hoc adhibuerint. Adhæc eandem pœnam ſubeunt ij, qui res ab his furto ſubtractas ſcientes receperint. Si quis alius præter prædictos in hoc crimen inciderit, is deportationi ſubijcitur.*

ARGVM.

In Iudiciorum quoq; publicorum ordinem coaptata eſt lex Fabia de Plagiariis: Cuius pœna quãdoque capitalis, quandoque lenior eſt. Sunt & alia quoq; quæ paucis hic perſtringit Imperator, de quibus fuſius et plenius in Pãdectis diſſeratur.

§. Eſt & iter *Nter publica iudicia habetur & lex Fabia de plagiarijs, quæ interdum ex principũ conſtitutionibus capitalem pœnam irrogat. Interdum etiam leuiorem, vt ex Codice & conſtitutionibus cognoſci poteſt.*

§. Sũt præterea. *Sunt & alia publica Iudicia: veluti lex Iulia de ambitu, quæ aduerſus eos competit, qui pecuniam aliquibus dederint, vt magiſtratum aliquem vel honorem conſequerentur, Ex lex iulia repetundarũ: quæ vigorẽ ſuũ extendit aduerſus*

ſui magiſtratus, aut iudices, vel etiam aſſeſſores, qui aliquid ob rem iudicandam acceperint. Et lex iulia de annona, quæ punit eos, qui frumentum ſiue annonam, quum ad regiam vrbem comportaretur, in alia loca auerterint. Et lex iulia de reſiduis, quæ in eum animaduertitur, qui quum publicæ pecuniæ adminiſtrationem habuerit, reliqua tamen non intulit. Atque eæ leges, & de alijs quibuſdam capitulis loquuntur, ac animæ quidem nullã earum amiſſionem irrogat, ſed alijs pœnis ſubduntur, qui præceptis earum neglectis, aliquid contra fecerint. Sed de publicis iudiciis hactenus dixiſſe ſufficiat, vt iuuenes ea per compendiariam traditionem accipere, & ſumma digito guſtare poſſint. Exactior enim diligentiorque eorum cognitio, ex elatiore digeſtorum ſeu pandectarum doctrina, Deo propitio, legentibus contingent. §. Sed de publicis

Libri Quarti & vltimi Finis.

INDEX RVBRICARVM ac Titulorum Inſtitutionum.

A

Adoptionibus 59
Attiliano tutore, & eo qui ex lege iulia & Titia da- batur. 94
Authoritate tutorũ 98
Ademptione legatorum 296
Aſſignatione libertorũ 377
Acquiſitione per arrogatio- nem. 388
Actionibus. 519

B

Bonorum poſſeſſionibus 379

C

Capitis diminutione 80
Curatoribus 303
Codicillis. 319

D

Don[illegible]bus 174
Du[illegible] reis ſtipulãdi & pro mittendi 411
Diuiſione ſtipulationum 415

E

Excuſationibus tutorum vel curatorum 110
Exhæredatione liberorũ 218
Eo cui libertatis cauſa bona adiiciuntur 318
Emptione & uenditione 414
Exceptionibus 584

F

Fiduciaria tutela 92
Fideicommiſſariis hæredita- tibus. 303
Fideiuſſoribus 433

G

Gradibus cognationum 373

H

His qui ſunt ſui vel alieni iu ris, 40
Heredibus inſtituendis 227
Heredum qualitate & diffe- rentia 257
Hæreditatibus, quæ ab inte- ſtato deferuntur 322
His per quos agere poſſu- mus. 580

I

Iuſtitia & iure 1
Iure naturali gentium & ci- uili 2
Iure perſonarum 19
Ingenuis 21
Inofficioſo teſtamento 253
Inutilibus ſtipulationib. 418
Iniuriis 509
Interdictis. 594

L

Libertinis 23
Lege Furia Caninia 39
Legitima agnatorũ tutela 84
Legitima patronorũ tutela 90
Legitima parẽtũ tutela 92
Legatis 265
Lege Falcidia 297
Legitima agnatorum ſucceſ- ſione. 341
Literarum obligationib. 438
Locatione & cõdictione 448
Lege Aquilia. 500

M
Militari teſtamento 208
Mandato 458
N
Nuptiis 46
Noxalibus actionibus 566
O
Obligationibus 398
Obligationibus ex conſenſu 440
Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur 516
Obligationibus quæ ex delicto naſcuntur 480
Obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur 466
Officio iudicis 609
P
Patria poteſtate 44
Per quas perſonas nobis acquiritur 190
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur 471
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes, tranſeunt 580
Pœna temere litigantiũ 608
Publicis iudiciis 615
Pupillari ſubſtitutione 239
Q
Quibus ex cauſis manumittere non licet 30
Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur 68
Qui teſtamento dari poſſint tutores vel non 80
Quib.modis tutela finit 101
Quibus alienare licet, vel non 184
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 234
Quibus modis teſtamenta infirmantur 247
Quibus modis re contrahitur obligatio 400
Quibus modis tollitur obligatio 473
Quod cum eo, qui aliena poteſtate eſt, negotium geſtũ eſſe dicitur 555
R
Rerum diuiſione, & acquirendo ipſarũ dominio 125
Rebus corporalibus, & incorporalibus 154
Replicationibus 591
S
Satiſdatione tutorum vel curatorum 106
Suſpectis tutoribus vel curatoribus 119
Seruitutibus 158
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 316
S.C.Tertuliano 353
S.C.Orficiano 358
Succeſſione cognatorum 360
Succeſſione libertorum 370
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex S.C.Claudiano 395
Stipulatione ſeruorum 412
Societate 452
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 570
Satiſdationibus 574

T
Tutelis 77
Teſtamentis ordinandis 199
V
Vſufructu 161
Vſu & habitatione 164
Vſucapionibus & longi tem-
poris præſcriptionibus 167
Vulgari ſubſtitutione 3
Verborum obligationibus 404
Vi bonorum raptorum 9

FINIS.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc.

VENETIIS,
Apud Chryſtophorum Zanettum.
M D LXXIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE